II *translate, i. q. excelsus, sublimis sim.*: **A** *de hominibus*: CIC. Tusc. 5, 42 -us et erectus et ea, quae homini accidere possunt, omnia parva ducens. OV. epist. 10, 126 cum steteris turbae -us in ore tuae (*Theseus*). LIV. 7, 16, 5 -ique et spe haud dubia feroces in proelium vadunt. SEN. Herc. O. 412 qui regna miseris donat et -is rapit. Tro. 695 te -um altius superi levarunt, mitius lapsos preme. epist. 111, 3 *philosophus* in edito stat admirabilis, -us, magnitudinis verae. VAL. FL. 4, 75 respiciens -i legem Iovis. SIL. 12, 313 -a senatus subsequitur turba. 15, 257 ille nitet -us muralis honore coronae. 16, 187 -us mente Syphax. PANEG. 12, 45 spectabas haec e tuis collibus, Roma, et septena arce sublimis -ior gaudio ferebaris. AMM. 14, 1, 10 -ae potestates iras principum molliverunt (14, 10, 10 circumdatus potestatum coetu -arum. 16, 12, 14). 15, 9, 8 inter eos drasidae (*i. druidae*) ingeniis -iores (CARM. epigr. 1411, 1). 28, 4, 33 iudicibus -is itidemque minoribus (CORP. III 459 exsamen iudicis -ioris, *opp.* iudices pedanei). POMER. 1, 20, 2 sacerdos debet esse propositi sublimitate -ior cunctis. DRAC. laud. dei 3, 21 pietatis amator, -ior excelsis. ENNOD. epist. 3, 24, 2 p. 89, 4 supercilium est -ioribus non parere. CASSIOD. or. frg. p. 465, 6 quam arduum de -is principibus humiles loqui. COD. Iust. 1, 48, 2 iudices sciant -ioribus viris ... honorificentiam esse debitam praestandam. *in malam partem, i. q. elatus, superbus*: ENN. sat. 16 *parasitus* alacer -us. CIC. de orat. 1, 184 erectum et -um, alacri et prompto ore atque vultu. HOR. ars 342 -i praetereunt austera poemata Ramnes. AMM. 27, 11, 2 timidus ad audaces, contra timidos -ior. 31, 13, 4 -um ferocia barbarum. *animus, ingenium sim.*: QVINT. inst. 1, 2, 30 quo generosior -iorque *animus* est. AMM. 22, 12, 1 *expeditionem* animi robore conceperat -o. 24, 1, 1 -o praeter alios spiritu obequitans ordinibus. 28, 3, 6 corde -o ad vindictam erectus. PAVL. NOL. epist. 16, 8 philosophorum, qui extremae veritatis lineas -ioribus ingeniis attigerunt.

B *de rebus*: RHET. Her. 3, 3, 5 res magnas et -as sequi (*opp.* res humiles et indignas). SIL. 5, 435 membrorum in proelia portans -ius humano robur. APVL. mund. 25 *homo* conscientiae -ioris. 26 horum praepotentiam ... lenocinium vitae effecerat -iorem. SPART. Hel. 5, 2 eloquentiae -ioris. VOPISC. Prob. 2, 6 quam *rem* ... honestius eloquio -iore demonstret. IVVENC. 2 praef. 9 -i cantus *Homeri*. AVR. VICT. Caes. 35, 5 post -um biennii imperium. HIL. in psalm. 150, 1 cum ... ultra litterae opinionem -ioris intellegentiae sensu volumen digestum sit. in Matth. 4, 21 innocentiae gradus -ior (COD. Iust. 12, 43 [44], 3 -iorem gradum obtinere). AVIEN. Arat. 29 -a potestas aetheris atque Erebi (AMM. 21, 10, 8 -a in potestate crudelem). AVSON. 204, 7 tam generis tibi -us apex quam gloria fandi. AMM. 16, 5, 6 principalium rerum notitiam -am indagans. 20, 4, 1 magnorum eius laborum factorumque vehens adoreas -as. 20, 10, 1 Iulianus iam -iore fortuna ... laetior (25, 10, 16. 30, 5, 16 ruinas fortunarum indicantia -arum *sidera*). 21, 12, 17 -iore fiducia repugnarent. 21, 16, 1 -iores dignitates. 23, 5, 13 militem -i nominis. 25, 8, 11 dux meriti -ioris. HYMN. Ambros. I 3, 17 -o triumphi vertice. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 64[B] fastigia caeli -a (3 p. 180[C] *anima* -is ... fastigiis caritatis obtecta). CLAVD. carm. min. 27, 88 -a ... ditione. PAVL. NOL. carm. 15, 167 -o iam spirans sidera flatu. 27, 202 tibi -us honor terrena recusat gaudia (CARM. epigr. 1377, 5). AVG. civ. 1, 24 ex litteris nostris summa auctoritate -issimis. ZACCH. 1, 38 -ioris spei innovatione. 2, 19 p. 1145[B] -ioris doctrinae notitia glorieris. 3, 5 -ior ... virginitas. MART. CAP. 2, 185 ignoti vis -a patris vel prima propago. COD. Theod. 6, 27, 8, 1 (*a. 396*) -ioris militiae ac fastigii viros (12, 1, 88). SIDON. carm. 4, 4 nec stetit ad tenuem -ior ira reum. SEDVL. epist. 1 p. 6, 5 ab scripturis -ioribus vacans humilioribus te ... impertias. ENNOD. opusc. 2, 47 p. 302, 18 concessa fastigia -iore humilitate castigant *Christi milites*. PRISC. periheg. 924 multos -a virtute potentes. COD. Iust. 1, 43, 1 ut de memoratis causis -iore sententia iudicetur. VEN. FORT. carm. 1, 3, 1 gloria -a. 4, 10, 9 quamvis *senatus* -o flueret de sanguine patrum. CORIPP. Ioh. 3, 60 quia -a premunt dominantis iussa magistri.

synonyma: altus, editus, elatus, erectus, excelsus, sublimis. *oppositа*: humilis, terrenus.

derivata: celsitas, celsitudo. *composita*: celsiiugus, celsithronus. excelsus, praecelsus.

neutr. substant. **celsum,** -ī. *i. q. celsitudo*: **1** *proprie*: **a** *cum genet.*: ITIN. Alex. 28 -iora montium scandit (35. AMM. 31, 9, 2 per montium -a ... redit. CASSIOD. in psalm. 17, 35). AVIEN. ora 306 interque -a cautium cedit sinus. 508 ad usque -a nubium *Sclus mons* subducitur (647. ZACCH. 1, 17 nubium -a temerantur). Arat. 377 caelique in -a receptans. DRAC. laud. dei 3, 555 -a poli (2, 3 -a polorum. BOETH. cons. 4 carm. 1, 2) VEN. FORT. carm. 8, 1, 33 aulae -a regens. **b** *absolute*: TIBERIAN. carm. 3, 10 qui -is steterant, iacent sub imis. AMM. 17, 1, 5 ad -iora ducebatur miles (27, 10, 12 evadere ad -iora conarentur). CLAVD. 28, 20 caelicolae cum -a tenent. ZACCH. 1, 23 umor radicibus tentus -a conscendit. CYPR. GALL. lev. 295 ut deus in -is semper venerandus ametur. **2** *translate*: EXVP. 1 ut *Marius* peteret -iora natalibus. PS. RVFIN. in Am. 2, 9/10 ad -a cos libertatis erexi. PAVL. NOL. carm. 24, 603 in corde humili -a virtutum gerens. VAL. CEM. hom. 13, 6 nisi quem ad -iora melior vitae profectus evexerit. BOETH. trin. praef. quantum humanae rationis intuitus ad divinitatis valet -a conscendere. ENNOD. epist. 1, 5, 14 p. 13, 6 si hi qui caruere propriis propinquorum ad -a perduci meruere virtutibus. *adde p. 775, 5.*

fem. subst. **celsa,** -ae (*sc. arbor*) *i. q. morum*. GLOSS. III 538, 17 mora domestica. 544, 25. 581, 39 *saepe*. ISID. orig. 17, 7, 20 sycomorus, sicut morus graeca nomina sunt. dicta autem sycomorus, eo quod

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sit folium simile moro. hanc Latini -am appellant ab altitudine, quia non est brevis, ut morus. SORAN. p. 44, 21 -a agrestis. 68, 20. 112, 3. DIOSC. 1, 138 (*tit.*) de sicamina id est -a. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 95 coctum malum vel -a. 2, 18, 107 agrestis -ae coma, quam rubum vocant. **celsum,** -ī *n. i. q. celsa.* CAEL. AVR. chron. 4, 8, 126 faciunt praeterea mora cibo data, quae vulgo -a Latini vocaverunt, Graeci vero sycamina.

adv. compar. **celsius** (celse *non legitur, nisi falso l. 15*): **1** *proprie*: COLVM. 4, 19, 2 laetitia vitium patitur -ius evocari. AMM. 14, 4, 1 *milvi praedam* -ius volatu rapiunt celeri. 20, 3, 6 erecta solito -ius nubes. 22, 8, 8 promonturium Ceras praelucentem navibus vehens constructam -ius turrim. 26, 2, 2 tribunal ascendere -ius structum. 28, 1, 13 inter altaria -ius gradientes . . . Brachmanas. 29, 6, 18 quicquid insularum -ius eminebat. CLAVD. 18, 387 -ius assurgunt erectae cornua matri. [CHIRON 490 si super ipsum pedem -e (celsi *trad.*, cessim VEG.) eum dederis.] **2** *translate*: SVLP. VICT. rhet. 6 p. 316, 21 in pathetica *causa* -ius aliquid atque commotius proferendum est. AMM. 14, 6, 23 morborum acerbitates -ius dominantur. 15, 5, 27 anhelantem -ius purpuratum. 25, 4, 3 pudicitia -ius consurgentem vitam exornat. SIDON. epist. 4, 22, 6 nemo te -ius scripserit. *Spelthahn.*

celta, celtēs *v.* celtis.

celt(h)is, *acc.* -im *f. nomen arboris fortasse Africum.* PLIN. nat. 13, 104 Africa, qua vergit ad nos, insignem arborem loton gignit, quam vocat -im (-thim *var. lect.*), et ipsam Italiae familiarem, sed terra mutatam *eqs.*

celtica, -ae *f. nomen herbae v. nom. propr.* Celtae.

celtis, -is (*f.?*) [*vocabulum peregrinum esse videtur. Th.*]. *nom. sing.* celtis GLOSS. *l. 36*; celtes, celtis *variant glossae mediaevales*, celta *legendum videtur* CHIRON *l. 33.* **1** *instrumentum sculptorum, lapicidarum, medicorum*: CHIRON 16 supra crus ab interiori parte percutiuntur traverse securi, -e (celle *codd., corr. Bücheler*, caute *vel* caudae *codd. Vegetii*) vel phlebotomo. 693 sanguinem ei desub gambis emittito de securi vel celta (cella *codd.*). VVLG. Iob 19, 24 stilo ferreo . . . vel -e sculpantur in silice? (HIER. c. Ioh. 30 ut -e [certe *var. lect.*] sculpantur in silice). **2** *nomen piscis*: GLOSS. II 99, 14 -is: *ῥῖνα, ἰχθύος ⟨ε⟩ἶδος.*

celtium, -ī *n.* [*vocabulum peregrinum. Th.*]. *i. q. testudinis tegumentum corneum, testudo.* PLIN. nat. 6, 173 *Trogodytae* deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamiorum coria, -um testudinum. 9, 38 Trogodytae cornigeras *testudines* habent . . . -um id vocatur, eximiae testudinis, sed rarae.

cēlum *v.* 1. caelum *p. 78, 51 et* 2. caelum *p. 79, 9.*

? **celundria** sive **celindria** navis, quae velociter currit (in idro *add. man. sec.*) GLOSS. V 565, 7. *corrigasne* celandria*? nam idem esse videtur voc. atque χελάνδιον (κελάντιον?) Graecorum; v. Ducange, glossar. s. v. chelandium.* [*francog.* chaland. *M.-L.*]

cēma *v.* cyma. **cēmentum** *et deriv. v.* caement-.

cēmos (-ī) *f., κῆμος, nomen herbae.* PLIN. nat. 27, 58 eadem ex causa (*i. propter usum amatorium*) et -os silebitur nobis. 1, 27, 35. DIOSC. 4, 128 de -os. -os herba est duobus cubitis longa *eqs.* (*cf.* DIOSC. 4, 133 W.). *Mbr.*

✖**cēna,** -ae *f.* [*mutatum pro* cesna (*v.* FEST. *l. 59 sq.*), *i. q. umbr.* śesna '*cenam*', *osc.* kerssnaĩs *abl. pl.* '*cenis*'. *conferendum esse c. ind.* krntati '*secat*', *lituan.* kertu '*caedo*' *et c.* cortex *censet v. Planta, Gramm. d. osk.-umbr. Dialekte I 496. sab.* scensas '*cenas*' (*infra l. 60*) *corruptum esse videtur. Th.*]. *inde a* CARM. Sal. (Paul. Fest. p. 205) 5, 6; *frequentant* PLAVT. SEN. PETRON. PLIN. MART. SVET. APVL., *deest ap.* CAES. VERG. TIB. PROP. PAVL. FEST. p. 205 pesnis, pennis, ut Casmenas dicebant pro Camenis: et caesnas pro caenis. 209 item easdem (*pennas*) pesnas, ut cesnas. [338 scensas Sabini cenas dicebant (*pro quo corrigendum videtur* cesnas)]. coena *scripsisse videntur* ISID. *et* PLVT. *l. 64 sq.* cina: CONC. Aurel. a. 538 p. 83, 4 (*adde* cinacolata *p. 780, 34 et* cinacula *p. 780, 70*). ISID. orig. 20, 2, 14 -a vocatur a communione vescentium; *κοινόν* quippe graece commune dicunt (*cf.* PLVT. quaest. conviv. 8, 6, 5 *τὸ . . . δεῖπνόν φασι κοῖνα διὰ τὴν κοινωνίαν καλεῖσθαι*). [*val.* cină, *it.* cena, *francog. vet.* cine, *hisp.* cena. *M.-L.*]

I ***generaliter:*** *i. q. daps, epulae, convivium; cf.* PAVL. FEST. p. 54 -a apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: vesperna quam nunc -am appellamus. 223 meridianum cibum -am vocabant. 338. 368. ISID. orig. 20, 2, 14 est . . . -a vespertinus cibus, quam vespernam antiqui dicebant. GLOSS. *δεῖπνον. cf. etiam Mau, PW. III 1895; Marquardt-Mau, Privatleben p. 265. 297. 326; Daremberg-Saglio II 1269 sqq.*

A ***proprie:*** PLAVT. Bacch. 80 si apud te ⟨e⟩veniat . . . prandium aut potatio . . . aut -a, ut solet in istis fieri conciliabulis? Stich. 222 qui -ā poscit? ecqui poscit prandio? hercle aestumavi prandio, -a tibi. 611 per hanc tibi -am incenato . . . esse . . . licet. 626 -a aut prandio perduci. Vid. 53 merendam . . . neque -am. TER. Haut. 211 videam nobis quid -ae siet. LVCIL. 473 -am, inquin, nullam neque divo prosec⟨i⟩am ullam? (*cf. Marx ad l.*). FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 is nunc flos -ae habetur inter istos, quibus sumptus et fastidium pro facetiis procedit. CIC. Verr. 2, 49 adventus istius, prandia, -as equos muneraque. Pis. 70 omnia stupra, omnia -arum conviviorumque genera (SVET. Cal. 37. PHILARG. Verg. ecl. 5, 74 rec. I -arum genera sunt tria, unum . . . sollemne, aliud viaticum ** et -am vocant, ad cuius adventum gratulantur, et est geniale, quod genio nostro indulgentes melius vivimus). CIC. fin. 2, 25 caput -ae (Tusc. 5, 98 iure illo nigro quod -ae caput erat. MART. 10, 31, 4). Att. 12, 2, 2 quae -ae, quae deliciae. ad Q. fr. 3, 1, 22 litteris, sermonibus, -is . . . delectari. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 2 post -ae tempus (VAL. MAX. 2, 1, 9 SEN. Thy. 800 epist. 122, 9 dial. 10, 16, 3 PLIN. epist. 3, 5, 11 IVV. 14, 130 SVET. Nero 40 AVSON. 335 pr. SVLP. SEV. dial. 1, 14, 2). VARRO rust. 3, 2, 16 collegiorum -ae, quae nunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli. HOR. sat. 2, 4, 35 -arum . . . artem. 2, 6, 65 o noctes -aeque deum (*cf.* PLIN. nat. 29, 58. TERT. spect. 13 -am dei edere et -am daemoniorum. VVLG. apoc. 19, 17). 2, 8, 7 -ae pater. carm. 2, 14, 28 pontificum . . . -is (MACR. sat. 3, 13, 10). 3, 29, 15 mundae . . . parvo sub lare pauperum -ae (PLIN. nat. 22, 86 CORP. III 14114, 13). epist. 1, 19, 38 impensis -arum. ars 91 -a Thyestae (*cf.* MART. 3, 45, 1. 4, 49, 4 qui scribit prandia . . . Tereos aut -am, crude Thyesta, tuam. SCHOL. Pers. 1, 68 in prandia regum: in tragoedias quae -arum facinorosarum continent descriptionem, sicut Thyestes. RVFIN. hist. 5, 1, 14 Thyestaeas -as. GLOSS. V 396, 11. 427, 5). LIV. 35, 49, 6 -ae Chalcidensis hospitis mei, . . . sciti convivatoris. FAST. ann. Iul. Praen. Apr. 4 (Corp. I² 1 p. 235) nobilium mutitationes -arum solitae sunt frequenter fieri. VELL. 2, 77, 1 cum in navi Caesaremque et Antonium -a exciperet (*cf.* SVET. Otho 4 quotiens -a principem acciperet). VAL. MAX. 7, 6 ext. 3 Calagurritanis prandia atque -ae extiterunt. SEN. contr. 9, 2, 4 temulentas reliquias . . . -ae (APVL. met. 2, 15. 24. 7, 14). 9, 2, 7 hic ultimus apparatus -ae fuit (PLIN. epist. 3, 12, 4. *cf.* APVL. flor. 19 p. 94 -ae paratum). suas. 2, 11, 12 illi ad prandium promisissem, ad -am renuntiassem. SEN. epist. 78, 23 -am culina prosequitur (*sc. cum foci a cocis ad mensam transferantur*). 95, 72 censura fuit illa, non -a (*cf.* PLIN. epist. 2, 6, 3 ad -am . . ., non ad notam invito). 122, 16 excedebat . . . diem -a minime. 122, 18 elegantia -arum. PERS. 5, 147 tibi . . . -a sit in transtro. 6, 33 -am funeris. PETRON. 3 -as divitum. 5 impotentium. 27 principium -ae (MART. 13, 88). 54 propter malum exitum -ae. 69 vidi Romae Saturnalibus eiusmodi -arum imaginem fieri. 92 mulier . . . -ae mandata curaverat. *ibid.* -ae ordinem (LEX colleg. salut. Dian. et Antin. [Corp. XIV 2112] 2, 11). 119, 35 vendunt conchylia -as. CALP. ecl. 4, 167 peragemus fercula -ae (MART. 9, 81, 3 AVSON. Mos. 102 HEGES. 1, 40, 7). PLIN. nat. 9, 117 mediocrium . . . sponsalium -a. 10, 139 antiquis -arum interdictis. 14, 97 Caesar . . . triumphi sui -a vini Falerni amphoras . . . distribuit. 25, 59 -ae abstinentia. 35, 162 tripatinium . . . appellabatur summa -arum lautitia. 36, 184 purgamenta -ae. MART. 2, 19, 4 quem tua felicem, Zoile, -a facit. 2, 27, 1 -ae . . . retia tendit. 6, 11, 4 par atque eadem -a duobus erat. 7, 48, 5 offendimur ambulante -a. 9, 14, 1 quem -a paravit amicum. 10, 37, 19 omnis ab urbano venit ad mare macello. 12, 48, 15 convivas . . . -arum quaere magister (LEX colleg. salut. Dian. et Antin. [Corp. XIV 2112] 2, 14). 13, 7, 2 lautorum -is. STAT. silv. 1 praef. 33 intra moram -ae. 4, 2, 5 nova gaudia -ae (IVV. 15, 41). 4, 9, 52 (*syn.* daps). 4, 6, 4 rapuit me -a benigni Vindicis. QVINT. inst. 1, 2, 14 vox illa praeceptoris ut -a minus pluribus sufficit. decl. 298 p. 178, 18 ex locupletis -a. p. 179, 25 ossa alicui pretio -ae unius addices. 321 p. 263, 16 tuti . . . iacuere media -ae fide. PLIN. paneg. 49 exquisita ingenia -arum. epist. 6, 20, 2 balineum, -a, somnus. IVV. 4, 30 modicae . . . de margine -ae. 5, 9 tantine iniuria -ae (*i. iniuriosa -a; cf.* GLOSS. V 521, 17 cen⟨a⟩ tamen: -am iniuriosam [*corr. Heraeus*]. 564, 58). 6, 202 -am et mustacea. 10, 362 venere et -is et pluma Sardanapalli. SVET. Iul. 73 -ae hospitioque. Aug. 70 auxit -ae rumorem summa . . . in civitate penuria. 74 -am ternis ferculis aut . . . senis praebebat. Cal. 39 honorem -ae (Vesp. 2). Claud. 8 ad praedictam -ae horam (VVLG. Luc. 14, 17). Otho 2 -am . . . exquisitissimae comitatis. Vit. 2 -arum magnificentia. 13 epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula et prandia et -as comissationesque. GELL. 2, 24, 1 victus atque -arum tenuitas. 2, 24, 12 non sumptus -arum, sed ciborum genus. 6, 16, 1 -arum, ciborum exquisitas delicias (AMM. 30, 4, 14). APVL. apol. 59 ad repotia -ae obeunda. met. 2, 24 fatue, qui in domo funesta -as et partes requiris. 7, 22 operariorum -ae. 8, 2 -a poculoque communi. 8, 29 comitem -ae. TERT. spect. 28 nostrae -ae, nostrae nuptiae nondum sunt. adv. Marc. 4, 31 p. 526, 25 -ae paratura. p. 529, 6 -ae . . . vocationem. PANEG. 11, 11 prandiorum atque -arum laboratas magnitudines. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 6—7 ovum . . . initium -ae est (2, 4, 12). 2, 4 pr. -ae praecepta. epist. 1, 5, 2 brevitatem -ae. SPART. Did. 3, 8 Pertinacis -a despecta luxuriosum parasse convivium. LAMPR. Heliog. 24, 3 -as . . . Vitellii . . . vicit. HIL. in Matth. 20, 12 per dominum -ae. *ibid.* istius -ae . . . et convivii modo. AVSON. 398, 1 ostrea nobilium -is sumptuque nepotum cognita. HIER. epist. 22, 35 a Pentecoste -ae mutantur in prandia, quo . . . ventrem cibo non onerent duplicato. VVLG. Bar. 6, 31 in -a mortui (*περιδείπνῳ νεκρῶν*). Marc. 6, 21 natalis sui (*sc. Herodis*) -am. apoc. 19, 9 beati qui ad -am nuptiarum (*δεῖπνον τοῦ γάμου*) agni vocati sunt (*cf.* APRING. *ad h. l.*: ad hanc -am et ad hoc convivium). BENED. reg. 39, 8 una sit refectio sive prandii et -ae. 41, 16

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sive -a sive refectionis hora. *proverbialiter*: VARRO rust. 1, 2, 11 num -a comesa (*fere i. q. serius*), inquit, venimus? TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 422 nunc vocas ad -am nec domum ostendis, allegas regnum nec regiam monstras.

structurae notabiliores: **1** *accusat.* (cenam, -as): PLAVT. Amph. 311 istam -am largire . . . esurientibus. 804 -a apposita est (Mil. 753 Trin. 470 TER. Phorm. 342 PLIN. epist. 3, 1, 9 SVET. Galba 12 SERV. Aen. 1, 706. anteponere: PLAVT. Rud. 508. ponere: PAVL. FEST. p. 329 MART. 10, 59, 4 IVV. 5, 85 SOL. 1, 35. imponere: PLIN. epist. 5, 6, 37). PLAVT. Asin. 736 -am sibi ut dares (Bacch. 94. 537 Capt. 910 Curc. 660 Epid. 8 Pseud. 879 Truc. 127 Vid. 53 TER. Haut. 455 CIC. Verr. 5, 48 epist. 9, 20, 2 VELL. 2, 77, 1 PLIN. nat. 14, 56 MART. 3, 60, 2. 8, 6, 14 SVET. Otho 3 Vit. 13. CORP. IX 2962 decurionibus dedit. 5823 colonis. 5831. 5833. 5840. 5841. X 688. 4727. 4736 natali suo -am publice populi . . . dare instituit. TREB. trig. tyr. 14, 5 SVLP. SEV. dial. 1, 13, 4 SCHOL. Hor. epist. 1, 5, 6). PLAVT. Asin. 935 -a coquitur (Aul. 365. 431. 435. 458 Cas. 743. 766. 781 Merc. 742 Pseud. 796. 819. 854 Rud. 1264 Stich. 533. 598. 654. 662. 680 CATO orig. 86 APVL. met. 6, 24 TERT. ieiun. 2). PLAVT. Bacch. 185 hospitium et -am pollicere. Cas. 746 facite -am mihi (CIC. Att. 9, 13, 6 et obire. MART. 2, 27, 4 PLIN. epist. 7, 3, 5. IVV. 5, 117 facient optata tonitrua -as maiores. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. [Corp. XIV 2112] 2, 9 VVLG. Iudith 6, 19. 12, 10 Marc. 6, 21 Luc. 14, 12. 16 Ioh. 12, 2. 13, 2. conficere: NON. p. 94, 13 ARNOB. nat. 7, 17). PLAVT. Poen. 1151 patruo . . . -a curetur (Rud. 1215). Pseud. 810 non ego ita -am condio ut alii coci (881). 892 corrumpitur . . . -a. Rud. 508 -am cenavi (*cf.* APVL. met. 4, 22 equus . . . Saliares se cenasse . . . crederet [cenas, *quod addiderunt Luetjohann et van der Vliet, suppleas mente*]. TERT. apol. 39 ut qui non tam -am cenaverint quam disciplinam). TER. Haut. 126 lectos sternere, -am apparare (comparare: HEMINA hist. 13. parare: PHAEDR. 3, 19, 2 MART. 14, 218, 2 APVL. met. 9, 22 apol. 29 TERT. adv. Marc. 4, 31 p. 527, 4 AVG. civ. 6, 7. praeparare: PETRON. 16 APVL. met. 6, 30 PORPH. Hor. ars 422). TVRPIL. com. 187 condixerant . . . -am apud me Thais atque Erotium (SVET. Tib. 42 NEP. praef. 4 [conducta *C*]. *cf.* condicere ad -am *infra l. 82.* indicere: MART. 11, 50, 10 SVET. Nero 27). POMPON. Atell. 80 -am quaeritat (*cf.* CIC. epist. 9, 26, 3 quaerere). VARRO Men. 102 dominus . . . ovo -am committit. CIC. S. Rosc. 59 cui (*puero*) -am imperaret. Verr. 4, 62 -am ac pocula poscebat. Scaur. 1 huic -am sublatam *esse*. VARRO ling. 5, 120 libarent -am (*cf.* FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 delibari [-berari, -brari *libri*] sibi -as iubeant. FRONTO p. 226, 23 N. -arum libator). CATVLL. 13, 4 tecum attuleris . . . -am (BELL. Hisp. 33, 3 HIST. Apoll. rec. A 14). 59, 3 rapere de rogo -am (HOR. sat. 1, 5, 75). HOR. sat. 1, 5, 70 iucunde -am producimus illam (*cf.* SEN. nat. 4, 13, 6 prandia -is usque in lucem perductis ingesta. SVET. Tib. 72 -am . . . protraxit. CAPITOL. Ver. 4, 9 trahens -as in noctem). 1, 6, 116 -a ministratur pueris tribus. ars 376 poterat duci . . . -a sine istis. LIV. 40, 13, 9 evitasse. SEN. epist. 77, 8 -a peracta. 95, 24 ad inferendam -am. 114, 9 ea quae includere solent -am, prima ponantur (*cf.* MART. 13, 14, 1 cludere quae -as lactuca solebat avorum). PETRON. 3 captant (5 MART. 2, 18, 1). PLIN. nat. 7, 185 edita -a (*syn.* convivium). 9, 120 consumpturam *Cleopatram* eam -am. MART. 2, 37, 10 repone -am. 9, 35, 1 mereris. 10, 59, 4 instructa macello -a (GELL. 2, 24, 9). SVET. Cal. 45 repetita. APVL. met. 8, 31 flagitante. 9, 24 petebamus. 9, 26 intercepta. TERT. spect. 13 edere. nat. 2, 10 dependit. ITALA Ioh. 12, 2 (cod. e) gerunt (VVLG. fecerunt). LAMPR. Heliog. 25, 9 exhibuit (27, 4. 32, 4). CAPITOL. Gord. 19, 2 finiret. VVLG. Luc. 14, 24 gustabit. I Cor. 11, 20 manducare. 11, 21 praesumit. SVLP. SEV. dial. 3, 17, 1 debetur (AVG. civ. 6, 7 debitam -am). VITA Caes. Arel. 2, 33 expedivimus.

2 ad cenam, cenae (*dat.*), in cenam: **ad:** PLAVT. Asin. 864 ille it ad -am cottidie (Most. 1132 Stich. 428 Truc. 547 CATO agr. 5, 2. 143 TER. Eun. 459. 580 SEN. benef. 4, 39, 3 dial. 9, 7, 2 MART. 2, 69, 3. 12, 87, 6 IVV. 3, 273. exire: TITIN. com. 46. itare: CIC. epist. 9, 24, 2). PLAVT. Capt. 173 quo foras vocatus ⟨es⟩ ad -am (Curc. 350 Merc. 98. 694 Mil. 712 Most. 1005 Rud. 1418. 1420 Stich. 190. 510. 576. 588 TER. Andr. 453 Eun. 259 [*cf.* EVGRAPH. *ad h. l.*: ad -am vocant: invitant] Phorm. 1053 CIC. Verr. 5, 62 Mur. 74 Att. 6, 3, 9 CALP. hist. 8 LEX Vrson. [Corp. II 5439] 32, 21. 27 HOR. sat. 2, 7, 30 LIV. 23, 8, 5 [*syn.* convivium]. 40, 7, 1 SEN. dial. 4, 24, 1 CORP. IV 1937 MART. 2, 14, 18. 3, 50, 1. 3, 60, 1. 5, 44, 2. 9, 91, 1. 10, 18, 1. 11, 57, 2 QVINT. decl. 296 p. 169, 6 SVET. Cal. 36 Tit. 6 frg. p. 148, 112 TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 422, 17. 4, 31 p. 526, 17. revocare: CIC. epist. 9, 16, 8. 9, 24, 3 PETRON. 52). PLAVT. Capt. 831 hic . . . ad -am recipit se ad me. Men. 124 ducam scortum ad -am (abducere: TER. Haut. 183 CIC. Tusc. 5, 91. adducere: LVCIL. 49). Men. 794 ad -am me promittat (PHAEDR. 4, 25, 15 SEN. epist. 82, 21 PETRON. 10 PLIN. epist. 1, 15, 1). Most. 1134 te ad me ad -am dic venturum (Stich. 185. 486 TER. Eun. 266 Haut. 170 AFRAN. com. 183 VARRO Men. 237 CIC. ad Q. fr. 3, 1, 19 HOR. epist. 1, 7, 61 PLIN. nat. 35, 89 MART. 3, 44, 15. 11, 23, 11 PLIN. epist. 3, 12, 1). PLAVT. Persa 849 intro . . . ad -am. Stich. 433 condixi in symbolam ad -am (447. *cf. supra l. 34*). CIC. Verr. 2, 65 filium suum . . . foras ad propinquum suum . . . mittit ad -am. epist. 7, 9, 2 is me . . . ad -am invitat (12, 4, 1 off. 3, 58 SALL. hist. frg. 2, 70 VITR. 6, 7, 4 LIV. 40, 13, 2. 6. 44, 31, 14 EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4 VAL. MAX. 2, 1, 2 [*syn.* epulum]. 2, 1, 9. 2, 8, 6 PHAEDR. 1, 26, 3. 4, 15, 8 SEN. contr. exc. 3, 8 SEN. dial. 4, 33, 3 MART. 9, 63, 1 QVINT. inst. 7, 3, 33 decl. 301 p. 185, 3. p. 187, 13. 29 PLIN. epist. 2, 6, 3 GAIVS dig. 13, 6, 18 pr. 44, 7, 1, 4 inst. 3, 196 TERT. adv. Marc. 4, 31 p. 526, 26. 527, 10 PORPH. Hor. carm. 1, 20 pr. ars 124 IVST. 18, 2, 9. 23, 2, 2. 25, 1, 4 AMM. 16, 8, 9). LIV. 40, 9, 11 pertrahere. MART. 2, 69, 7 rogat ad -am Melior te (LAMPR. Heliog. 29, 3 CAPITOL. Maximin. 30, 5). LAMPR. Alex. 30, 5 cibum usque ad -am differebat. *dat.* cenae: QVINT. inst. 11, 2, 12 adhibitus . . . -ae Simonides (decl. 296 p. 170, 5 PLIN. epist. 6, 31, 13 SVET. Iul. 73 Aug. 74 Cal. 25 Claud. 32 Tit. 9 PORPH. Hor. epist. 1, 19, 15). **in:** TER. Andr. 369 holera et pisciculos . . . ferre . . . in -am seni. VARRO rust. 3, 17, 5 pisces . . . mittere. frg. Non. p. 177, 18 obsonium in totam -am coemptum ex variis rebus. PAVL. FEST. p. 54 in quas -*as* . . . non plus centussibus . . . impendebatur. VAL. MAX. 8, 1 damn. 8 omasum in -am fieri. GELL. 2, 24, 2 non amplius in singulas -as sumptus se esse facturos. SVLP. SEV. dial. 1, 13, 4 quae *holera* nobis in -am praeparabantur.

3 in cena, ab, de -a, *abl.* cenā: **in:** PLAVT. Amph. 283 mira sunt nisi invitavit sese in -a plusculum. LVCIL. 440 hoc fit idem in -a (SEN. epist. 95, 27). VARRO rust. 2, 10, 5 vespertinus *cibus* in -a, qui sunt sub uno magistro, communis. CIC. fin. 2, 26 possumusne . . . in vita summum bonum dicere cum id ne in -a quidem posse videamur. epist. 9, 26, 1. LIV. 40, 24, 6 in ea -a . . . venenum datum (*cf.* QVINT. decl. 321 p. 263, 4). CELS. 1, 6 si quid offensae in -a sensit. 5, 28, 3. PETRON. 66 quid habuistis in -a (*cf.* APVL. apol. 58 si quas aves in -a habuisset. INSCR. Bonner Studien p. 238, 47 [*in tabula lusoria*] (h)abemus in -a pullum piscem). PLIN. nat. 7, 183. 36, 4. LAMPR. Heliog. 28, 4 struthocamelos exhibuit in -is. ANON. Vales. 14, 81 quod et in -a . . . eadem . . . contigit. *abl. loci* (*temporis*): SEN. dial. 35, 2 quid flagella media -a petis? PLIN. nat. 8, 210 ne tota quidem -a, sed in principio. 14, 97 *v. p. 776, 42.* MART. 2, 72, 1 hesterna factum narratur . . . -a. LAMPR. Heliog. 30, 2 sescentorum strutionum capita una -a multis mensis exhibuit (*cf. supra l. 30*). **a(b):** PLAVT. Most. 485 rediit a -a domum (TER. Ad. 26 CIC. Cato 44 VAL. MAX. 3, 6, 4 PHAEDR. 2, 8, 20 TAC. hist. 1, 26, 5 PETRON. 64 FLOR. epit. 2, 2, 10 SVET. Nero 26 GELL. 15, 20, 9 VLP. dig. 23, 2, 6 PORPH. Hor. sat. 1, 2, 64—65). VAL. MAX. 9, 12 ext. 4 ab Archelai . . . -a . . . domum . . . repetens. SEN. epist. 12, 8 in cubiculum ferebatur a -a. PETRON. 96 Bargates a -a excitatus a duobus lecticariis in mediam rixam perfertur. PLIN. nat. 22, 32 vomitiones in aqua mulsa sumptum *semen urticae* a -a (*i. post cenam, cf.* 26, 112. 27, 20. 27) faciles praestat. MART. 12, 29, 22 a -a . . . rettulit *mappam* Hermogenes. PLIN. epist. 3, 5, 13 surgebat . . . a -a luce, hieme intra primam noctis (VVLG. Ioh. 13, 4 BENED. reg. 42, 5. *cf. infra l. 52*). SVET. Aug. 78 a -a in lecticulam se . . . recipiebat (APVL. met. 3, 5). SPART. Hadr. 22, 2 si a -a reverterentur. AMM. 25, 8, 18 raptus a -a Iovianus. **de:** PETRON. 72 quidquid . . . a nobis acceperat de -a. SVET. Dom. 11 partibus . . . de -a dignatus est. SPART. Carac. 3, 6 partes de -a miserat. AVG. in psalm. 85, 24 abscedere . . . de prandio, . . . de -a.
cenā: MART. 5, 79, 1 undecies surrexti, Zoile, -a (12, 60, 11 *cf. supra l. 45*). APVL. met. 2, 18 regrediare -a maturius. 3, 17 priusquam -a te reciperes (*cf. supra l. 47*).

4 *praepositiones reliquae*: PLAVT. Rud. 151 post -am . . . laverunt (CIC. Deiot. 21 LIV. 1, 58, 2 PAVL. FEST. p. 108 CELS. 1, 3. 4. 3, 27, 1 SEN. contr. 1 praef. 17. SEN. epist. 122, 6 post prandium aut -am bibere vulgare est. QVINT. inst. 1, 10, 19 PLIN. epist. 9, 36, 4. 9, 40, 2 SVET. Nero 20. ITIN. [Silv.] 29, 6 post -a(m). AMM. 26, 3, 5 THEOD. PRISC. log. 116 ORIBAS. syn. 1, 17). CATO agr. 115 bibito ante -am (156, 1 PLIN. nat. 27, 62 SVET. Aug. 76). POMPON. Atell. 47 inter -am (CIC. Phil. 2, 63 epist. frg. VIII 12 LIV. 40, 13, 6 VELL. 2, 30, 1 VAL. MAX. 1, 6 ext. 1. 5, 1 ext. 2. 8, 15, 7 SEN. contr. 9, 2 pr. SCRIB. LARG. 135 ante cibum et inter prandium vel -am. SEN. clem. 1, 9, 3 benef. 3, 27, 1 PLIN. nat. 20, 193 QVINT. inst. 5, 10, 99. 6, 3, 10. 8, 4, 10 PLIN. epist. 4, 14, 2 SVET. Aug. 71 Tib. 53 Galba 22). CVRT. 6, 11, 27 haec Hegelochus dixit super -am (*fere i. q. inter*; 8, 12, 17 Meleager super -am largiore vino usus. SEN. nat. 3, 17, 3 ASCON. Mil. p. 47 PLIN. epist. 4, 22, 6. 9, 33, 1 IVV. 15, 14 SVET. Iul. 87 Aug. 77 Tib. 56 Cal. 22 Nero 22 Vit. 12 Vesp. 22 Tit. 8 Dom. 14. 21). SCRIB. LARG. 121 secundum -am. IVV. 1, 145 nova nec tristis per cunctas fabula -as. PAVL. dig. 33, 7, 13 *trullae* circa -am solent traici.

5 *c. adiectivis*: PLAVT. Bacch. 94 viaticam. Capt. 189 terrestris. 497 asperam. Cas. 746 ebria. Curc. 660 sororiam. Men. 101 ipsus escae maxumae, Cereales -as dat, . . . mensas extruit. Rud. 508 scelestiorem -am cenavi tuam, quam quae Thyestae quondam aut (ante *codd.*) positast Tereo. Stich. 212 potationes plurumae demortuae, quot adeo -ae, quas deflevi, mortuae. Trin. 470 popularem quam (-*am*) vocant. TER. Phorm. 342 dubia (HOR. sat. 2, 2, 77 AVSON. Mos. 102). TITIN. com. 136 dapalis (AVSON. 398, 13). LVCIL. (?) 353 centenaria (*cf.* PAVL. FEST. p. 54 centenariae -ae dicebantur in quas lege Licinia non plus centussibus . . . impendebatur, id est centum assibus. TERT. apol. 6 centenarias -as a centenis . . . sestertiis dicendas). VARRO rust. 3, 6, 6 augurali aditiali (CIC. epist. 7, 26, 2 SEN. epist. 95, 41. 123, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat. 10,45). 3,17,7 plebeiae. CIC. Catil. 2,22 antelucanis. Tusc. 5,100 iucundae (SEN. dial. 5,15,1). Att. 9,13,6 quam lautas (FAV. or. frg. Gell. 15,8,2 MART. 12,48,5 PLIN. epist. 9,17,1 SVET. Galba 12), quam tempestivas. epist. 9,23 sumptuosis (CATVLL. 44,9 SEN. contr. 9,2,4 SEN. epist. 95,41). CATVLL. 13,4 bonam (SEN. epist. 122,12 -arum bonarum assectator) atque magnam (HOR. sat. 2, 6,104). HOR. sat. 2,6,86 varia. 2,7,103 opimis. carm. 3,29,15 mundae. epist. 1,5,27 prior. 1,14,35 brevis. LIV. 36,17,7 nuptialibus (SVET. Cal. 25 APVL. met. 6,10. 24). OV. am. 1,4,2 ultima (SCHOL. Iuv. 11,20 DRAC. Romul. 5,77). PAVL. FEST. p. 230 puris (PS. APVL. Ascl. 41 puram et sine animalibus -am; *cf. infra l. 57*). p. 329 *Saliis* amplae ponuntur -ae, siquae aliae magnae sunt, Saliares appellantur (APVL. met. 4,22 [*cf. p. 777, 27*]. 9,22. PORPH. Hor. carm. 1,37,2—4 in proverbio est Saliares -as dicere opiparas et copiosas). VAL. MAX. 4,3 ext. 3 hesterna (MART. 2,72,1 PLIN. paneg. 63 IVV. 9,44). 8,15,7 militaris. CELS. 1,3 exigua. SEN. contr. 9,2,27 in... ferali -a (IVV. 5,85 APVL. flor. 19 p. 95). 9,2,29 luxuriosam (IVV. 11,77). *ibid.* nocturnam. SEN. Thy. 800 subitae. epist. 18,7 Timoneas. 98,13 publica (CORP. II 1046. 1721. 2156 SVET. Nero 16 FRONTO p. 193,14 N. *cf.* GLOSS. III 172,4 -a publica: *δεῖπνον δημόσιον*. 239,54 *δεῖπνος δημόσιος*). CORP. IX 2629 pro -a IVVIR⟨ali⟩. 5855 -am sexviralem. TEST. Leon. II (Dessau 6468) 12 parentalicia. PETRON. 26 expectatio liberae -ae (*sc. gladiatorum cf.* PASS. Perp. 17). PLIN. nat. 9,120 magnificam. 9,121 dimidia eorum (*Cleopatrae et Antonii*) -a. 9,171 triumphalibus (33,112). 30,17 magicis. 33,83 hospitali divi Augusti -a. MART. 2,69,7 rectam (7,20,2 CORP. VI 33885,17 SVET. Dom. 7. *v. Marquardt-Mau, Privatleben p. 208*). MART. 5,44,1 antiquae... ossa -ae. 6,48,2 diserta. 10,59,3 dives (ANTH. 471,13. ARNOB. nat. 7,25 -arum ditium et locupletium). 11,52,15 rara. QVINT. inst. 10,1,58 grandibus. TAC. ann. 6,5,5 novendialem eam -am dixisse. PLIN. paneg. 49 solitaria. epist. 3,1,9 non minus nitida quam frugi. IVV. 1,133 longissimae (PORPH. Hor. sat. 2,2,80). 11,141 tota sonat ulmea -a Subura (*cf.* LAMPR. Heliog. 25,9 parasitis in secunda mensa saepe ceream -am, saepe ligneam, saepe eburneam, aliquando fictilem nonnunquam vel marmoream vel lapideam exhibuit). SVET. Aug. 70 -a... eius secretior in fabulis fuit, quae vulgo *δωδεκάθεος* vocabatur. Tib. 34 sollemnibus. Nero 42 abundantissimam. Tit. 9 familiari. Vit. 13 adventicia (CAPER gramm. VII 107,10). APVL. met. 1,7 gratae atque gratuitae. 3,12 hodiernae. 7,14 largissimae. 10,13 opiparas -as (PORPH. Hor. carm. 1,37,2—4 *v. supra l. 14*. ARNOB. nat. 7,25). 10,15 liberalibus -is inescatus. mund. 35 grave olentibus. TERT. anim. 32 aestiva -a post assum. PORPH. Hor. epist. 1,7,73 frequentibus. SPART. Sept. Sev. 1,7 imperatoriam. 4,6 parca. RVFIN. hist. 5,1,14 Thyesteas *v. p. 776, 17*. MACR. sat. 3,13,10 pontificis vetustissimam -am. SIDON. epist. 1,2,9 regia. 2,9,10 unctissimas. HIST. Apoll. rec. A 14 affertur gustatio, deinde -a regalis.

B ***metonymice:*** *i. q. pars cenae, ferculum*: PETRON. 41 cum heri summa -a eum (*aprum*) vindicasset. MART. 1,103,8 explicat ... -as unica mensa duas. 11,31,5 has prima feret alterave -a, has -a tibi tertia reponet. *i. q. locus, ubi cena datur, cenaculum*: PLIN. nat. 12,10 aliud exemplum *est* Gai principis in Veliterno rure mirati unius *platani* tabulata laxeque ramorum trabibus scamna patula et in ea epulati, cum ipse pars esset umbrae, quindecim convivarum ac ministerii capaci triclinio, quam -am appellavit ille nidum. *i. q. cenantes*: IVV. 2,120 ingens -a sedet.

II ***speciatim*** *ap.* ECCL. *de ritualibus epulis vel earum diebus*: A cena pura *i. q. parasceue, dies Sabbato antecedens*: *cf.* IREN. 5,23,2 parasceue quae dicitur -a pura, id est sexta feria (1,14,6 in sexta die quae est in -a pura). AVG. in euang. Ioh. 120,5 *parasceuen* -am puram Iudaei latine usitatius apud nos vocant. GLOSS. *παρασκευή. προσάββατον*. TERT. nat. 1,13 Iudaei... festi sabbata et -a pura et Iudaici ritus lucernarum et ieiunia. adv. Marc. 5,4 *observatis* sabbata ... et -as puras et ieiunia et dies magnos. ITALA Iudith 8,6 (Reg. Sangerm.) praeter -am puram et sabbatum (Sangerm. 15 praeter -a pura, *χωρὶς προσαββάτων*, VVLG. praeter sabbata et neomenias et fata domus Israel). Matth. 27,62 (cod. d) in crastinum ... quae est post -a⟨m⟩ puram convenerunt (*μετὰ τὴν παρασκευήν*, VVLG. post parasceven). Marc. 15,42 (cod. k) serum ... cum factum esset -(a)e pur(a)e sabbati (cod. n: cum iam sero esset factum quia -a pura erat quod est ante sabbatum; VVLG. parasceve). Luc. 23,54 (cod. c) fuit... dies -ae purae ante sabbatum (codd. a b: dies erat -ae purae et sabbatum inlucescebat. cod. ff: dies erat -a pura et sabbatum inlucescebat, *ἡμέρα ἦν παρασκευῆς*, VVLG. dies erat parasceves). Ioh. 19,31 (codd. a b) quia -a pura erat (*παρασκευή*, VVLG. parasceve). 19,42 (cod. c) propter -a pura (Tycon. 5 p. 59,13 propter -am puram Iudaeorum; *διὰ τὴν παρασκευήν*, VVLG. propter parasceven). [*sard.* kenabura '*dies Veneris*'. *M.-L.*]

B *cena domini, dominica* (*nota* cena deum *Romanorum et* cena daemoniorum *paganorum p. 776, 12*): **1** *de cena Christi paschali*: AVG. epist. 55,2 ubi -am eis mysticam dedit *Christus*. PS. RVFIN. in psalm. 22,5 in -a paschali, quando dominus traditus est cenantibus discipulis, accepit Iesus panem. ITIN. Anton. Plac. rec. A 20 *calicem* benedixit *Christus* in -a. *metonymice i. q. dies, quo Christus hanc -am celebravit* (*cf.* AVELL. p. 683,28 quinta feria hoc ⟨est⟩ -a domini. ISID. orig. 6,18,6 -a dominica dicta est eo, quod in eo die salvator pascha cum discipulis suis fecerit, quod et hodie, sicut est traditum, celebratur sanctumque in eo chrisma conficitur): ITIN. Theod. 18 in -a domini et pascha communicatur *ager domini*. CONC. Aurel. a. 538 p. 83,4 a die -ae domini usque in secunda sabbati in pasca hoc est ipso quatriduo. Matisc. a. 583 p. 158,21 a -a domini usque prima pascha. **2** *de christianorum eucharistia* (*cf. p. 779, 84*): AMBR. virginit. 14,89 qui ad -am domini convenerunt. VVLG. I Cor. 11,20 dominicam -am manducare (*κυριακὸν δεῖπνον*). AVELL. p. 445,11 ante triduum paschae, quo -a domini celebratur. VRAN. epist. 11 p. 865[B] dominicam -am celebravit.

synonyma et coniuncta: convivium, daps, epulae, prandium. *deriv.*: cenaculum (-ellum), cenalis, cenarius, cenula (cenaticus?). cenare. *cf.* cenatus *p. 785,69*. *composita*: incenis. cenipeta (cenisacer?).

cēnācellum (-ī *n.*) NOT. Tir. 92,3 (caena- *cod.*) *a* cenaculum *deminutive*.

cēnāculārius, (-a, -um) *a* cenaculum. *scribitur* cenaclarius: GLOSS. III 442,33. 484,7. *subst.*: *masc.* cēnāculārius, -ī: **1** GLOSS. II 436,32 *σταθμοῦχος ὁ τὰ ἐνοίκια τῆς οἰκίας συνάγων ἤγουν ὁ δεσπότης* (III 442,33. 484,7). VLP. dig. 13,7,11,5 videtur... tacite et cum domino aedium hoc convenisse, ut non pactio -ii proficiat domino, sed sua propria. **2** GLOSS. II 571,40 -us (caenacurius *Amplon.*) dispens⟨at⟩or cenae. *v. p. 781,82*. **3** *fem.* cēnāculāria, -ae, *i. q. quaestus -ii*: VLP. dig. 9,3,5,1 si quis -am exercens ipse maximam partem cenaculi habeat, solus tenebitur: sed si quis -am exercens modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locaverit pluribus, omnes tenebuntur quasi in hoc cenaculo habitantes.

cēnāculātus, -a, -um *a* cenaculum. *i. q. ad cenam vel cenaculum pertinens*: ALC. AVIT. hom. 18 p. 126,23 quodam -i operis duplo, quo exteriora ... aperta illic sine fundamento videantur. 24 p. 142,23 -a recessuum loca. PAPYR. Marini 123,12 domus -ae cum superioribus et inferioribus suis soloque proprio (123,14 familiaricae caenocolatae *domus*. 123,21. 32. 47 cinacolatae. 123,49).

cēnāculum, -ī *n.* [*a* cenare. *Th.*]. *inde a* PLAVTO *et* ENNIO. *scribitur saepius in codd.* caen-. cinacula: CORP. VI 29791. *masc.* cenaculus: ITIN. Anton. Plac. rec. A 2. VARRO ling. 5,162 ubi cenabant -um vocitabant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleriis et Cordubae dicuntur. posteaquam in superiore parte cenitare coeperunt, superioris domus universa -a dicta. PAVL. FEST. p. 54 -a dicuntur ad quae scalis ascenditur. PORPH. Hor. ars 52 magis ... auctoritatem mereri possunt nova verba, si a graeco fuerint in latinum derivata, ut transtulimus triclinium; antea -um illud vocabamus, quia ibi cenabatur. HIER. in Ezech. 12,41 p. 496 tristega id est ... tria -a. in Dan. 6,10 *ἀνώγαια* id est -a (GLOSS. III 269,4 *ἀνώγεων*). ISID. orig. 15,3,7 -um dictum a communione vescendi, unde et 'coenobium' congregatio. GLOSS. *ὑπερῷον. δίαιτα. δειπνητήριον. δειπνιστήριον. σύν⟨τ⟩αξις*. refectorium. superiora. *v. etiam Mau, PW. III 1898; Marquardt-Mau, Privatleben p. 221; Daremberg-Saglio II p. 1282.* [*francog. sept* cenail. *M.-L.*]

1 *proprie, pars aedificii, locus quo cenabant*: LVCIL. 846 primum ex advorso si quod est -um quo recipiat te. VARRO Men. 589 ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in -o polito recipiuntur. CIC. leg. agr. 2,96 Romam in montibus positam et convallibus, -is sublatam atque suspensam ... prae sua Capua ... contemnent. ALF. dig. 19,2,27 aliqua parte -i uterentur (VLP. dig. 9,3,5,1). 19,2,30 pr. singula -a ... conduxit (GAIVS dig. 44,7,5,5 VLP. dig. 9,3,1,7. 13,7,11,5). 39,2,43,1 posteaquam ... habitatores ex vicinis -is emigrassent. HOR. epist. 1,1,91 mutat -a, lectos, balnea. VITR. 2,8,17 pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus caementiciis altitudines extructae ⟨et⟩ contignationibus crebris coaxatae -orum ad summas utilitates perficiunt despectationes. LIV. 39,14,2 -um super aedes datum est scalis ferentibus in publicum obseratis aditu in aedes verso. PETRON. 38 C. Pompeius Diogenes ex kalendis Iuliis -um locat. CORP. I 1341 porticus -a (XI 3583). IV 138 locantur ... tabernae cum pergulis suis et -a equestria (*i. equo Romano digna?*) et domus. 1136 tabernae pergulae -a *locantur*. V 4488 tabernae cum cenac(ulis). VI 29791 in his praedis insula Sertoriana bolo esse Aur(eliae) Cyriacetis filie meae cinacula n(umero) VI, tabernas n(umero) XI *eqs.* IX 1938 hortum tabernam -um. X 6069 cum taberna et cenacul(o). PLIN. nat. 36,88 -a clivis excelsa, porticusque descenduntur nonagenis gradibus. MART. 1,108,3 mea Vipsanas spectant -a laurus. QVINT. inst. 6,3,64 cum -um eius perplueret. FRONTIN. aq. 76 tabernas -a. IVV. 10,18 rarus venit in -a miles. SVET. Aug. 45 ipse circenses ex amicorum ... libertorumque -is spectabat. 78 in proximo cuiuscumque domesticorum -o manebat. Vit. 7 liberis ... meritorio -o abditis. APVL. met. 9,40 me ... per scalas complicitis pedibus in superius -um attracto. GAIVS dig. 19,2,25,2 lumina -i. 44,7,5,5 is ... ex cuius -o — vel proprio ipsius vel conducto vel in quo gratis habitabat — deiectum effusumve aliquid est (*cf.* VLP. dig. 9,3,1,7) ... quasi ex maleficio teneri videtur. SCAEV. dig. 8,2,41 iuxta ... domum hortus et -um quod Olympico legatum non est fuerunt. ad hortum autem et -um ... semper per domum, cuius habi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatio relicta erat, aditus fuit. 33, 1, 20, 1 ex reditu -i mei. 33, 7, 7 tabernam cum -o. *ibid.* in qua *insula* -um fuit quod ei legatum erat. 33, 9, 7. PAPIN. dig. 39, 5, 27 habitare in illo -o eoque uti (PS. RVFIN. in Am. 4, 1—3 p. 1070C). *ibid.* usum -i. VLP. dig. 7, 1, 13, 8 per -a dividere domum. 9, 3, 1, 10 si plures in eodem -o habitent (9, 3, 5 pr. si ... plures diviso inter se -o habitent). 9, 3, 5, 2 si ex mediano -i quid deiectum sit. 9, 3, 5, 4. 9. 43, 17, 3, 7 si supra aedes, quas possideo, -um sit, in quo alius quasi dominus moretur. *ibid.* si -um ex publico aditum habeat. 47, 11, 7 in aliena -a se dirigunt furandi animo. PAVL. dig. 1, 15, 3, 4 aquam unusquisque inquilinus in -o habeat. DON. de com. 6, 2 non ea negotia continet *planipedia comoedia*, quae personarum in turribus aut in -is habitantium sunt, sed in plano et humili loco. HIL. c. Aux. 3 illi manu atque opere se alentes, intra -a secretaque coeuntes. PS. HIL. dedic. eccl. p. 882B terrenum -um quod supererat, LX *cubitos* habebat in latitudinem. HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 823 salvatorem ascendentem die paschae grande -um stratum atque mundatum (VVLG. Marc. 14, 15 Luc. 22, 12, *ubi gr.* ἀνάγαιον). adv. Iovin. 2, 17 Petrus hora sexta pransurus ascendit in -um (*cf.* in Ezech. 12, 41 p. 498 apostolus ... Petrus ... transcendit -um et venit ad tectum. VVLG. act. 10, 9 ascendit Petrus in superiora). tract. in psalm. I p. 100, 21 *infra l. 77.* epist. 22, 26 Daniel in -o suo manebat in superioribus — neque enim manere poterat in humili — fenestras apertas ad Ierusalem habuit (VVLG. Dan. 6, 10 fenestris apertis in -o suo). 53, 8 *spiritus sanctus* effundendus erat in -o Sion. VVLG. gen. 6, 16 deorsum -a et tristega facies in ea *arca* (*cf.* RVFIN. Orig. in gen. 2 p. 162B superiora *arcae* ... tricamerata ... triplicibus constructa -is). iud. 3, 20 sedebat ... in aestivo -o solus *Eglon*. 3, 23 ostiis -i. 3, 24 fores -i. 5, 28 de -o loquebatur. II reg. 18, 33 rex ascendit -um portae. III reg. 6, 8 per cochleam ascendebant in medium -um. 17, 19 portavit *Elias puerum* in -um, ubi ipse manebat (*cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 2 in qua [*civitate Sarapta*] est cenaculus ille qui factus fuerat Heliae). 17, 23 deposuit eum de -o in inferiorem domum. IV reg. 1, 2 cecidit ... Ochozias per cancellos -i. 4, 10 faciamus ... ei -um parvum. 4, 11 divertit in -um. 23, 12 altaria ... erant super tecta -i. I par. 28, 11 descriptionem porticus ... et cellariorum et -i. II par. 3, 9 -a ... texit auro. II Esdr. 3, 30 usque ad -um anguli. 3, 31 inter -um anguli in porta gregis aedificaverunt aurifices (ἀνὰ μέσον τῆς πύλης τῆς προβατικῆς). Ier. 22, 13 qui aedificat ... -a. 22, 14 -a spatiosa. Ezech. 41, 7 platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam et in -um templi deferebat per gyrum ..., sic de inferioribus ascendebatur ad superiora (*cf.* HIER. in Ezech. 12, 41 p. 498. 499). act. 1, 13 cum introissent, in -um ascenderunt. 9, 37. 39. 20, 8. 9 cecidit *Eutychus* de tertio -o deorsum (ἀπὸ τοῦ τριστέγου. *cf. p. 780, 45*). PS. AVG. serm. 187 in superioribus -i invenit apostolos. MACR. sat. 1, 6, 15 ut puer de -o pompam superne despiceret. SVLP. SEV. Mart. 19, 4 cum casu quodam esset de -o devolutus et per confragosos scalae gradus ... esset affectus. PRVD. c. Symm. 1, 580 omnis qui celsa scandit -a vulgus quique terit silicem variis discursibus atram. COD. Theod. 11, 20, 3 (*a. 400 vel 405*) ergasteriis tabernis domibus is. NICET. Vigil. 7 accensis lanternis quam pluribus in -o. ALC. AVIT. epist. 87 qui nobis qualibus strui mensuris cribrati (crebrati *S*) -um furni ... instituat. CANON. Migne 56, 547A eorum res monasteriis reservari et non posse alterius -a saecularia fieri. ITIN. Anton. Plac. rec. A 21 in qua (*turri David*) sunt monasteria in -is singulis. SCHOL. Hor. epist. 1, 10, 6 -um in altiore loco constitutum. ISID. reg. monach. 1, 3 cellarium monachorum iuxta -um esse oportet, ut secus positum sine mora mensis ministerium praebeatur. PASS. Paul. 2 in -o editiori. LIB. pontif. 98, 1 -a regiae gradorum adhaerentes basilicae. GLOSS. Scal. V 595, 69 canaba came⟨r⟩a post -um.

2 *in imagine de locis superioribus* (*v.* VARRO *p. 780, 38 sqq.*): ENN. ann. 60 -a maxima caeli (*cf.* TERT. adv. Val. 7 p. 183, 14 primus omnium ⟨Ennius⟩ poeta Romanus '-a maxima caeli' simpliciter pronuntiavit, elati situs nomine vel quia Iovem illic epulantem legerat apud Homerum. p. 183, 20 etiam creatori nostro Enniana -a in aedicularum disposita sunt forma. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 1). PLAVT. Amph. 863 (*iocose de caelo*) in superiore qui habito (*Iuppiter*) -o. TERT. adv. Val. 31 p. 207, 9 sicut ... Demiurgus tunc de hebdomade caelesti in superiora mutabit (*i. migrabit*), in vacuum iam -um matris. HIER. epist. 100, 4 in caelorum -o constituti ac mysticum pascha facientes. SIDON. carm. 22, 210 undosa inveniunt nantes -a pisces. *sensu spiritali*: HIER. in Matth. 26, 19 p. 214 videtur ... mihi -um lex spiritualis intelligi, quae de angustiis litterae egrediens in sublimi loco recipit salvatorem. in Ezech. 12, 41 p. 499 ascenderimus ad -um templi et terrenam humilitatem sensumque litterae relinquentes transierimus ad summitatem ecclesiae. tract. in psalm. I p. 100, 21 suscepit *Raab* eos *exploratores* non in inferiori loco sed in -o, in domate, hoc est in sublimitate fidei suae. EVCHER. form. 9 p. 56, 1 -um: altitudo meritorum vel scientiae.

derivata: cenacularius, cenaculatus, cenacellum.

? **cēnacūrius** (-ī) *m. fort. a* cena *et* curare*? v. p. 780, 23.*

cēnālis, -e *a* cena. *i. q. ad cenam pertinens.* VARRO rust. 1, 2, 11 ovum ... quod in -i pompa solet esse primum.

cēnārius, -ī̄ *m. a* cena. *is qui cenam facit, apparat.* CORP. VI 8460 hic iacet ... uxor Corneli primiceri cenariorum.

cēnāticus, -a, -um [*cf. c.* cenare, cena. *Th.*]. *cum apicibus:* CORP. VI 9044 cénáticum. *i. q. ad cenam pertinens:* PLAVT. Capt. 496 nunc ibo ad portum hinc: est illic mi una spes -a. *neutr. subst.* cēnāticum, -ī: *i. q. pecunia pro cena data:* CORP. VI 9044 -um dedit sacerdotibus et hono⟨ra⟩tis et decurionib(us) duplum, item ⟨ob de⟩dication(em) imaginis sua⟨e cenaticu⟩m duplum dedit. COD. Theod. 7, 4, 12 (*a. 364*) in provinciis statione militum affici possidentes Vrsicini comitis suggestione cognovimus, a quibus superstatutorum grave atque inusitatum quoddam nomen -orum fuerit introductum (*cf.* COD. Iust. 12, 37, 3 -orum nomine milites ... nihil penitus a provincialibus accipere audeant).

cēnātio, -ōnis *f. a* cenare. GLOSS. τρίκλινος (*cf.* SERV. Aen. 1, 698 errare eos qui triclinium dicunt ipsam basilicam vel -em). NOT. Tir. 103, 15. *i. q. locus ubi cenatur:* SEN. nat. 4, 13, 7 -em velis ac specularibus muniant. dial. 1, 4, 9 cuius -es subditus et parietibus circumfusus calor temperavit. 9, 9, 5 plerisque ... libri non studiorum instrumenta, sed -um ornamenta sunt. 11, 9, 2 maiore mole fastigia -um subduxerint. epist. 78, 23 circa -em eius tumultus cocorum est ipsos cum obsoniis focos transferentium. 90, 9 non ... tecta -i epulum recepturae parabantur. 90, 15 qui ... versatilia -um laquearia ... coagmentat (*cf. infra l. 37* SVET. Nero 31). 115, 8 nos ingentium maculae columnarum *delectant*, sive ex Aegyptiis harenis sive ex Africae solitudinibus advectae porticum aliquam vel capacem populi -em ferunt. COLVM. 1, 6, 1 spectent hiemalis temporis cubicula brumalem orientem: -es aequinoctialem occidentem. PETRON. 77 habet *domus* quattuor -es, cubicula viginti ... susum -em (cellationem *cod., v. p. 763, 75*). PLIN. nat. 36, 60 nos ampliores triginta *columnas* vidimus in -e, quam Callistus ... sibi aedificaverat (CORP. XI 6222). MART. 2, 59, 1 -o parva. PLIN. epist. 2, 17, 10 vel cubiculum grande vel modica -o, quae plurimo sole plurimo mari lucet. 2, 17, 12 -o quae latissimum mare ... prospicit. 2, 17, 15 hac non deteriore quam maris facie -o remota a mari fruitur. 5, 6, 21 iuncta ... ei (*cubiculo dormitorio*) cotidiana amicorum -o. IVV. 7, 183 algentem rapiat -o solem (SCHOL. *ad h. l.* -o marmoribus et columnis ornata). SVET. Nero 31 -es laqueatae tabulis eburneis versatilibus ut flores, fistulatis. *ibid.* praecipua -um rotunda. CAPITOL. Pert. 11, 6 ingressi *milites* ... porticus Palatii usque ad locum qui appellatur Sicilia et Iovis -o. SIDON. epist. 2, 13, 7 suffita cinnamo ac ture -o. carm. 22, 207 alta volubilibus patet hic -o valvis. IVLIAN. epit. novell. 123, 9 nemo militum in ea -e hospitium sibi vindicare audeat, in qua ipse paterfamilias habitare solet.

cēnātiuncula, -ae *f. a* cenatio *deminutive.* NOT. Tir. 103, 16. PLIN. epist. 4, 30, 2 fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur -a manu facta. SIDON. epist. 2, 2, 11 ex hoc triclinio fit in diaetam sive -am transitus.

cēnātor, -ōris *m. a* cenare. GLOSS. II 267, 27 δειπνητής (III 401, 56 -es: δειπνηταί. 441, 54).

cēnātōrius, -a, -um [*cf. c.* cenator, cenare. *Th.*]. *ad cenam pertinens, cenae aptus:* APVL. met. 5, 3 viso ... proximo semirotundo suggestu propter instrumentum cenator⟨i⟩um rata *Psyche* refectui suo commodum. LEX port. Zarait. (Corp. VIII 4508) 12 abollam cenatori⟨a⟩m. CAPITOL. Maximin. 30, 5 quod ei deesset vestis -a, ipsius Alexandri accepit. AVELL. p. 67, 2, 17 hora -a. SIDON. epist. 2, 9, 7 quo facilius pectora marcida cibis -ae fami exacueremus.

neutr. subst. **cēnātōrium,** -ī̄. NOT. Tir. 103, 14. **1** *i. q. vestimentum cenaticum* (*cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 322. 570*): PETRON. 21 lassitudine abiecta -a repetimus et in proximam cellam ducti sumus. 56 -a et forensia. MART. 10, 87, 12 -a mittat advocato. 14, 135 (*tit.*) -a. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 7 duo lodices et cervicalia duo par(ia) -ator(ia) et abollae. POMPON. dig. 34, 2, 33 quendam senatorem muliebribus -iis uti solitum. ACT. Arv. a. 218 A 1 *fratres Arvales* ⟨manibus lautis c⟩enatoria alba sumser(unt) et in tricliniarib(us) discubuer(unt). a. 219, 7 depositis praetextis -a alba acc(eperunt). a. 241, 12 magister lo⟨t⟩us -o albo.

B *singularis* (*cf.* Gloss. V 276, 7 -um centuplum): Verg. Aen. 10, 207 -a . . . arbore fluctum verberat (*i.* '*centum remis*' *vel* '*remo centuplici*'. Sil. 11, 490 -o fractus spumabat verbere pontus). Lavs Pis. 42 firmare iubet -o iudice causas (*i. centumviris.* Stat. silv. 4, 4, 43). *nota*: Stat. Theb. 4, 535 angustam -i Aegaeonis umbram. 5, 533 anguis . . . vexit arundineam -o vulnere silvam. 6, 213 -us ubique surgit eques (*de septem turmis*). silv. 5, 1, 190 niteat sacri -o pondere vultus Caesaris. Mart. 4, 64, 32 -o . . . ligone Tibur . . . domate. *nota* 8, 45, 4 amphora -o consule facta minor (Clavd. 28, 391 circumflexa rapit -us saecula consul). Apvl. flor. 6 p. 19 *v. p. 828, 50.* Ivvenc. 2, 753 -o . . . fetu. Clavd. rapt. Pros. 1, 47 Aegaeon . . . -o vexasset fulmina motu. Fvlg. aet. mund. p. 157, 11 *David* -o coniugem dotat praeputio. *nota*: Pers. 5, 6 quantas robusti carminis offas ingeris, ut par sit -o gutture niti (*cf.* 5, 1 *p. 828, 6*). 5, 24 -as ausim deposcere fauces. Stat. Theb. 12, 797 -a si quis mea pectora laxet voce deus. centenus fructus *ap. christianos* (*cf.* Vvlg. Matth. 13, 8 Marc. 4, 8. 20 *et p. 815, 56*): Cypr. epist. 76, 7 ad sexagenarium fructum -us accessit. hab. virg. 21 cum -o martyrum fructus est. Hil. in psalm. 64, 6 habet tricenum sexagenum -umque fructum. Hier. epist. 15, 1 -o fructu. *nota*: Pavl. Nol. epist. 18, 10 -um (centesimum *aliq.*) et sexagesimum ac tricesimum fructum . . . efferens. Avg. civ. 15, 26 p. 116 tres . . . ubertates euangelicae, tricena, sexagena, -a. 21, 27 p. 551 fructum . . . -um. 21, 27 p. 552 virg. 45, 46. Sedvl. carm. pasch. 1, 59 -um cumulare per horrea fructum (op. pasch. 1, 1 p. 179, 1 -is cumulis fructum recondat). Fvlg. Rvsp. praedest. 2, 23, 43. *numerus compositus*: Plin. nat. 17, 40 illum -a quinquagena fruge fertilem campum (*cf.* 18, 94 *supra l. 2*). 19, 11 singula . . . stamina -o quinquageno filo constare. Carm. adv. Marc. 3, 92 congressus . . . ter -o equite. *quasi ordinalis numerus* (*cf. l. 53 et 64*): Hier. epist. 10, 2 iam -us aetatis circulus volvitur. Alc. Avit. carm. 5, 361 iam prope -um compleverat advena lustrum in regnis, Aegypte, tuis (Vvlg. exod. 12, 40 quadringentorum triginta annorum). Coripp. Ioh. 3, 16 ultio . . . Vandalicum . . . genus -o perderet anno. 3, 185.

neutr. subst. **centēnum,** -ī, *genus frumenti.* Isid. orig. 17, 3, 12 -um appellatum eo, quod in plerisque locis iactus seminis eius in incrementum frugis centesimum renascatur. Gloss. III 429, 64 *σεκάλη ξέα* -um scandula. [*hisp.* centeno. *M.-L.*] Edict. imp. Diocl. 1, 3 centenu⟨m⟩ sive sicale (*nota nominativum inter meros genetivos edicti*).

fem. subst. **centēna,** -ae. **1** *centenarii dignitas*: Cod.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Theod. 10, 7, 1 (*a. 317*) ad perfectissimatus vel ducenae vel -ae vel egregiatus dignitates non oportet admitti. 8, 4, 3 (*a. 317*) primipilaribus post emeritam militiam ... -ae ... dari dignitas potest. 1, 9, 1 (Cod. Iust. 1, 31, 1 pr. *a. 359*) ad ducenam ... et -am et biarchiam nemo ... perveniat. *adi.*: Cod. Theod. 6, 27, 7 (*a. 395*) ad -am dignitatem hic ordo (*agentes in rebus*) servetur. **2** *ap. Visigothos: centuria militum*: Lex Visig. 9, 2, 1 solidi dividantur in -a, ubi fuerint numerati. 9, 2, 3 si quis centenarius dimittens -am suam in hostem ad domum suam refugerit. *ibid.* -am qu(a)e ei fuerat ascripta. *saepius.* **3** *ap. Salios: centuria custodum*: Lex Sal. capit. 4, 9, 1 decretum est (*a Chlotario*) ... -as fieri; in cuius -a aliquod perierit, capitale(m) qui eum perdiderat recipiat. *ibid.* in alterius -a ... a -a illa.

deriv.: centenalis, centenarius. *cf.* centenionalis.

centēniōnālis, -e [*derivatum esse videtur a* *centenio, *cf.* centenus. *Th.*]. *de nummo aereo, centesima parte miliarensis* (*v. Seeck, PW. III 1927*): Cod. Theod. 9, 23, 1, 3 (*a. 356*) pecunias, quas more solito maiorinas vel -es communes appellant. 9, 23, 2 (*a. 395*) -em tantum nummum in conversatione publica tractari praecipimus maioris pecuniae figuratione submota.

centennis, -e *a* centum *et* annus. *cf.* centenarius, centenalis. Gild. Brit. 30 chron. III p. 43, 9 -is tu ob religiosa merita vel coaevus Mathusalae.

centēnōdia, -ae *f. a* centenus *et* nodus. *nomen herbae. formae in* Gloss.: centenodia, centonodia, centenudia, centenotica, centonitica. *synonyma in* Gloss.: sanguinaria. proserpinac(i)a, millehorbia (milleforbia *ex corr., cf.* maurella), enenera, cardo, opirion. Marcell. med. 31, 13 plantaginis folia et radices et herbam -am et rubi summitatem ... coques.

centēnus *v.* centeni.

centēsima, -ae *v.* centesimus.

centēsimo, -āvī, -āre *a* centesimus. Capitol. Opil. 12, 2 milites saepe decimavit *Macrinus*, aliquando etiam -vit, quod verbum proprium ipsius est, cum se clementem diceret, quando eos -ret.

✕**centēsimus,** -a, -um [*a* centum. *Th.*]. centensimus: Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 25 Edict. imp. Diocl. praef. 1, 25 (*Strat.*, -es- *Aeg.*). Inscr. Notiz. degli scavi 1907 p. 432 (*Feltriae, a. 323*). *in codd. hic illic, ut* Ov. epist. 14, 121 P^1 Sen. epist. 9, 14 B^1 Plin. nat. 11, 184. 22, 114. 36, 85. 109 Dig. *cod. F saepius, ut* Iulian. 38, 8, 3 Afric. 46, 8, 24 pr. centisimus: Comm. instr. 2, 24, 7 *C.* centissimus: Favst. Rei. grat. 1, 9 p. 28, 17 *cod.* Conc. Clippiac. a. 626/7 p. 197, 10. centisius: Pavl. dig. 27, 1, 42 *F.* *breviatur per* C, *cf. p. 818, 8. v. etiam l. 66.*

I *numerus* ***ordinalis*** (*sive exactus sive rotundus vel hyperbolicus*): **A** ***simplex*: 1** *de parte*: **a** *de rebus*: ὑπερβολικῶς: Plavt. Mil. 763 bonus bene ut malos descripsit mores. :: haud -am partem dixi. Capt. 421 me haud -am partem laudat, quam ipse meritust ut laudetur. Plin. nat. 36, 85 *Daedalum* -am tantum portionem eius (*labyrinthi Aegyptii*) imitatum.

fem. subst. **centēsima,** -ae, *i. centesima pars* (Gloss. ἑκατοστή. *Marquardt, Staatsverw. II*^{2} *p. 60 sqq.*): *α de fenore*: Cato agr. 146, 1 qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit omnis pecuniae -a accedet. Cic. Verr. 4, 165 binis -is feneratus est. *ibid.* pensitaritne tibi binas -as. 4, 168 binas -as ab sese ablatas. Att. 1, 12, 1 a Caecilio propinqui minore (-ris *Sen. epist. 118, 2*) -is nummum movere non possunt (Sen. epist. 118, 2). 5, 21, 11 -as me observaturum ... cum anatocismo (5, 21, 12). 5, 21, 12 non bono *nomine* quaternas -as sperabat. 5, 21, 13 ut -ae perpetuo fenore ducerentur (6, 1, 5 -is sexennii ductis cum renovatione singulorum annorum. 6, 1, 16. 6, 2, 7). 6, 1, 6 quaternas -as ... decernere. 6, 2, 9 ut fenus quaternis -is ducant. 6, 3, 5. Sen. benef. 7, 10, 4 quid sunt istae tabellae, quid computationes et venale tempus et sanguinolentae -ae. Ivs colleg. eborar. (Corp. VI 33885) 23 centesim(is) datis a curatorib(us) sing(ulis) ⟨mensibus⟩ *eqs.* Maecian. distrib. 43 -a, quae commodi aut usurarum nomine ad sortem applicaretur, cum C centum significaret, sicilico, id est C averso co⟨epit⟩ notari *eqs. ibid.* summam, cuius -a futura erat. Papin. dig. 22, 2, 4, 1 ad finem -ae non ultra duplum debetur (frg. Vat. 11 *v. p. 818, 5*). Pavl. sent. 2, 14, 2 usurae supra -am solutae sortem minuunt. 2, 14, 4 usurae, quae -am excedunt. 22, 1, 17, 8 usuras ... usque ad tertiam -ae pendent. Cod. Iust. 8, 10, 4 (*a. 245*) si ... cum -is nummus ... restitutus fuerit. Edict. imp. Diocl. praef. 1, 25 consectentur peculia et laceratrices -as persequantur. Schol. Hor. sat. 1, 2, 14 quinis -is fenerat. 1, 2, 17. Ambr. Tob. 12, 40 usuras praedicat, -as laudat. 12, 42 veniunt calendae, parit sors -am. *ibid.* crevit -a. *ibid.* non iam -a incipit esse (*sc. ad sortem applicata*), sed summa, hoc est non fenoris -a, sed fenus -ae. Vvlg. II Esdr. 5, 11 -am pecuniae, frumenti, vini et olei, quam exigere soletis ab eis. Cod. Theod. 4, 19, 1 pr. (*a. 380*) qui ... moram afferent solutioni (*sc. multae*) ... in duplicium -arum conveniantur usuras. Comm. instr. 2, 24, 7 si fenerasti duplicem -a nummum. Sidon. epist. 4, 24, 1 cauta -a est feneratori. Canon. Migne 56, 398^A fenerantes ... -as exigunt. *cf.* 56, 398^B in Graecis dimidias -as species frugum ad sescuplum dare. Cod. Iust. 3, 31, 12, 1 pecuniam cum usuris ex quarta -ae parte currentibus. 4, 32, 26, 2 ultra tertiam partem -ae usurarum ... stipulari. 5, 12, 31, 5. 5, 13, 1, 7^b. 7, 54, 2. 7, 54, 3, 1. 2. 10, 8, 3. Conc. Clippiac. a. 626/7 p. 197, 10 neque centissima exigant. Corp. VIII 1127 ⟨increm⟩ent(um?) -arum id est p⟨...⟩. 1845 ex quorum (*nummorum*) usuris centesim(is) concuriales ... epulentur. *inde denuo substantivis additur pro adiectivo*: Papin. frg. Vat. 11 quod usuram (-arum *aliq. edd.*) -am excedit. Cod. Iust. 7, 54, 2 -as usuras exigi. 7, 54, 3 pr. *al.* Corp. V 1978, 17 ⟨cu⟩m usuris -i⟨s⟩. XIV 2101 ex usuris c(entesimis?). *translate*: Plin. epist. 9, 28, 5 prima quaque occasione mitte *litteras*, appositis quidem usuris, quas ego — num parcius possum? — -as computabo. Ambr. Iac. 2, 5, 23 fenerator *diabolus* ... qui mentem tuam -arum incurvat usuris. Sidon. carm. 23, 31 usuram petimurque reddimusque; nam quod carmine pro tuo rependo hoc -a laudium tuarum est. Drac. laud. dei 3, 33 creditor extorquet sub vomere fenus arator, usura praestatur edax, -a grandis redditur. *β de vectigali sim.*: Cic. Rab. Post. 30 utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent in cent⟨es⟩ima, an decessionem de summa fecerit. ad Brut. 1, 18, 5 obdurescunt ... magis cotidie boni viri ad vocem tributi; quod ex -a collatum, impudenti censu locupletium in duarum legionum praemiis omne consumitur. Lex met. Vipasc. (Corp. II 5181) 1 *conductio* -ae argentariae stipulationis. 3 cen⟨tesimam ab emptore accipito⟩. 4. 6 eius ... summae ... -am exigito. 8 -am d(are) (16). 11 -as duas. *ibid.* -am exig⟨ito⟩. Corp. VIII 23977? *Kubitschek, PW. III 1928; Hirschfeld, Verwaltungsb.*^{2} *p. 161.* Tac. ann. 1, 78 -am rerum venalium post bella civilia institutam. 2, 42 levari posse -ae vectigal professus Caesar ducentesimam in posterum statuit. *Kubitschek, PW. III 1928; Hirschfeld, Verwaltungsb.*^{2} *p. 93.* Cod. Theod. 10, 1, 11 (*a. 367*) decima indictione singulas tantum dependant -as. *ibid.* ut ... ratio ex -a possit agnosci. *dub.* Corp. XII 1082 (*cf. Hirschfeld, Verwaltungsb.*^{2} *p. 94*).

b *de personis*: Ov. epist. 14, 121 consanguineae quondam -a turbae (*Hypermestra*). Sen. dial. 4, 33, 4 iacebat conviva -us (*i. inter centum unus*). Hier. epist. 22, 35 *coenobitae* divisi sunt ... ita ut novem hominibus decimus praesit et rursus decem praepositos sub se -us habeat. Oros. hist. 6, 18, 8 (*v. p. 819, 30*). **2** *de loco*: Plin. nat. 33, 74 flumina ... duxere a -o plerumque lapide. Tac. ann. 13, 26 -um ultra lapidem ... libertum releget. Gaivs inst. 1, 27 intra -um urbis Romae miliarium. Vlp. dig. 1, 12, 1, 4 intra -um miliarium (coll. Mos. 14, 3, 2). Marcian. dig. 27, 1, 21, 2 ultra -um lapidem. Pavl. dig. 27, 1, 42 ultra -um miliarium. Apvl. apol. 44 ad -um lapidem longe exul est. met. 1, 10. Amm. 30, 10, 4 Valentinianus ... -o lapide disparatus. 18, 7, 9 *al.* *ellipsis*: Colvm. 5, 8, 5 hanc arborem ... ultra -um (*sc. miliarium, quod aliq. codd. addunt*) a mari ... non vivere. Vlp. frg. Vat. 155 qui ... intra -um fuerint. *inde nom. loc.* ad -um, *v. nom. propr.* **3** *de gradu*: Plin. nat. 36, 109 *a. 78 a. Chr.* domus pulchrior non fuit Romae quam Lepidi ..., at ... intra annos XXXV eadem -um locum non optinuit. **4** *de tempore*: Cic. Cato 19 si *avus* ad -um annum vixisset. 60. Varro frg. Cens. nat. 17, 8 uti ... ludi -o quoque anno fierent. Liv. 1, 40, 3. 9, 34, 6. 26, 39, 10. frg. Cens. nat. 17, 9 ludos saeculares ... -o quoque anno fieri mos (*cf. infra l. 84 sqq.*) Pavl. Fest. p. 103, 5 quod humanae vitae modum excedant vivendo ultra -um annum. Val. Max. 5, 2 ext. 4. 8, 7 ext. 12. 8, 13, 1. Sen. dial. 10, 3, 2 pervenisse te ad ultimum aetatis humanae ..., -us tibi vel supra premitur annus. 10, 17, 2 epist. 77, 20. 91, 14 -us annus ..., aetas ne homini quidem extrema. Plin. nat. 11, 184 non vivere hominem ultra -um annum defectu cordis Aegyptii existimant. 22, 114. 25, 9 Svet. gramm. 9 Sol. 19, 18. Avr. Vict. Caes. 28, 2 post mille -us *annus* ... excessit. Amm. 29, 2, 19. Plin. nat. 5, 57 *Nilus* revocatur intra ripas ... -o die. Iulian. dig. 38, 8, 3 intra -um diem. Afric. dig. 46, 8, 24 pr. post -um diem. Vlp. dig. 38, 9, 1, 8. 9. 13. 38, 15, 2, 4 Pavl. dig. 35, 1, 46. Plin. nat. 2, 215 -o lunae ... ambitu. 18, 217 -a revolvente se luna. Pavl. dig. 36, 2, 21 pr. kalendis Ianuariis -is. 45, 1, 46 pr. -is kalendis dari.

B ***compositus*: 1** *generatim*: Cic. Mil. 98 -a lux est haec ... et, opinor, altera. rep. 2, 29 anno fere -o et quadragesimo. Vell. 1, 2, 1 Val. Max. 2, 1, 4. 8, 13, 5 -um et vicesimum annum transgredi *Aethiopes*. 8, 13 ext. 2. Plin. epist. 10, 8, 6 ultra -um et quinquagesimum lapidem. Eutr. 2, 8, 1. 10, 18, 3 Vvlg. I Macc. 1, 21 *al.* Avg. civ. 16, 32 -o ... et tricensimo septimo. 16, 33 Svlp. Sev. chron. 1, 12, 5. Plin. nat. 35, 78 -a septima olympiade. 35, 79 -a duodecima. Vlp. dig. 38, 16, 3, 12 -o octogensimo secundo die. Sol. 40, 16 Vvlg. I Macc. 1, 11 *al.* Avg. civ. 16, 15 -um quadragensimum et quintum (*ibid.* -us quadragensimus quintus). 16, 32 *al.* Svlp. Sev. chron. 2, 18, 8 anno -o uno et quinquagesimo. Cael. Cic. epist. 8, 8, 3 legis ... unum et -um caput legit. Val. Max. 8, 13, 6 tertium et -um ... quintum decimum et -um ... annum. Plin. nat. 7, 175 septimum et quinquagesimum atque -um ... annum. Sol. 32, 42 duodecima -aque olympiade. Vvlg. I Macc. 1, 57 quinto et quadragesimo et -o anno. Svlp. Sev. chron. 1, 7, 3 *al.* *cf.* Filastr. 130, 2 in tertio psalmo ..., in -o et plus. **2** *legitimus numerus*: Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 25 ludos ... qui -o et d⟨ecimo anno recurrunt⟩. lud. saec. Sept. Sev. 1, 20 ⟨cecinit Sibylla ... longissimum⟩ ... humanae vi⟨tae te⟩mpu⟨s centesi⟩mus et d⟨ec⟩imus annus e⟨st⟩. Cens. 17, 9 p. 33, 9 ut decimo -oque anno repetantur

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ludi saeculares, tam commentarii XV virorum quam divi Augusti edicta testari videntur.

II *pro* ***multiplicativo***, *al.*: **A** cum centesimo (*sc. fructu*) *et sim.*: VARRO rust. 1, 44, 1 in Italia *ex eodem semine* . . . etiam cum -o redire solitum, in Syria . . . item ex modio nasci centum. PLIN. nat. 5, 24 cum -a fruge agricolis fenus reddente terra (SOL. 27, 6 cum incremento -ae frugis). 18, 94 cum -o quidem et Leontini Siciliae campi fundunt. 18, 141 *secale* nascitur qualicumque solo cum -o grano. 18, 162 cum quinquagesimo fenore messes reddit eximia fertilitas soli, diligentioribus vel (venum *codd.*) cum -o. MART. CAP. 6, 676 satio -o messis incremento feneratur. *sim.* MART. CAP. 1, 81 puellam accessibus gratulantem, ...ut magni nominis vota sint eidem redhibere -am. **B** *hinc* centesimus fructus (*al.*) *apud christianos, numero symbolico*: VVLG. Matth. 13, 8 alia . . . ceciderunt in terram bonam et dabant fructum, aliud -um, aliud *eqs.* 13, 23 fructum . . . facit . . . -um. HIL. in Matth. 20, 4 ceteris . . . se sequentibus -i fructus copiam pollicetur. hic -us fructus est, qui in -a ove cum caelesti laetitia expletur. hic -us fructus est, quem perfectae terrae ubertas consequitur. AMBR. patr. 6, 31 ipsa *resurrectio* est . . . pinguis et fertilis terra, quae fructus generat aeternos, fructus -os et sexagensimos. HIER. adv. Iovin. 1, 3 -us et sexagesimus et tricesimus fructus . . . multum differt in numero *eqs.* . . . -us numerus . . . de sinistra transfertur ad dexteram et . . . exprimit virginitatis coronam (*cf. p. 813, 2*). RVFIN. Orig. in gen. 12, 5 martyres, quorum est -us fructus. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 28, 17 cum denarius et -us numerus iustos perfectosque designet. ALC. AVIT. epist. 6 p. 34, 4 iste est -us fructus qui in futuro quidem vitam aeternam expectat. **C** *alia notabilia ob significationem*: MANIL. 2, 335 hic (*in trigono aequilatero*) poscit quintam partem -a summa (*h. e. pars circuli circumscripti debet esse 120 graduum*). *nota*: OROS. hist. 6, 16, 8 Gnaeus Pompeius cum -o equite aufugit (*cf.* BELL. Hisp. 32, 6 cum equitibus paucis. LANDOLF. 110 Gn. Pompeius cum centum equitibus aufugit).

deriv.: centesimare.

centētālis, -e [*a* κεντητός *ductum esse videtur. Th.*]. CHIRON 402 subicies fistulam -em (certe talem *cod.*; VEG. mulom. 2, 89, 4 centralem *L*, centenalem *P*). VEG. mulom. 1, 43, 4 subicies fistulam -em (centimalem, continalem, centinalem, gentialem *codd.*), quam mulomedici portare consueverunt, minutis foraminibus multisque pertusam.

centētum, -ī? *v.* candetum *p. 236, 35.*

centhippus, -ī. FVLG. myth. 2, 14 p. 56, 16 *equites Ixionis* Centauri dicti sunt quasi centum armati — denique centippi dici debuerunt, ex quo equis mixti pinguntur —, sed ideo centum armati.

centi *v. p. 820, 37.*

centiceps (-cipitis) [*cf. c.* ἑκατογκέφαλος *et c.* bi- triceps. *Th.*]. HOR. carm. 2, 13, 34 carminibus stupens demittit atras belua -s aures (PORPH. *ad l. Cerberus* propter multitudinem anguium, qui ex eo eminent, -s recte dicitur. *cf.* SEN. apocol. 13 Cerberus vel, ut ait Horatius, belua -s).

✖**centiēns** (**centiēs**) [*a* centum. *Th.*]. *adv. numerale. formam* centiens *postulat* MAR. VICTORIN. gramm. VI 24, 23. centies CAPER gramm. VII 95, 8 PRISC. gramm. III 77, 17. 415, 20 *al. v. Neue-Wagener II*³ *p. 335. exempla formae* centiens *infra dedi omnia* (*brev. per* -ns). GRAMM. suppl. 167, 18 *inter* ‘*adverbia* numeri’ GLOSS. ἑκατοντάκις.

1 *numerus* ***simplex***, *fere καθ' ὑπερβολήν*: PLAVT. Asin. 422 cui numquam unam rem me licet semel praecipere furi, quin -ns eadem imperem atque ogganiam. Mil. 188 siquidem -ns hic visa sit, tamen infitias eat. Poen. 361 liberare iuravisti me haud semel, sed -ns. Pseud. 1227 dixin, ut . . . caveres, -ns (habere sentiens *codd.*). Rud. 1167 circumspexi -ns (Vid. 64). TER. Haut. 881 ut nihil credas intellegere, nisi idem dictumst -ns. MART. 6, 49, 5 *cupressus non* saecula -es peracta . . . timet. 8, 42, 3 de nostro . . . -es laveris. APVL. met. 5, 6 prius . . . -es moriar quam. VVLG. eccles. 8, 12 peccator ex eo, quod -es facit malum. PASS. Barth. 2 p. 131, 12 -es flexis genibus per diem, -es per noctem. *nota*: VVLG. Marc. 10, 30 qui non accipiat -es tantum (ἑκατονταπλασίονα).

2 *in* ***multiplicatione*** *vel* ***compositus*** *cum minoribus numeris*: **a** *numeris additis*: COLVM. 5, 2, 1 ducimus -es centenos. ITALA Dan. 7, 10 (Tert. adv. Prax. 3 p. 231, 12) milies -es centena milia assistebant ei (LXX *et* VVLG. *v. supra p. 816, 19*). OROS. hist. 7, 7, 8 -es centena milia sestertium annua. FEST. p. 190, 31 *Dentatus* fertur -es et vicies . . . depugnasse (VAL. MAX. 3, 2, 24 PLIN. nat. 7, 101. 22, 9). COLVM. 5, 2, 3 -es vicies duceni quadrageni. **b** *numero* centena (centum) milia *supplendo*: *sic* centies sestertium: CIC. Pis. 86 sestertium -ns et octogiens . . . ex aerario tibi attributum. Phil. 2, 95 syngrapha sestertii -ns per legatos . . . facta. ad Q. fr. 2, 14, 4 ~~HS~~ -ns constituunt . . . pronuntiare. CAES. civ. 2, 18, 4 ~~HS~~ CLXXX . . . polliceri. NEP. Att. 5, 2 accepit circiter -ns sestertium. 14, 2 ut . . . in sestertio -ns affluentius vixerit quam. VELL. 1, 9, 6 bis miliens -ns sestertium. 2, 48, 4 accepto -es sestertio. VAL. MAX. 4, 8, 3 -es atque quinquagies sestertii summam. 7, 8, 4. SEN. dial. 11, 10, 4 -ns sestertio cenavit. 11, 10, 9. 10. benef. 4, 36, 2. PETRON. 53, 4 in arcam relatum est . . . sestertium -es. 74. 141 PLIN. nat. 9, 120 TAC. ann. 2, 47. 12, 53 Pallanti . . . -ns quinquagiens sestertium censuit consul (PLIN. epist. 7, 29, 2. 8, 6, 1 *et saepius*). 12, 58 -ns sestertii largitione. PLIN. epist. 10, 39, 1 sestertium, ut audio . . ., amplius -es hausit. SVET. vita Verg. p. 57. Vesp. 19 -ns (*opp.* centum . . . sestertia).

hinc centies *absolute tamquam subst. neutr.*: CIC. Verr. 4, 163 ad . . . frumenti emptionem . . . prope -ns et viciens erogatum est. ASCON. tog. cand. p. 91 dives . . . nam amplius -es possederat. MART. 1, 99, 4 optarent tibi -es amici. 1, 99, 9 raptum tibi -es. 3, 22, 2 supererat -es tibi laxum. 5, 70, 2 infusum sibi . . . plenum . . . -es . . . peregit. 5, 70, 5 -es comesse. centiens aureorum: CELS. dig. 50, 16, 88 PAVL. dig. 32, 97. *de hominibus*: PLIN. nat. 7, 97 in deditionem acceptis hominum -ns viciens. *dub.* MACR. sat. 2, 4, 24 centum (*sc. sestertia*) promisit (*libertus*) per libellum, in quo virgulae superductae pars ultra pecuniae defectionem protendebatur vacante infra loco. Caesar occasione usus priori alterum -es manu iunxit *eqs.*

centifidus, -a, -um [*cf. c.* centum *et c.* bi-fidus. *Th.*]. *i. q. in centum partes fissus.* PRVD. c. Symm. 2, 890 dux daemon adest, qui parte sinistra -um confundit iter (*de via spatiosa quae ducit ad perditionem*).

centifolius, -a, -um [*cf.* ἑκατοντάφυλλος. *Th.*]. *nomen herbae. formae in* GLOSS.: centifolia, centifolium, centu(m)folia, centefolia. *translationes in* GLOSS.: ἑκατοντάφυλλον, ἑκατόφυλλον, μυριόφυλλον, βαλανόστιον, millefolium (mili fonion *cod.*). PLIN. nat. 21, 17 genus eius (*rosae*) quam -am vocant, quae est in Campania Italiae *eqs.* 21, 18 Caepio . . . negavit -am in coronas addi. SORAN. p. 112, 5 linienda est matrix acacia vino soluta vel -o marino trito. ANTH. 366 *tit.* de laude rosae centumfoliae. *v. sub* centum *p. 825, 24 et sub* centenarius *p. 814, 55.*

centigrānius, -a, -um *a* centum *et* granum. *nomen herbae.* PLIN. nat. 18, 94 fertilissima tritici genera ramosum ac (aut *codd.*) quod -um vocant.

centimālis *v.* centetalis.

centimanus, -ūs [*cf.* ἑκατόγχειρος, ἑκατόγχειρ. *Th.*]. PRISC. gramm. II 268, 7 hic -us, huius -us. III 182, 12 haec manus, ⟨hic?⟩ -us. 416, 30 *inter* ‘compositiones . . . a nominibus numerorum’. GLOSS. ἑκατόνχειρ. GRAMM. suppl. 185, 7 -us centum manus habens. 185, 8 centi esse accusativum, quia eius videtur officio fungi. HOR. carm. 2, 17, 14 si resurgat -us Gyas (gigas *codd.*). 3, 4, 69 testis mearum -us Gyas (gigas *codd.*) sententiarum. OV. am. 2, 1, 12 -umque Gygen (*sic PS*). met. 3, 303 quo -um deiecerat igne Typhoea. trist. 4, 17, 18 -umque Gyan (*Guelf.*, gigen *Goth.*). BOETH. arithm. 1, 19 p. 40, 26 multis super naturam manibus natus, ut -us gigas. *cf.* Centemmanus *nom. propr.*

centimeter, -tra, -trum *a* centum *et* metrum. *i. quod centum metra continet.* SERV. gramm. IV 457, 1 (*de* ‘*centum metris*’) licet audacter, non tamen ineleganter, hunc libellum qui volet -um nominabit (*hinc subst.* BEDA gramm. VII 258, 21 sunt metra alia perplura, quae in libris -orum . . . quisque cupiet inveniet). SIDON. carm. 9, 264 non Persi rigor aut lepos Properti, sed nec -r Terentianus.

centimorbia, -ae *f. a* centum *et* morbus? *herbae nomen.* PS. DIOSC. herb. fem. 58 (57) centimorbia nascitur locis cultis *eqs.*

centināLis *v.* centetalis. **centinōdia** *v.* centenodia.

centipeda, -ae *f.* [*a* centum *et* pes. *Th.*]. *nomen bestiae.* ISID. orig. 12, 4, 33 centupeda a multitudine pedum dicta. GLOSS. III 433, 4 σκολοπένδρα (σκολλοπεναρα *cod.*) centumpeda. PLIN. nat. 1, 29, 39 scolopendra sive multipeda sive milipeda sive -a (*abl.*) sive onisco sive iulo (*idem fere* 1, 30, 16). 29, 136 milipeda, ab aliis -a aut multipeda dicta, animal est e vermibus terrae *eqs.* [30, 47 alii -am vocant *glossema, del. Urlichs; cf.* multipeda.] ARNOB. nat. 2, 52 lucusta mus sorex blatta rana -a. POL. SILV. nom. anim. chron. I 544, 1 *inter nomina insectorum. cf.* Centumpeda, centipedium, centipes.

centipedium σκολοπένδρα ANON. idiom. gen. gramm. IV 582, 73 *et* GLOSS. II 546, 64. *cf.* centipeda, centipes.

centipellio, -ōnis *f.* [*a* centum *et* pellis. *Th.*]. PLIN. nat. 28, 150 venter *cervi*, quem -em vocant. [*sard.* kentupuyone, *bonon.* tsintfoi, *engad.* čanfölya. *M.-L.*] *idem* **centipellis**, -is: SCHOL. Lucan. ed. Weber 1, 625 omenta vocat -em.

centipēs, -pedis. GLOSS. σκολοπένδρα, genus serpentis, nomen serpentis. *cf. vol. IV 697, 36.* PLIN. nat. 9, 145 scolopendrae . . ., quas -es vocant. [*sard.* kentubes, *hisp.* ciempies. *M.-L.*] *cf.* centipeda, centipedium. *Hey.*

centiplex, centiplico *v.* centupl-. **centippus** *v.* centhippus.

centivapōrus (centiuaperus *cod. bis*) sulphur vivus GLOSS. III 588, 19 (610, 4). *a* centum *et* vaporus. *Mbr.*

cento, -ōnis *m.* [*cf. c. gr.* κέντρων, *fortasse c. ind.* kanthā ‘*vestis resarcita*’. *Th.*]. *legitur inde a* PLAVTO. [*it. merid.* centone, *sard.* bentone. *M.-L.*] *v. etiam* centro.

1 *proprie: i. q. pannus, vestis e pannis confecta, stratum, cilicium.* GLOSS. ex multis pellibus vestes confectae; filtra (*v. Ducange s. v. feltum*); cilicia. *cf. Kubitschek, PW. III 1932—1933; Marquardt-Mau, Privatleben p. 585 et adn. 9; Marquardt, Staatsverwaltung p. 530; Blümner, Technologie I 199; Masquelez*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apud Daremberg-Saglio II p. 1013. CATO agr. 2, 3 -es, cuculiones familiam oportuisse sibi sarcire. 10, 5. 11, 5. 59 unde -es fiant. 135, 1 Romae tunicas, togas, saga, -es, sculponeas. or. frg. 18, 1 siquis eorum sub -e crepuit. LVCIL. 1061 culcitulae accedunt privae -bus binis. CAES. civ. 2, 9 -esque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis immissa tabulationem perfringerent aut saxa ex catapultis latericium discuterent. 3, 44, 7 omnes ... milites aut ex coactis aut ex -bus aut ex coriis tunicas aut tegimenta fecerant, quibus tela vitarent. COLVM. 1, 8, 9 -bus confectis. PETRON. 14 pannuciam *vestem* ne -bus quidem bonis dignam. 15 quod nos -em exhibendum postularemus. PLIN. nat. 9, 181 alio intus excipiente -bus raptum (*cf.* GLOSS. V 521, 16 velum de multis pannis. 494, 22. 564, 59). IVV. 6, 121 calidum veteri -e lupanar. AMM. 19, 8, 8 -em quem sub galea unus ferebat e nostris. 20, 11, 13 umectis scortis et -bus erant apertae materiae plures. VEG. mil. 4, 23 aliquanti -es et culcitas funibus chalant. MACR. sat. 1, 6, 30 scrofae cadaver sub -bus collocat, super quos uxor cubabat. *ad ignem prohibendum vel extinguendum cf. locos p. 820, 82 sqq. laudatos:* SISENNA hist. 107 puppes aceto madefactis -bus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur. CAES. civ. 2, 10, 6 coria ..., ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, -bus conteguntur. VLP. dig. 33, 7, 12, 18 acetum quoque, quod extinguendi incendii causa paratur, item -es sifones ... contineri plerique et Pegasus aiunt. VEG. mil. 4, 14 quae, ne exuratur incendio, coriis vel ciliciis -busque vestitur. 4, 15 ne immisso concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis vel -bus operitur. 4, 17 ne tantum opus hostili concremetur incendio, diligentissime ex crudis coriis vel -bus communita. 4, 18 ut perruptis coriis vel -bus intrinsecus flamma condatur. *in imagine:* PLAVT. Epid. 455 proin tu alium quaeras, cui -es sarcias (farcias *A*, fartias *B*, faruas *EI*, *corr. Lambinus; i. quem ludibrio habeas*). LVCIL. 747 sarcinatorem esse summum, suere -em optume (*cf. Marx ad h. l.*).

2 *translate: cf.* AVSON. 350, 31 -o quid sit absolvam. variis de locis sensibusque diversis quaedam carminis structura solidatur, in unum versum ut coeant aut caesi duo aut unus et sequens medius cum medio *eqs.* AVG. civ. 17, 15 ne more -um ad rem, quam volumus, tamquam versiculos decerpere videamur velut de grandi carmine, quod non de re illa, sed de alia longeque diversa reperiatur esse conscriptum. ISID. orig. 1, 39, 25 -es apud grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Vergilii ad propria opera more centonariorum ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus. *cf. Crusius, PW. III 1929—1932.* IREN. 2, 14, 2 quae apud omnes ... qui dicuntur philosophi, sunt dicta, haec congregant et quasi -em ... consarcientes. AVSON. 350—360 *tit.* -o nuptialis. 350, 4 -em vocant qui primi hac concinnatione luserunt. 350, 55 hoc ...-is opusculum ut ille ludus tractatur. 350, 61 dices me composuisse -em. EPIST. pontif. 700 Thiel (Gelas. 42) 8 -em de Christo Vergilianis compaginatum versibus apocryphum. FACVND. defens. 6, 3 p. 666[B] *ea* in unum -em redegerunt. ISID. vir. ill. 5 Proba ... componens -em de Christo Vergilianis coaptatum versiculis.

derivata: centonarius, centunculus. centonizare. *composita:* Homerocento, Vergiliocento. *Burger*

centoculus, -ī *m. a* centum *et* oculus. HIER. in Ezech. 1, 15 p. 17 qualem ... describunt fabulae poetarum Argum fuisse -um sive multorum oculorum. *Hey.*

centōnārius, -ī *m. a* cento. *legitur inde a* LABERIO. *is qui centones consuit, vendit, ad incendia extinguenda et ad usus militares suppeditat; cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 585. 719; Blümner, Technologie I 199; Kubitschek, PW. III 1933 sq.; Hirschfeld, Sitzb. d. Wiener Akad. 107 p. 243 sqq.; Ruggiero, diz. epigr. II p. 180 sqq. in urbe Roma* (CORP. VI) *rarissime* (*v. auctores p. 821, 83*). GLOSS. III 308, 24 κεντρωνορράφος centronarius (525, 49), *v. p. 822, 55.*

1 *absolute:* LABER. mim. tit. (Non. p. 107, 32) -us (*cf. Ribbeck, Gesch. der röm. Dichtung I p. 224*). PETRON. 45 Echion -us. COD. Theod. 16, 10, 20 (*a. 415*) chilarchos et -os ... censuimus removendos. CORP. V 1019, 9 opus ⟨cent⟩onariorum. 7263 ⟨cent⟩onar⟨iorum Se⟩gusino⟨rum⟩. IX 3837 culto⟨re⟩s centonari ⟨et dendr⟩of(ori). X 1282, 5 ⟨c⟩entonar⟨i⟩. DECRET. centon. Lun. (Corp. XI 1354) 3 n(umerus) cent(onariorum). CORP. XII 523 add. ⟨cor⟩poratus centonar(ius) (1898 -us ho⟨no⟩ratus et sagarius ⟨cor⟩poratus. 410 centon⟨ar(i)⟩ corp⟨orati⟩ Massil⟨ienses⟩ pa⟨tron(o)⟩). 2824 -i Vgemenses. XIII 1805 loca ... -i suo impendio restituerunt. 1961 patrono centonarior(um) Lug(duni) consist(entium). V 50* (*titulus dubiae fidei*) Ti. Claudius Ti. l. Syntrophus vestiarius -us h. s. e.

2 collegium centonariorum: **a** *aliis opificibus non additis:* CORP. II 4318. III 1174. 1208 patrono colleg(ii) cent(onariorum) (V 6515. 7470. X 3910. INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 406 patrono civit(atis) et collegi centonar(iorum)). III 3583. 4496[a] ⟨m⟩agistri colleg(ii) vet⟨e⟩ranoru(m) centonarioru(m) (10335. V 3411. 3439. VI 7861 mag(ister) quinq(uennalis) conl(egii) cent(onariorum) lustri XI et decurio). V 2176. 2864. 3111. 3137. 4488 oficiales c(ollegii) cent(onariorum). 5283 collégium centónár(iorum). 5447 q(uaestor) collegi centonarior(um). 5658. 5914. 7357. 7452. 7485. 7595 genio c(ollegii) c(entonariorum) Alb(ensium) (XII 1282). 7776 c. c. 790c. VI 7861 viatores coll(egii) -orum. 7863 dec(urio) conl(egii) cent(onariorum) (7864. *cf.* 7861 *p. 821, 79*). 9254. IX 2686 quinq(ennalis) colleg(ii) centonar(iorum) (VI 7861 *v. p. 821, 79*). 2687. 5077. 5084. 5836. 5839. 5843. XI 4391. 5047 *bis.* DECRET. centon. Sentin. (Corp. XI 5749) 3 DECRET. centon. Ostr. (Corp. XI 5750) 3. CORP. XII 526. 2754 collegium centonarior[ior]um.

b *simul nominantur: fabri:* CORP. III 1207 mater coll(egiorum) fabr(um) et cent(onariorum). 3554. 10519. V 749 praef(ectus) et patron(us) collegiorum fabr(um) et cent(onariorum) (V 8667. XII 700 fabror(um) naval(ium). 1020. 4488 coll(egiis) fabris (*pro* fabrum) et cent(onariorum). 5612. 5738 c⟨u⟩rat(or) arc(ae) coll(egii) fabr(um) et cent(onariorum) m(unicipii) M(ediolanensis) ... et allect(us) eidem coll(egio) et centurio (centuriae) VII. VII 5854. V suppl. ital. 870. IX 5368. 5653 (= CARM. epigr. 103[A]). INSCR. Notiz. degli scavi 1907 p. 432 (*a. 323*) coll(egium) fab(rorum) et cc (*i. centonariorum*). *dendrophori:* CORP. V 1012 patron(o) coll(egii) cent(onariorum) et dend(rophororum). IX 5189 colleg(ium) centonarior(um) et dendrophororum. *fabri et dendrophori:* COD. Theod. 14, 8, 1 (*a. 315*) in quibuscunque oppidis dendrophori fuerint, -orum atque fabrorum collegiis annectantur. CORP. V 2071 patrono collegiorum fab(rum) cent(onariorum) dend(rophororum) (XI 6362 patr(ono) VIvir(um) August(alium) itemq(ue) coll(egiorum) fabr(um) cent(onariorum) navic(ulariorum) dendr(ophorum) vicim(agistrorum) iuvenum forensium. 6378). V 5128. IX 5439. XI 6520. *fabri et nautae vel naviculari:* CORP. III 1209 patron(o) collegior(um) fabr(um) centonarior(um) et nautarum (XI 6362 *v. l. 19.* 6369 patrono VIvir(um) August(alium) et colleg(iorum) fabr(um) centonar(iorum) navicular(iorum)).

3 corpus centonariorum: COD. Theod. 14, 8, 2 (*a. 369*) ne quis ex -orum corpore subtrahere se possit ad curiam. 12, 1, 162 (*a. 399*) ne relictis urbibus plures sese ad corpus -orum transferant. CORP. II 1167 ⟨c⟩orpus centonari⟨orum⟩. **4** centuria centonariorum: CORP. V 5446 centuria centonar(iorum) dolabr(ariorum) scalarior(um). *cf.* 5738 *supra l. 9.*

inde adi. **centōnārius,** -a, -um. TERT. praescr. 39 Homerocentones etiam vocari solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus.

centōnizo, -āre *a* cento (*notione sub 2 allata*). GLOSS. V 228, 29 (*ad leg. XII tab.?*) occentavisset; concinnasset conposuisset condidisset centonizasset. 564, 62 -o (*deest interpretatio*). *Burger.*

centonōdia *v.* centenodia.

centrālis, -e *a* centrum. *in centro positus:* PLIN. nat. 2, 86 terra -is. *neutr. subst.* centrale *i. q. centrum:* MART. CAP. 6, 713 ad eius (*circuli*) circumferentiam ab uno -i lineae protentae.

centrātus, -a, -um [*a* centrum. *Th.*]. *centro distinctus:* FVLG. myth. 1, 12 Lampus (*equus Solis*) ... ardens, dum ad umbilicum diei (*cf. Plaut. Men. 155*) -um conscenderit circulum (SCHOL. Germ. Strozz. p. 196 *cf.* MYTHOGR. 2, 21 ad summum diei circulum).

centria, -ae *f.* [*a Graecis tractum, cf.* κέντριον. *Th.*]. **1** *musculus equorum:* CHIRON 19 quae venae positae sunt in bracchiolis dextra sinistra abinterius, ubi -ae brachiolares sunt *eqs.* (VEG. mulom. 1, 25, 5 -ae, id est musculi brachiolares). **2** *spiculum scorpionis (?):* COMM. apol. 637 solus nequa⟨m⟩ populus -am erexit ad illum (*dominum*).

est ... aliud genus culicum, quos vocant **centrīnās** PLIN. nat. 17, 255. *gr.* κεντρίνης.

centro, -ōnis *m.*, κέντρων, *i. q. vestis.* GLOSS. III 380, 70 elevato -e introivi: ἠρμένῳ κέντρωνι εἰσῆλθον. *deriv. v. p. 821, 61.*

centron *v.* centrum. **centrōnārius** *v.* centonarius *p. 821, 61.*

? **centrōnēn** nominant huius modi flatum (κέγχρωνα) HIPPOCR. aer. 15.

centrōsās *gemmas* cote deprehendunt et pondere PLIN. nat. 37, 98.

centrum, -ī *n.* [*tractum a gr.* κέντρον. *Th.*]. centron: APVL. mund. 1 PS. CENS. frg. 7, 1 HYG. astr. 1, 2. 6. 8 AVG. civ. 13, 17 MACR. somn. 1, 20, 14. 1, 22, 4 MART. CAP. 8, 814. 827. 849. 855. 857. *in carminibus non nisi apud* AVSON. 336, 56 SIDON. carm. 15, 78 ALC. AVIT. carm. 3, 2. CARM. de pond. 142 *legi.* VITR., *qui primus adhibuit, saepius quam 70[ies] usus est.*

1 *medium, punctum medium: cuiuslibet generis circuli sphaerae lineae:* GLOSS. medium camerae sive caeli. punctum, medietas cuiuslibet, medietas vel punctus. PS. CENS. frg. 7, 1 -on est nota circuli medii (AVG. ord. 1, 2, 3). HYG. astr. 1, 2 -on est cuius ab initio circumductio sphaerae terminatur. AVG. civ. 13, 17 intimo terrae medio, quod geometrae -on vocant. MACR. somn. 1, 20, 14. 1, 22, 4 MART. CAP. 8, 814. 827 CASSIOD. art. p. 1214[B] ISID. orig. 3, 12, 1. 19, 19, 10. *nota locutionem frequentiorem* -um medium. VITR. 1, 6, 6 supraque eius loci *expoliti* -um medium collocetur aeneus gnomon. *ibid. ex puncto umbrae extremae* a -o circumagenda linea rotunditatis. 1, 6, 7 per ... medium -um lineae perducendae (1, 6, 12. 5, 6, 1. 5, 7, 1. 9, 7, 3. 4. 5 PS. CENS. frg. 7, 2 MART. CAP. 6, 714 PS. BOETH. geom. p. 375). 1, 6, 12 in exaequata planitie -um. *ibid.* a -o ... diducto circino ad ... signum umbrae (9, 7, 2. 5 MART. CAP. 8, 817 PS. BOETH. geom. p. 379). 3, 5, 6 in eo loco *abaci* ... -um oculi *volutae* ⟨ponatur⟩ signeturque ex eo -o rotunda circinatio. 5, 3, 6 circuli *aquae* crescentes a -o quam latissime possint. 5, 5, 3 vox a scaena uti ab -o profusa. 5, 7, 1 in cornibus hemicyclii -a signan-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur (9, 7, 5). 6, 8, 3 ad -um respondentes earum (*fornicationum cuneorum divisionum*) conclusurae (6, 8, 4). 6, 8, 4 cunei . . . per coagmenta ad -um se prementes. 7 praef. 11 certo loco -o constituto (9, 7, 2). 8, 5, 3 aquam . . . sphaeroides habere schema et ibi habere -um, quo loci habet orbis terrarum. 9, 1, 2 collocavitque *naturalis potestas* cardines *caeli* tamquam -a (10, 3, 2), unum a terra . . . in summo mundo . . . alterum . . . sub terra . . . ibique circum eos cardines orbiculos circum -a (9, 1, 15 canales . . . in rota *figuli* facti . . . circum -um) uti in torno perfecit (Hyg. astr. 1, 6 p. 24, 10. 14. 25, 3 Hymn. Ambros. II 33, 2). *ibid.* media terra . . . -i loco . . . est collocata (Plin. nat. 2, 63. 160. 176 Apvl. mund. 1 Hyg. astr. 1, 8 p. 27, 5 Ambr. hex. 1, 6, 22 Macr. somn. 1, 19, 11. 1, 20, 22 Mart. Cap. 8, 849. 855 *cf.* Cic. Tusc. 1, 17, 40). Vitr. 9, 1, 3 uti septentrionali parte . . . habeat altitudinem -um. 9, 1, 6. 15 quae *formica* proximum -um *in rota figuli* habuerit. 9, 7, 3 *novem partes* a planitia ad gnomonis -um. 9, 8, 8 horae disponuntur . . . ab -o dispositae in fronte. *ibid.* descriptioque ex XII caelestium signorum fit figura, cuius ex -o deformatur unum maius, alterum minus. 9, 9, 10 bulla in horologiis ingrediens per puncta contra -i tympani versationem. 10, 3, 2 inducuntur uti -a axiculi in orbiculos. *ibid.* supposita uti -o citimo porrecta pressione. 10, 3, 3 *sqq. similiter de -is* staterae, ansae gubernaculi, phalangae, iugi (*cf.* Carm. de pond. 142). Plin. nat. 2, 63 *planetae* ab alio cuique -o apsides suae exurgunt *eqs.* 2, 81 *sol* in -um terrae incidens octavis in partibus Arietis et Librae (*cf.* Serv. Aen. 1, 742 ne incidat luna in -um terrae). *aliter* 2, 165 quo quid humilius sit propius a -o esse terrae *eqs.* (2, 64. 36, 73 Ambr. hex. 1, 6, 22 Mart. Cap. 6, 610 Isid. nat. 12, 4. 21, 2). 18, 281 *circulus lacteus* solis -o bis aequinoctialem circulum secans (18, 282 Serv. ecl. 3, 105 Alc. Avit. carm. 3, 2). Iren. 2, 4, 2. 2, 31, 1. Mar. Victorin. adv. Arrium 4, 24 *deum* sedere quasi in -o *τῶν πάντων ὄντων*. Hyg. astr. 1, 4 maximi *circuli sphaerae* . . . sunt, qui eodem -o, quo sphaera, continentur. Ps. Ambr. act. Seb. 55 climacterica . . . in -o nata. Rvfin. Clement. 9, 17 cum Mars -um tenens in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum *eqs.* Avg. soliloq. 2, 20, 35 *ab circulo* lineas ad -um ducimus. Macr. somn. 1, 19, 11 nihil *in sphaera, quae volvitur*, manet immobile praeter -um. Mart. Cap. 6, 597 *gnomonis* umbrae prolixitas aequinoctio -i sui aestimatione dimensa. 8, 857 *planetae* circulorum suorum -on in sole constituunt. Cassian. conl. 24, 6, 1 siquis teretis absidae cameram volens in sublime concludere subtilissimi illius -i, lineam iugiter circumducat. Sidon. epist. 8, 11, 9 super -o Mars apocatastaticus. carm. 14 praef. 2 mentionem -i proportionis diastematum climatum . . . epithalamio conducibilem. 15, 78 *ut* pendeat . . . totum *mundi* . . . ab origine -i. Clavd. Mam. anim. 1, 25 p. 91, 4 *cum circini radium* a -o extrinsecus circumduxeris, attende . . . -i potentiam ab stabili radio illum qui circumagitur radium regere. Boeth. mus. 1, 14 *motus undarum* revertitur . . . quasi ad -um. Ps. Boeth. geom. p. 377 -o . . . circulum designare. p. 379 aequaliter a -o distare. p. 387. 390.

nota de numerorum serie: Avson. 336, 56 numero in toto positus *unus numerus* sub acumine -i distinguit solidos coebo pergente trientes. Mart. Cap. 7, 733 *trias* -um medietatis ad initium finemque interstitiorum aequalitate componit.

2 *punctum; medium punctum corporis, partium corporis, rerum corporearum, interdum fere linea in medio posita*: Vitr. 3, 1, 3 corporis -um medium naturaliter est umbilicus. Chiron 56 de -o oculi (Vindic. med. 19). Avg. gen. ad litt. 7, 13 p. 212, 16 *de cerebri* medio velut -o quodam . . . ad sensus ceteros tenues fistulae deducuntur. epist. 137, 8. Vitr. 1, 5, 5 in rotundationibus *turrium* . . . cuneos ad -um adigendo *machinae* laedere non possunt. 3, 5, 4 columnae sunt medianae in pronao et postico ad perpendiculum medii -i collocandae. Plin. nat. 37, 28 infestantur *crystalli* . . . praeduro fragilique -o, item sale appellato (37, 120. 132). *cf.* 16, 198 inveniuntur in quibusdam *arboribus*, sicut in marmore, -a, id est duritia clavo similis. Ambr. hex. 3, 16, 68 ab ipso -o *pineae* distantibus . . . mensuris.

3 *virga altera circini, acumen virgae*: Vitr. 1, 2, 2 scaenographia est frontis et laterum abscedentium adumbratio ad circinique -um omnium linearum responsus. 1, 6, 7 -umque collocandum in meridiana linea. 1, 6, 13 ponendum est. 3, 1, 3. 3, 5, 7. 4, 3, 9. 5, 6, 1. 5, 7, 1. 9, 7, 4. 6. Ambr. hex. 1, 3, 10 si circuitum . . . graphio ducas vel -o exprimas.

4 *spina, aculeus*: Plin. nat. 10, 156 quibus *gallinis* -a *sunt*, fecunditas rara et incubatio ovis noxia.

derivata: centralis, centratus, centrosus (*graeca* centria, centrines). *Bannier.*

centuculāris *i. q.* centuncularis. *v.* centunculus *p. 830, 7.*

1. centum *num. card.* [*i. q. hibern.* cēt *got.* hund *ind.* śatám *lituan.* szimtas '*centum*'; *cf. c. gr.* ἑκατόν. *cf. Bopp, Vergl. Gramm. II*^{3} *86 sq. Th.*]. centu: Corp. VIII 1246 -u et X. 4523 -u et duo. Carm. epigr. 1329, 2 vivere debueras, annis fere -u licebat. *cf.* 1328, 2. *v. sub* Centumcellae. cento: *codd. aliq.* Greg. Tvr. Franc. 8, 3 stell. 38. *κέντον*: Metrol. I p. 307, 11 *v. p. 824, 11.* Procop. bell. Pers. 1, 22, 5. centi- *in compos.*: *v. sub* centimanus. *notatur per* C (Svet. Aug. 97 *al. v. p. 2, 6.* Lyd. mens. 1, 21 *τοῦ σίγμα στοιχείου, δι' οὗ τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν οἱ Ῥωμαῖοι σημειοῦνται — ἐστὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ λεγόμενον κάππα μικρόν*): Prisc. gramm. III 407, 6 -m . . . per principalem nominis litteram C *notant. in titulis saepe, ut*: S. C. de Bacch. (Corp. X 104) 6. 9. 18 Lex repetund. (Corp. I 198) 24 *al.* Mon. Ancyr. 5, 8 Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 21 Corp. XIV 170. XI 6481 *al.* VIII 270 Test. Galli (Corp. XIII 5708) 2, 6. *in codicibus passim, maxime in numeris compositis; de codd.* Caes. *v. Meusel in lex.*; *in cod. Veron.* Gai *saepius;* Sall. Catil. 30, 6 S(estertia) C(entum) *Paris. duo, Basil., Nazar. nota* Cic. Verr. 3, 66 (*al.*) C milia. Not. Tir. 61, 52 (61, 71 C -m milia). *cf. sub* centumviri. Isid. orig. 3, 3, 5 -m . . . vocati a 'cantho', quod est circulus. Metrol. I p. 307, 11 *κέντον . . . Ῥωμαῖοι τὰ ϱ΄ φασί* (Procop. bell. Pers. 1, 22, 5). Gloss. ἑκατόν (*cf. p. 827, 78*). Avg. civ. 20, 7 decem . . . deciens ducta fiunt -m. *inter nomina aptota enumerat* Don. gramm. IV 377, 27, *inter monoptota* Gramm. suppl. 88, 30. *pro subst. indeclin.*: *v. infra l. 41. 69. p. 825, 42 al.* [*locis corruptis, mutilis*: Plavt. Fest. p. 306, 29 Lvcil. 1051 Lampr. Alex. 59, 1.] [*it.* cento, *francog.* cent, *hisp.* ciento. *M.-L.*]

I *numerus* ***finitus*****:** **A** ***simplex*****:** **1** *arbitrarius, fortuitus, exempli causa sumptus, sive exactus sive corrotundatus* ('*decies decem*' *vel* '*plus minus centum*'): *animantium*: Plavt. Mil. 42 -m in Cilicia et quinquaginta, -m in Scytholatronia . . . sunt homines quos tu occidisti. Lvcil. 634 viginti domi an triginta an (vel *codd.*) -m cibicidas alas. Cic. Verr. 2, 14 cum ⟨eum⟩ . . . amplius -m cives . . . cognoscerent. ad Q. fr. 2, 8, 2 machaerophoris -m sequentibus. dom. 80. Catvll. 37, 7 continenter . . . sedetis insulsi -m an ducenti. Caes. Gall. 1, 37, 3 pagos -m Sueborum (4, 1, 4 Tac. Germ. 39). Varro rust. 2, 4, 22 in -m sues decem verres satis esse. Verg. Aen. 1, 705 -m *famulae* . . . totidemque pares aetate ministri (Val. Fl. 2, 652). Val. Max. 8, 15, 1 ex omnibus matronis -m, ex -m . . . decem sorte ductae (Plin. nat. 7, 120 Sol. 1, 126). Plin. nat. praef. 17 ex exquisitis auctoribus -m. 8, 53 -m . . . iubatorum *leonum pugnam* (8, 131 *ursi, venatores in circo. sim. in ludis* Vopisc. Car. 19, 2 Spart. Hadr. 19, 7 Capitol. Pius 10, 9 *al.* Amm 31, 10, 19. *cf. p. 825, 62*). 35, 99 -m homines tabula ea complexus *Aristides*. Gaivs inst. 1, 43 praescribit lex *Fufia Caninia*, ne cui plures manumittere liceat quam C (Vlp. reg. 1, 24 Pavl. sent. 4, 14, 4 Vopisc. Tac. 10, 7). Vvlg. III reg. 18, 4 IV reg. 4, 43 I par. 12, 14. eccles. 6, 3 si genuerit quispiam -m liberos. Matth. 18, 12 si fuerint alicui -m oves et erraverit una ex eis (Tert. pudic. 9 p. 235, 28 *de hoc loco*: quare -m oves? . . . necesse era[n]t, ⟨ut⟩, qui unius peccatoris salutem gratissimam [a] deo volebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret. *cf. infra l. 68/9*). *subst. om.*: Liv. 37, 38, 7 pepulerunt hostes -m ex iis occisis, -m ferme captis. Vers. Quint. inst. 7, 9, 8 quinquaginta ubi erant -m inde occidit Achilles. Tert. adv. Val. 8 p. 186, 19 Arnob. nat. 1, 46. Vvlg. lev. 26, 8 persequentur . . . -m de vobis decem millia. Am. 5, 3. Corp. VIII 270, 9 in senatu fuerunt C ⟨. . .⟩. *nummorum sim.*: Plavt. Poen. 734 -m nummis minus dicetur. Rud. 1314 *infuerunt* -m minaria (mna *codd.*) Philippa in pasceolo. Cic. Pis. 90 Achaeorum -m talentis. leg. 2, 53 partitionis caput scriptum caute, ut -m nummi deducerentur. Catvll. 23, 27 sestertia quae soles precari -m desine (Sall. Catil. 30, 6 servo libertatem et sestertia -m). Varro Men. 81 Nep. Timoth. 3, 5 hist. 8 (Plin. nat. 9, 137). Hor. ars 326 assem . . . in partes -m diducere (Petron. 58, 7). Liv. 27, 10, 13 additum . . . consuli -m pondo auri praecipuum. Pavl. Fest. p. 24 aestimaverunt . . . bovem centussis, hoc est . . . -m assibus (p. 54). Petron. 43, 2 reliquisse solida -m. Mart. 2, 63, 1. 4, 28, 5 -m dominos novae monetae. 10, 75, 9. 11, 27, 12 Ivv. 1, 92. Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) 1, 21 dabit . . . ~~HS~~ C n. Apvl. met. 1, 24 *al.* Vvlg. deut. 22, 19 condemnantes . . . -m siclis argenti. II par. 36, 3 Cod. Iust. 5, 37, 27 *al.* Inst. Iust. 3, 7, 3 *v. p. 813, 54.* Corp. X 6102. XIV 170. *ap.* Ictos: Edict. praet. Vlp. dig. 47, 12, 3 ei -m aureorum actionem dabo. Alf. dig. 30, 106 aureos -m Licinio damnas esto (*et sic saepe exempli causa*). Venvl. dig. 48, 11, 6, 2 neve *magistratus* plus doni muneris in anno accipiant quam quod sit aureorum -m. Gaivs dig. 29, 5, 25, 1 poena in -m aureos extenditur. Vlp. dig. 11, 4, 1, 2 multa . . . -m solidorum. 50, 13, 1, 13 licita . . . quantitas intellegitur pro singulis causis usque ad -m aureos. Marcian. dig. 47, 22, 3, 2 poena . . . aureorum -m (Mod. dig. 48, 14, 1, 1. 4). Pavl. sent. 5, 9, 1 *res* maior . . . -m sestertiis. Vvlg. Matth. 18, 28 debebat ei -m denarios (*cf. supra l. 37*). *subst. om.*: Lex reg. Fest. p. 189 (*loco corrupto*) C. qui ceperit ex aere dato (*cf.* Plvt. Marc. 8 *λαμβάνειν γέρας ἀσσάρια . . . ἑκατόν*). Plavt. Merc. 440 quinquaginta poscit. :: non -m datur (*sc. minis, cf.* 437). Mart. 4, 37, 1 -m Coranus et ducenta Mancinus, trecenta debet Titius *eqs.* 4, 61, 12 hereditatis tibi trecenta venisse et mane -m et post meridiem -m. 6, 5, 2 mutua des -m (*cf.* 6, 20, 1). 9, 102, 2. Alf. dig. 33, 1, 22 *et saepe ap.* Ictos. *nota*: Iavol. dig. 23, 4, 32 pr. fundum aestimatum -m. Ivlian. dig. 2, 10, 3, 4 actio mihi -m . . . competebat. 35, 2, 87 pr. qui fundum solum in bonis -m (*sc. millium nummum*) relinquebat (Venvl. dig. 42, 8, 25, 6 *al.*). Marcell. dig. 46, 3, 67 -m debitorem decem acceptis liberare. Pavl. dig. 13, 4, 10 -m et viginti condemnare. *et sic passim.* Gell. 2, 24, 6 -m aeris. Scaev. dig. 33, 1, 18, 1 alumno suo -m et menstruos decem et annuos -m dari voluit. *variarum rerum*: Plavt. Asin. 301 nudus vinctus -m pondo es, quando pendes per pedes (*sequitur argumentum scurrile; cf. sub* centumpondium).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B ***loci notabiliores*** *de negotiis muneribus honoribus sim. -um*: TER. Eun. 776 (*iocosa comparatione de servis militis*) cedo alios! ubi -ost Sanga et manipulus furum? LVCIL. 89 Graecum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum, municipem Ponti, Tritanni -um, praeclarorum hominum ac primorum signiferumque, maluisti dici. CIC. de orat. 2, 272 Africanus censor tribu movebat eum -em, qui in Pauli pugna non affuerat, cum ille se custodiae causa diceret in castris remansisse *eqs.* CAES. Gall. 6, 40, 7 nonnulli *-um* ex inferioribus reliquarum legionum virtutis causa in superiores erant ordines huius legionis traducti. civ. 3, 53, 5 quem (*Scaevam -em*) Caesar . . . donatum militibus CC atque ⟨. . .⟩ ab octavis ordinibus ad primum pilum se traducere pronuntiavit. HOR. sat. 1, 6, 73 in Flavi ludum . . . magni quo pueri magnis e -bus orti . . . ibant. LIV. 1, 52, 6 miscuit *Tarquinius Superbus rex* manipulos ex Latinis Romanisque, . . . ita geminatis manipulis -es imposuit. 2, 59, 11 -es duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis caesos securi percussit. 3, 69, 8 cohortes sibi quaeque -es legerunt (*de a. 446 a. Chr.*). 8, 8, 4 (*de distributione legionis manipularis saec. IV a. Chr.*) manipulatim structa acies . . . in plures ordines instruebantur, ordo (*i. centuria*) sexagenos milites, duos -es, vexillarium unum habebat. 8, 34, 7 cum polluta semel militari disciplina non miles -i, non -o tribuni, non tribunus legati . . . pareat imperio. 10, 46, 15 militibus ex praeda *tot* asses et alterum tantum -bus atque equitibus *datur* (*cf.* 33, 23, 7 duplex equiti -ique. 33, 37, 12 triplex equiti -ique. *at aliter*: 34, 52, 12 duplex -i, triplex equiti [36, 40, 13. 37, 59, 6. 39, 5, 17 *al.*]. *cf.* 40, 34, 2 [*in agrorum coloniae assignatione*] *pedites* quinquagena iugera, -es centena, centena quinquagena equites acceperant). 44, 33, 7 *primum pilum* et dein singulos *-es* proximo cuique in ordine -i dicere, quid opus facto sit *iubetur*. FEST. p. 198 *optio* adiutor dabatur -i a trib(unis) militum. qui ex eo tempore, ⟨quo⟩ quem velint -bus permissum est ⟨optare⟩, etiam nomen ex facto sortitus est (*cf.* PAVL. FEST. p. 184). PETRON. 82 'ex qua legione es aut cuius centuria'? cum constantissime et -em et legionem essem ementitus. PLIN. nat. 14, 19 summam rerum imperiumque continet -um in manu vitis et optimo praemio tardos ordines (*i. centuriones*) ad lentas perducit aquilas (*i. primipilatum*) atque etiam in del⟨ic⟩tis poenam ipsam honorat (*cf.* SCHOL. Iuv. 14, 193 'vitem posce' . . . vitis nam insigne -um est a Libero patre inventum, qui primus triumphavit et inventor vitis est). nat. 22, 11 -i vero uni ad hoc tempus *corona obsidionalis contigit* Cn. Petreio Atinati Cimbrico bello (1, 22, 6). QVINT. inst. 11, 3, 138 *plebeius homo* ita cingatur, ut tunicae prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites usque perveniant, nam infra mulierum est, supra -um. IVV. 16, 17 Bardaicus iudex datur haec punire volenti calceus (*i. calceus Illyricus, metonymice i. q. centurio*) et grandes magna ad subsellia surae legibus antiquis castrorum et more Camilli servato, miles ne *eqs.* . . . iustissima -um cognitio est igitur de milite. TAC. hist. 2, 89 ante aquilas praefecti castrorum tribunique et primi -um candida veste, ceteri *-es* iuxta suam quisque centuriam. ann. 1, 23 -o Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum 'cedo alteram' indiderant, quia fracta vite in tergo militis alteram . . . ac rursus aliam poscebat. 1, 32 prostratos *-es* verberibus mulcant, *milites* sexageni singulos, ut numerum -um (*sc. in tota legione*) adaequarent. SVET. Aug. 24 -es statione deserta itidem ut manipulares capitali animadversione puniit, pro cetero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut stare per totum diem iuberet ante praetorium, interdum tunicatos discinctosque, nonnumquam cum decempedis vel etiam caespitem portantes. MACER dig. 49, 16, 13, 4 inreverens miles non tantum a tribuno vel -e . . . coercendus est, nam eum, qui -i castigare se volenti restiterit, veteres notaverunt . . . *si* manum -i intulit, capite punitur. VEG. mil. 2, 8 *fusius de promotione -um.* 2, 16 -es vero habebant catafractas et scuta et galcas ferreas, sed transversis et argentatis cristis. *nota appellari -es cum quodam contemptu (velut homines militares non satis eruditos sim.)*: CIC. Cato 33 ne vos quidem T. Ponti -is vires habetis; num idcirco est ille praestantior? Tusc. 4, 55 ipsam illam iram -o habeat aut signifer vel ceteri, *non orator sapiens.* CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 124 *L. Antonius dormiens atque ebrius* inter manus -um concubinarumque iactabatur. PERS. 2, 77 hic aliquis de gente hircosa -um dicat: 'quod sapio, satis est mihi' *eqs.* 5, 189 dixeris haec inter varicosos -es. PLIN. epist. 6, 31, 4 *uxor tribuni* suam et mariti dignitatem -is amore maculaverat. FRONTO p. 121, 1 N. (*ironice*) scilicet hoc (*artem eloquentiae*) te a -bus vel primipilaribus elegantissimis altercatoribus didicisse? *in narratione biblica*: VVLG. Matth. 8, 5 *sqq.* Luc. 7, 2. 6 (*de Capharnaeo -e; gr. Matth.* ἑκατόνταρχος [-ης], *Luc.* ἑκατοντάρχης; *cf.* TERT. idol. 19. adv. Val. 28 p. 204 -o de euangelio. adv. Marc. 4, 18 p. 477 OPTAT. 5, 8 p. 137, 22. p. 138, 2. 5. 24. PAVL. NOL. epist. 32, 18 euangelicus ille -o. OP. imperf. in Matth. 22 p. 751 *al.*; *contra ap.* HIL. in Matth. *idem ubique* tribunus). VVLG. Matth. 27, 54 Marc. 15, 39. 44. 45 Luc. 23, 47 (*crucifixioni adest; gr. Matth.* ἑκατόνταρχος, *Luc.* ἑκατοντάρχης, *Marc.* κεντυρίων. *cf.* MAXIMIN. c. Ambr. 100 HIL. in Matth. 33, 7). VVLG. act. 10, 1 *sqq.* (*de Cornelio Petri hospite; gr.* ἑκατοντάρχης. *cf.* TERT. ieiun. 8 HIER. epist. 60, 9 CONC. Araus. a. 529 p. 52, 27 *al.*). 21, 32. 22, 26. 27, 1 *sqq.* (*de Pauli captivitate; ubique gr.* ἑκατοντάρχης [-ος]). *in martyrum historiis saepius carceri praepositus narratur -o, velut* RVFIN. hist. 4, 17, 9 hist. mon. 7 p. 412[A.B] PASS. Tarach. 1. 2. 3 *al.* PASS. Mar. Iac. 4 p. 50. 5 p. 51; *adde graeca* ACT. apost. Paul. 3. 6 ACT. Polycarp. 18, 1 *al.* *cf. etiam* SEN. dial. 3, 18, 4 (*v. p. 843, 77*). 9, 14, 7 (*v. p. 843, 32*).

C *per analogiam de* ***aliorum populorum*** *ducibus militaribus*: LIV. frg. 22 *de exercitu Sertorii* (*sc. Romanorum militiae adaequato*): novaque *arma Sertorius* iis per -es divisit. *de Graecis*: IVST. 14, 1, 7 ut eius (*Cleopatrae*) voce -es principesque confirmarentur (*exercitus Macedonici*). 22, 1, 10 *Agathocles* brevi itaque -o ac deinceps tribunus militum factus est. *de Iudaeis*: VVLG. exod. 18, 21 constitue ex eis *viris* tribunos et -es et quinquagenarios et decanos (18, 25 num. 31, 14. 48 principes exercitus . . . et tribuni -esque [deut. 1, 15 I par. 13, 1 II par. 23, 14]. I par. 26, 26 tribuni et -es et duces exercitus. 27, 1 principes familiarum, tribuni et -es et praefecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas. 28, 1 principes Israel, duces tribuum et praepositos turmarum . . . tribunos quoque et -es. 29, 6 II par. 1, 2. I Macc. 3, 55 tribunos et -es et pentacontarchos et decuriones. *et saepius.* SVLP. SEV. chron. 1, 17, 4 tribunos -esque et decuriones praeficiens *Moyses*). VVLG. IV reg. 11, 4 -es et milites. 11, 15 -bus, qui erant super exercitum. II par. 23, 9 dedit . . . -bus lanceas clupeosque et peltas regis David (*ubique fere hebr. i. q.* '*dux centum hominum*').

D ***iuncturae*** *potiores*: **1** ***verbales:*** **a** *nom.* (-o) -es: accipit: LIV. 24, 18, 15 stipendium. 40, 34, 2 *v. p. 841, 68.* CORP. III 1480 ordine(m) accepit ex equite Romano. adest: LIV. 31, 49, 10 triumpho. agit: CORP. III 14370[2] (*a. 181*) c(uram) a(gente) . . . (-e) leg. *adde p. 839, 74 sqq.* amittunt: CAES. Gall. 6, 40, 7 ne ante partam rei militaris laudem amitterent. civ. 3, 53, 3 oculos amiserunt. appropinquant (ordinibus): *v. p. 840, 27.* astat: PAVL. FEST. p. 311 astantibus -bus iacere coguntur sudes *milites.* cadit (*sc. proelio*): CAES. civ. 3, 53, 1. LIV. 27, 12, 16 in pugna fugaque. CORP. XIII 8648 ⟨ce⟩cidit bello Variano. TAC. ann. 4, 73. 12, 38. *cf.* CAES. Gall. 6, 40, 7 fortissime pugnantes conciderunt (7, 50, 4 BELL. Hisp. 23, 3). CORP. VIII 2980 ⟨in⟩ congre⟨ssione hostium⟩ dimica⟨ns occidit⟩. castigat: MACER dig. 49, 16, 13, 4 *militem.* circumsistunt: LIV. 1, 28, 7 armati *hostem.* TAC. hist. 1, 82. circumstant: LIV. 10, 38, 8 strictis gladiis. commeant: TAC. hist. 4, 57. concurrunt: CAES. civ. 1, 71, 2. LIV. 8, 8, 15 -o . . . cum -e. conquirunt: CAES. Gall. 7, 12, 4 arma iumentaque. continent: BELL. Afr. 82, 4 vi . . . milites. corrumpunt: LIV. 2, 58, 9 exercitum. curant: VEG. mil. 2, 8 centurias *v. p. 838, 28.* curam agere *supra l. 68.* custodiunt: LIV. 27, 24, 3 portas . . . ne quis nocte urbe exiret. VVLG. act. 24, 23 *Paulum.* defendunt: *v. p. 843, 33.* deligunt:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAES. Gall. 2,17,1 locum idoneum castris. deserunt: SALL. Iug. 38, 3 signo dato locum. ducit: CAES. civ. 1,13,4 primi pili -o ... qui hunc eundem ordinem . . . antea duxerat. LIV. 42, 32, 7 primos pilos. excitant: LIV. 25, 37, 10 manipulares. fit: ASCON. tog. cand. p. 91 divesque ex victoria factus. CORP. XII 2234 -o factus *a. 50* (XI 31158 (-o) factus ab imp(eratore) Caesare Hadriano. III 771 factus (-o). VI 3328 re⟨stabant⟩ huic dies LI, ut fieret (-o)). gubernat: *v. p. 838, 35.* habent usum in castris: *v. p. 838, 68.* imperat: SEN. clem. 1, 16, 2 militibus. inferunt: LIV. 10, 36, 10 ab signiferis rapta signa *in hostes.* inspiciunt: VEG. mil. 1, 25 a -bus fossa inspicitur ac mensuratur et vindicatur in *neglegentes.* intereunt: CAES. civ. 3, 71, 2 in fossis munitionibusque et fluminis ripis . . . sine ullo vulnere. mensurant: *v. l. 11.* meret: PAPIN. dig. 23, 4, 26, 3 in qua *provincia* -o merebat. metiuntur: VEG. mil. 3, 8 p. 84, 6 opus *castrorum* . . . decempedis. militat: CORP. V 940 milita(vit) gregales ann(os) XIIII et -o ann(os) III. 942 militavit optio . . . ann(os) XV, -o ord(inarius) ann(os) VI. VI 3584 milit(avit) (-o) in II *coh.* . . . annos XI. 32974 (*christ.*) qui militavit -o ann(os) XXX. VIII 217. IX 335 militavit ⟨in eo⟩ quo natus est c⟨astello⟩. PASS. Marcell. 4. 5. obeunt: TAC. hist. 2, 21 vigilias. obsequitur: TAC. hist. 1, 84 tribuno. ordinant: GLOSS. Plac. V 15, 8 (57, 3) milites. parent: TAC. ann. 1, 21 legatis. perfugiunt: CAES. civ. 2, 27, 1 (*cf.* transfugiunt: BELL. Hisp. 20, 4 SALL. Iug. 38, 3). praecipiunt: CAES. Gall. 6, 39, 2 *v. p. 844, 70.* praeest: LIV. 38, 24, 2 custodiae. SCHOL. Ter. p. 108 *v. p. 838, 30.* GLOSS. Plac. *v. p. 838, 33.* relinquunt: LIV. 2, 59, 11 ordines repetunt: SVET. Tib. 12 a commeatu castra. resistunt: BELL. Afr. 82, 4 pectore adverso. respondent: LIV. 42, 35, 2 ad dilectum oboedienter. restituunt: BELL. Hisp. 23, 3 aciem. sequuntur: CAES. Gall. 5, 37, 1 *legatum.* civ. 3, 13, 4 (*cf.* subsequuntur: CAES. civ. 1, 76, 3. consequuntur: CAES. Gall. 6, 38, 3). speculatur: VAL. MAX. 9, 9, 2. sustinent: CAES. Gall. 6, 38, 3 proelium. trahit: SEN. dial. 9, 14, 7 agmen peritorum (*sc. ad supplicium*). transfugiunt: *v. supra l. 23.* tuentur: CAES. civ. 3, 94, 6 tuemini ... castra et defendite. vindicant: *v. supra l. 11.* **b** *acc.* -em (-es): adhibere: CAES. Gall. 1, 40, 1 ad . . . consilium. adicere: LIV. 4, 17, 10 ad dilectum . . . -es veteres belli periti adiecti. adigere: LIV. 40, 41, 8 iure iurando. agere: FLOR. epit. 4, 12, 24 in crucem. amittere (*sc. proelio*): CAES. Gall. 7, 51, 1 civ. 3, 67, 3. 3, 99, 1 BELL. Alex. 43, 3 LIV. 35, 5, 14 TAC. ann. 15, 10. appellare: CAES. Gall. 2, 25, 2 nominatim. 5, 52, 4 singillatim. caedere: OROS. hist. 5, 18, 26 virgis. *i. q. occidere*: OROS. hist. 6, 15, 21 (*cf.* occidere: CAES. Gall. 2, 25, 1 *bis.* BELL. Alex. 57, 1 LIV. 38, 24, 8 TAC. hist. 5, 20 *al.*). castigare: LIV. 34, 15, 4. citare (*sc. in dilectu habito*): LIV. 42, 32, 7. constituere: VVLG. exod. 18, 21. 25 deut. 1, 15 I reg. 8, 12 *saep.* convocare: CAES. Gall. 3, 5, 3 BELL. Afr. 54, 1 LIV. 34, 13, 4 VVLG. I par. 28, 1 (*cf.* vocare: LIV. 7, 34, 13 *et saep.*). corrumpere: SALL. Iug. 38, 3 VELL. 2, 20, 3. deligere: CIC. Phil. 13, 18 delectos Martiae legionis -es. HIRT. Gall. 8, 23, 4 TAC. ann. 4, 2 (*cf.* eligere: CAES. civ. 1, 57, 1 TAC. hist. 1, 30. VEG. mil. 2, 14 p. 47, 15 -o eligendus est magnis viribus, procera statura *eqs.* legere: SALL. Catil. 59, 3 LIV. 3, 69, 8). deputare: *v. p. 840, 8 sqq.* desiderare: CAES. civ. 3, 71, 1. destituere: LIV. 27, 13, 9 (*pro poenae genere*) destrictis gladiis discinctos destitui. dimittere: *v. infra l. 53. 67 sqq.* dissipare: CIC. Pis. 96 -es . . . non dimissi abs te, sed dissipati. donare: CAES. civ. 3, 53, 5 LIV. 10, 44, 3. 5. 39, 5, 17. 39, 31, 18. ducere: LIV. 7, 34, 15 manipularium militum habitu. SEN. dial. 3, 18, 5 *ad supplicium* (subducere: SALL. Catil. 59, 3 in primam aciem). eligere: *v. supra l. 48.* exauctorare: PLIN. epist. 6, 31, 5. facere *aliquem -em*: VVLG. I reg. 22, 7. *adde sub* fit *supra l. 4 sqq.* habere: CAES. civ. 1, 77, 2 magno in honore. interficere: CAES. civ. 1, 46, 5. 1, 80, 5. 3, 64, 4 BELL. Afr. 46, 1 TAC. *saep.* iugulare: CIC. Phil. 3, 30. 5, 22. mittere: CAES. civ. 1, 74, 3 legatos (LIV. 24, 48, 2. 25, 6, 1. *cf.* CAES. civ. 2, 44, 1 legatorum numero). LIV. 45, 34, 2 in singulas urbes. VAL. MAX. 9, 9, 2. PLIN. epist. 10, 77, 1 Byzantium. TAC. hist. 2, 85 ad interficiendum *aliquem. al.* SCAEV. dig. 13, 7, 43, 1 ex officio annonae (*cf.* SEN. dial. 5, 19, 5 dimissis per domos -bus. praemittere: CAES. Gall. 2, 17, 1 TAC. hist. 2, 58). *i. q. dimittere, exauctorare*: CORP. III 12411 (*aetate Domitiani*) (-o) leg. . . . mis(sus) h(onesta) mis(sione). dimittere: CIC. Pis. 96 *v. supra l. 53.* TAC. hist. 1, 51. 3, 57 per ignominiam. *adde p. 844, 51 sqq.* mutare: CAES. civ. 2, 28, 1 ut paucis mutatis -bus idem ordines manipulique constarent. occido: *v. supra l. 41.* ordinare: CORP. V 7865 *v. p. 839, 60.* percutere: LIV. 2, 59, 11 securi (OROS. hist. 5, 18, 26). VELL. 2, 78, 3 ob turpem ex acie fugam fusti. perdere: CIC. Att. 5, 20, 4 (*pugna*). perturbare: *v. p 838, 68.* ponere: CAES. civ. 3, 94, 6 in statione ad praetoriam portam (imponere: BELL. Afr. 7, 2 ad portas oppidi . . . ne quis miles . . . introiret. LIV. 1, 52, 6). praeficere: LIV. 5, 45, 7 SVLP. SEV. chron. 1, 17, 4. praeponere: SEN. dial. 3, 18, 4 supplicio. TAC. ann. 3, 74 (praepositus *v. p. 839, 68. 840, 2 sqq.*). probare: CORP. III 8097 (*a. 168*) -o leg. VII Cl(audiae) stip(endiis) XXVI prabatus (*sic*). 10507 (-o) leg. VI ferrat(ae), qui est prob(atus) in leg. II. 14178 prabatus (pralaevus *legebatur in lap.*) in leg. I. promovere: CORP. III 7334 promotus successione *in alteram legionem.* XIII 6803 (*a. 213*) ⟨promo⟩tus (-o) leg. . . . ex corn(iculario). 6823 ex b(ene)f(iciario) praefectorum. 6952. provehere: TAC. hist. 3, 44 -es ac milites a Vitellio provecti. relegare: PLIN. epist. 6, 31, 5. restituere: CAES. civ. 1, 77, 2 in priores ordines. scribere: LIV. 42, 31, 4 ut -es militesque veteres scriberet quos vellet consul usque ad quinquaginta annos. 42, 32, 6. 42, 33, 4. traducere: *v. p. 841, 52. 53 sqq.* vocare: *v. p. 843, 45.* vulnerare: CAES. Gall. 2, 25, 1. **c** *dat.* -i (-bus): adimere: SVET. Cal. 44 primos pilos. attribuere: VARRO frg. Non. p. 520, 5 erant attributi decurionibus et -bus . . . accensi. CAES. Gall. 3, 14, 3 singulae naves (*classis Caesarianae*). condonare: HIRT. Gall. 8, 4, 1 praedae nomine. dare: BELL. Alex. 9, 1 negotium, ut *eqs.* (LIV. 1, 28, 3). LIV. 33, 23, 9 *praedae aliquid* (33, 37. 12. 37, 59, 6 *al.*). dividere: LIV. 33, 23, 7. 34, 52, 11 *al.* exsolvere: TAC. hist. 1, 46 mercedem. imperare: LIV. 10, 40, 12. 10, 41, 8 *al.* mandare: CAES. Gall. 7, 17, 8 (*seq.* ut). numerare: TAC. hist. 1, 58 vacationes ... ex fisco. oboedire: TAC. ann. 1, 17 cur paucis -bus . . . in modum servorum oboedirent? parere: *v. p. 841, 63.* praestare: TAC. hist. 1, 46 vacationes praestari -bus solitae. tradere: VAL. MAX. 6, 1 ext. 2 *custodiendam quandam.* VVLG. act. 27, 1.

2 ***nominales*:** **a** *genet.* -um (-is): cohors: *v. p. 840, 79.* cognitio: *v. p. 842, 4.* decuria: CIC. Phil. 1, 20. dilectus: CIC. Phil. 5, 22. fides: TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 477 OPTAT. 5, 8 p. 137. 139, 2 non fortitudo -is, non sapientia laudata est, sed fides. manus: PASS. Mar. Iac. 4 p. 50, 17 -um violenta manus. ordo: TAC. hist. 3, 49 interfectorum -um ordines legionibus offerebat. robur: LIV. 24, 46, 2 -um robora ex toto exercitu delegit. saevitia: TAC. ann. 1, 17. 31. sapientia: *v. l. 21.* virtus: CAES. Gall. 5, 52, 4. 6, 40, 7 VAL. MAX. 3, 8, 7. **b** *apponitur nominibus propriis*: *postponitur nomini si attributum simul additur*: CIC. Catil. 2, 14 Manlius iste -o. Balb. 34 L. Marcius primi pili -o. CAES. Gall. 3, 5, 2. 7, 47, 7. 7, 50, 4 civ. 1, 13, 4. 1, 46, 5 BELL. Afr. 28, 2 LIV. 2, 27, 6. 5, 45, 7 *al.* VAL. MAX. 9, 3, 6 TAC. hist. 3, 22 ann. 1, 29 *al. et passim in* INSCR. *item postponitur nude positum*: CIC. Cato 33 CAES. Gall. 7, 50, 3 civ. 3, 19, 6 *al.* VAL. MAX. 2, 3, 3 ASCON. Mil. p. 50 TAC. hist. 1, 59 *al.* INSCR. *saep.; interdum cum hyperbato, velut* HIRT. Gall. 8, 23, 5. *anteponitur, si nomen proprium magis fortuito vel supplementi causa addi videtur*: TER. Eun. 776 ubi -o est Sanga (*nota non verum esse -em servum*). CIC. Att. 5, 20, 4 CAES. Gall. 5, 44, 1 LIV. 2, 45, 13. VELL. 2, 78, 3 primi pili -em nomine Vibillium. TAC. ann. 1, 23 -em cognomento Sirpicum. *praeterea anteponitur (ex vulgari usu loquendi?)*: CIC. Att. 5, 21, 4 LIV. 26, 4, 10 TAC. hist. 1, 58. 2, 8. 3, 54 ann. 1, 23. 28. 13, 9 TERT. ieiun. 8 HIER. epist. 60, 9. *rhetorice*: TAC. ann. 12, 45 Pollio praefectus, -o Casperius. **c** *epitheta* (*appositiones* [*v. p. 839, 70 sqq.*]): ambiguus: TAC. hist. 2, 39. armatus: LIV. 1, 28, 7. avarus: *v. l. 49.* classiarius, classicus: *v. p. 840, 82 sqq.* fidissimus: AMM. 18, 6, 21. firmatus animo: TAC. ann. 1, 6. fortissimi viri: CAES. Gall. 5, 44, 1 civ. 1, 57, 1. 3, 99, 1. hircosus: *v. p. 842, 26.* idoneus: HIRT. Gall. 8, 23, 4 LIV. 25, 23, 15. non incruentus: VELL. 2, 112, 6. insignis: TAC. ann. 4, 73. lacertosus: CIC. Phil. 8, 26 -es pugnaces et lacertosos inter mimorum et mimarum greges collocavit. legionarius: *v. p. 840, 72.* libidinosus: VAL. MAX. 6, 1, 11. *cf.* LIV. 38, 24, 2 et libidinis et avaritiae militaris. loricatus: BELL. Hisp. 20, 4. maturus (*sc. aetate*): SVET. Cal. 44. missicius: CORP. V 6584 ⟨m⟩iss(icius) cen⟨t(urio) coh⟩(ortis) *alicuius.* nobilis: CIC. Att. 5, 20, 4. LIV. 6, 14, 3 nobilem militaribus factis. notus: ASCON. tog. cand. p. 91 SPART. Did. 5, 8 Pesc. 2, 6. peritus: TAC. hist. 3, 56. periti belli: *v. p. 843, 36.* praeclari homines: LVCIL. *p. 841, 46.* praetorianus: *v. p. 841, 15.* promptus: TAC. hist. 1, 51. 2, 60. pugnax: *v. supra l. 47.* rigidus: MART. 11, 3, 2. saevus: SEN. clem. 1, 16, 4. severus: TAC. hist. 1, 80. splendidissimus: TAC. hist. 2, 81 *p. 838, 66.* tunicatus: SVET. Aug. 24. varicosus: PERS. 5, 189. verecundus: LAMPR. Alex. 50, 2. veteranus: CORP. V 889 (*cf.* suppl. ital. 71 [*saec. I ex.*]). III 3571 quondam -i leg(ionis) II adi(utricis) h(onesta) m(issione) v(eterano). 12366 (-i) veterano. 14694 v⟨et(eranus)⟩. X 3369. 3371. 3376. 3665 (-i) beterano. vetus: LIV. 4, 17, 10 *v. p. 843, 36.* 42, 33, 4. TAC. ann. 2, 55 expertae virtutis. 3, 74. Latinus: LIV. 8, 8, 18. Marsus: CAES. civ. 2, 27, 1. Romanus: LIV. 30, 11, 4. Sullanus: *v. p. 841, 41.*

3 *cum* ***praepositionibus*:** a b (a): CAES. civ. 1, 39, 3 a tribunis militum -busque mutuas pecunias sumpsit *Caesar.* LIV. 30, 11, 4 sicut quondam ab Romanis -bus didicerat. ad: CAES. Gall. 6, 39, 2 modo conscripti atque usus militaris imperiti ad tribunum militum -esque ora convertunt, quid ab his praecipiatur expectant. cum: CAES. Gall. 1, 41, 3 egerunt *v. p. 838, 79.* BELL. Afr. 44, 2 milites veterani cum uno -e. TAC. hist. 3, 43 ann. 14, 27 AMM. 18, 6, 21. VVLG. I par. 13, 1 iniit . . . consilium. ex: LIV. 8, 8, 18 victoriam tulit. CORP. III 8663 (*a. 179*) v⟨et(eranus)⟩ ex (-e) (VIII 9236 [*aetate Caracallae imp.*]. III 225. 1471. 5820. 10314. 12587. V 2831. suppl. ital. 681. X 3365. 3370 ex -b(us) eiusd(em) classis. XI 837). VIII 2618 (*a. 212*) ex (-e) h(onesta) m(issione) m(issus) (7080 nuper ex -e legionario honesta missione missus. III 6234). III 195 *v. p. 839, 39.* X 3373 emerit(us) ex c(enturione). *nota absolute*: CORP. VIII 9600 ex (-e). inter: LIV. 25, 19, 9 insignis inter primi pili -es. TAC. ann. 13, 9 ortum inter praefectum et -em iurgium. 14, 64. per: CAES. Gall. 1, 41, 3. 7, 17, 8 civ. 1, 20, 1. 1, 64, 3 LIV. 7, 14, 5. 40, 39, 7 frg. 22. CORP. V 698 (*sub Claudio imp.*). TAC. ann. 6, 14. 14, 31. 15, 30 CORP. III 2883 SVET. Aug. 27 Tib. 12. 53 *al.* pro: LIV. 4, 42, 1 pro -bus sibi praefecerant *aliquos.* 42, 33, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verba fecit. sine: Cic. epist. 15, 4, 2 *v. p. 838, 64.* sub: Corp. VI 31150 (*a. 142*) sub... centur(iones) exercitatores (*sic*). 31151 (*a. 143*). Schol. Iuv. 14, 194 -o sub quo militabis. Ps. Rvfin. in Ioel 2, 4 *legiones* sub signis et -bus agentes.

II *in officiis civilibus*: *nomen ac genus officii sumptum ex exercitu vel adaequatum militaribus -bus*: Corp. III 14606 (*litteris saec. II*) P. Aelius Aug(usti) lib(ertus) Menander (-o) officinar(um) (*sc. metallorum. de re cf. p. 839, 69 et v. Hirschfeld, Kaiserl. Verwaltungsb. p. 164. 170*). XIV 125 (*a. 224*) (-i) ann(onae) ... (-i) operum. Amm. 16, 6, 2 quem nitentium rerum -em sub Magnentio Romae provectum rettulimus (*de re cf. Seeck, PW. III 1965*). Corp. II 1346 cent⟨urio⟩ sacroru⟨m⟩ (*an supplendum* cent(urio) ⟨pont(ificis)⟩ sacrorum?) curiarum *urbis alicuius*. Lyd. mag. 3, 2 ἡ τοίνυν τῷ ἱππάρχῳ (*sc. magistro equitum*) πειθαρχήσασα τάξις ποτὲ ἐν ὅπλοις ἦν ἅπασα, ὀνόματα δ' αὐτῇ ... προμῶται, ὅπερ ὄνομα εἰς τέσσαρας τέμνεται λόγους, εἰς δουκιναρίους, εἰς κεντιναρίους, εἰς κεντουρίωνας, εἰς βιάρχους (1, 48. 3, 7). *i. q. praefectus centuriarum civilium*: *de comitiorum centuriis*: Pavl. Fest. p. 177 *centuriae* 'ni quis scivit' neque -o praeficitur neque centurialis potest esse. Corp. VI 33994 cur(ator) tribus Polliae et ⟨(-o) per⟩ consensum tribulium cont⟨in⟩uis annis duobus. *de municipiis*: Cod. Theod. 12, 15, 1 (*a. 399*) sancimus, ut quicumque -um corpus deseruit, nullis dignitatum privilegiis excusatus debitum munus subire cogatur. *de collegiorum centuriis*: Corp. V 5738 (*Mediolani*) c⟨u⟩rat(or) arc(ae) coll(egii) fabr(um) et cent(onariorum) m(unicipii) M(ediolanensis) ... et allect(us) eidem collegio et -o (centuriae) VII.

derivata: centurionatus (centuriatus? *v. p. 836, 75*), centurionicus. *compos.*: subcenturio.

centuriōnātus, -ūs *m.* [*a* 2. centurio, *cf.* centuriatus. *Th.*]. *i. q. dignitas centurionis*: Val. Max. 3, 2, 24 ab optimo virtutis aestimatore cum facta tum etiam verba tua -us honore data sunt. Corp. X 3340 (*inter a. 161/169*) ⟨nauarchi et trier⟩archi classis praetor(iae) Misen(ensis) ⟨quod ad alteros ce⟩nturionatus, quibus divus Pius ⟨classem suam hono⟩raverat, adiecto tertio ordine.... *fort. suppleas*: Corp. VIII 10718 (17626) (beneficiarius) leg(ionis) ... pr⟨o⟩motus ad ⟨-um⟩ leg(ionis) II Italicae. *i. q. electio, promotio, censura centurionum*: Tac. ann. 1, 44 -um inde egit *Germanicus*.

synonyma: ordo (*ex. gr.* Cic. Pis. 88 Caes. civ. 1, 77, 2 Tac. hist. 3, 49 Corp. VI 3584. XI 5693 *al.*), vitis (*cf.* Ivv. 14, 193. Corp. VIII 702 *al.*).

centuriōnicus, -a, -um *a* 2. centurio. *i. q. ad centurionem pertinens*: Corp. III 1480 militavit in leg(ionibus) *quibusdam* ... stipendis -is XVIIII. XV 142 (*in lateribus Romae repertis, fere saec. II ex.*) fundum Siliani Servili Processi, praedia centurion(ica) (*quae haec sint, ignoratur*). *Mbr.*

centuriōnus, -ī *v.* 2. centurio *p. 837, 64.*

centus *v.* centussis *l. 64.*

centussis, -is *m.* [*a* centum *et* as. *Th.*]. *de declinatione v.* Varro ling. 9, 81. Varro ling. 5, 169 as ab aere, dupondius a duobus ponderibus ..., deinde ab numero reliquum dictum usque ad -s. 5, 170 -s, quo maius aeris proprium vocabulum non est. 9, 81 in aere usque ab asse ad -s numerus aes assignificat. 9, 84 ab tressis ad [du]centussis numeri ... eiusdemmodi sunt compositi. Prisc. gramm. III 416, 17 (*inter* compositiones ... a nominibus numerorum:) -is, post quem numerum teste Varrone (*v. l. 50*) non componuntur cum asse numeri. Pavl. Fest. p. 24 qui eam *poenam* aestimaverunt aere, ... bovem -is (*sic*), hoc est ... centum assibus. p. 54 -bus, ... id est centum assibus. Lvcil. 1172 (*de lege Fannia, Gell. 2, 24, 3 v. p. 815, 35*) Fanni -s misellus (Macr. sat. 3, 17, 5 Fannia *lex* ... sumptibus modum fecit assibus centum, unde a Lucilio ... festivitatis suae more -s vocabatur). Varro Men. 404 illum qui norunt volunt emere milibus centum, te qui novit nemo -s. Pavl. Fest. p. 54 *v. p. 813, 47.* p. 144 aestimabatur... bos -bus (*cf. l. 56*). Fest. p. 237 ut bos centusibus (*sic*), ovis decusibus aestimaretur. Pers. 5, 191 Pulfennius ingens ... centum Graecos curto -e licetur. *forma* centus (*cf.* decus, nonus, quattus): Compvt. Carth. 2, 17 sexes ... vies (*i. vicies*) nonus faciunt tibi dies centum septuaginta quattuor et sexes triceni -s octoes. *Hey.*

terminus... **centustātus** (?) Lib. col. I grom. p. 250, 6 (*et* Ps. Boeth. grom. p. 406, 14, *ex Balbo uterque*) *inter* nomina lapidum finalium (*ascripta eius figura*). *Mbr.*

cēnula, -ae *f. a* cena *deminutive*. Gloss. II 267, 25 δειπνάριον. Varro Men. 103 sermone -am variamus. Cic. Tusc. 5, 91 vos hesterna ...-a non intellexistis me pecunia non egere. epist. 9, 24, 2 -as facere (Qvint. decl. 301 p. 186, 8 si -am diviti pauper fecisset). Petron. 90 mando aedicularum custodi -ae officium. 95 deversitor cum parte -ae intervenit. 111 attulit in monumentum -am suam. Mart. 5, 78, 22 parva est -a (7, 51, 12 capiet -a parva duos). 10, 48, 13 una ponetur -a mensa. Ivv. 3, 167 frugi -a. Svet. Claud. 21 ad subitam condictamque -am invitare. Gell. 7, 13, 2 coniectabamus ad -am non cuppedias ciborum, sed argutias quaestionum. 18, 2, 3 qui -am ordine suo curabat (18, 13, 4 hoc aere collecto ...-a curabatur omnibus). Apvl. met. 2, 18 apud eam (*Byrrhenam*) -ae... interessem. 3, 13 pauperтina Milvius -a perfunctus. 8, 29 probe... disposita -a. 9, 6 hodiernae -ae nostrae prospexi. 9, 23 deserta -a. Tert. apol. 39 -as nostras ... ut

prodigas ... sugillatis. nat. 2, 10 -am et scortulum ... sumeret. Hier. epist. 48, 19 qualicumque nostra -a contentus esto. Svlp. Sev. dial. 1, 14, 1 donec ille panem, qui -ae superfuisset, offerret. 2, 6, 6 finita -a fragmenta panis absumpti ... collegit. Petr. Chrys. serm. 161 p. 624A semicoctam nec salitam ...-am gustaturus. *Poeschel.*

cenulentus *v.* 2. caenulentus. **cēnum** *v.* caenum.

(cenus). Scavr. gramm. VII 15, 6 quotiens kanus et karus scribendum erat... k prima ponebatur, quae suo nomine a continebat, quia si c posuissent, cenus et cerus futurum erat. *Mbr.*

cēpa, -ae *f.* (**cēpe** *indecl. n.*) [*cf. c. κάπια· τὰ σκόροδα. Κερνῖται* Hesych. *Th.*]. *cf.* Isid. orig. 17, 10, 12 caepa vocatur, quia non aliud est, nisi tantum caput (Gloss. V 494, 31 caepe capita). *nomen herbae*: Gloss. κρόμ(μ)υον (Char. gramm. I 59, 1 Exc. Bob. gramm. I 553, 19 Idiom. gen. gramm. IV 581, 20. *cf.* LXX *p. 847, 30*). *cf.* Diosc. 2, 154 W. κρόμυον... Ῥωμαῖοι κήπαμ. Gloss. catal. of. greek Papyr. II 322 κῆ⟨πα⟩ κρό⟨μμυον⟩. Gloss. V 177, 9 cephe cepullae (175, 23 carpa; *leg.* caepa). *genera et synonyma v. infra l. 55 sqq.* *formae*: caepa *scripsisse videntur* Diom. gramm. I 327 *infra l. 33.* Isid. *l. 11. idem saepius codd., de recta forma* cēpa *v. Gröber, Archiv 1 (1884) 544.* cipa: Gloss. III 544, 8. 574, 49. 52. 581, 20. 584, 3. 587, 49. 589, 31. *cf.* cyba: Gloss. III 609, 58. civas: Gloss. III 613, 28. 625, 39. ciba: Gloss. III 574, 71. 608, 40 (632, 28? *cf. francog. l. 54*). *de declinatione*: *singul.*: Nōn. p. 201 -e generis neutri ...-a feminini. Char. gramm. I 35, 29 sunt quaedam nomina singulariter tantum monoptota... et sunt neutralia, velut fas...-e, et haec -a huius -ae. 59, 1. Exc. Bob. gramm. I 553, 19 *apud Romanos feminina, apud Graecos neutra.* Serv. gramm. IV 431, 35 hoc nomen tres solos habet casus, hoc -e, hōc -e, o -e. Prisc. gramm. III 446, 11 excipitur hoc -e, quod aptoton est; dicitur tamen et haec -a huius -ae. *nota contra usum*: Char. gramm. I 59, 6 hoc -e, -is, -i, ab hoc -e. Consent. gramm. V 345, 13 caelum caeli, caepum caepae. *plur.*: Diom. gramm. I 327, 7 neutra in femininum, ut hoc ...-e, ...-ae. ...-e vero singulariter aptoton nomen est generis neutri... pluraliter genere feminino sublata priore diphthongo... declinabitur. Phoc. gramm. V 426, 25 Cledon. gramm. V 39, 26. Don. gramm. IV 375, 31 sunt nomina in singulari numero alterius generis et alterius in plurali ut...-e. Serv. gramm. IV 431, 34 -e in numero singulari generis neutri est... et hoc nomen tres solos habet casus, hoc -e, hōc -e, o -e; in numero autem plurali genere feminino simpliciter declinatur. Prisc. gramm. II 203, 13 excipitur unum indeclinabile in singulari numero, hoc -e huius -e. Apuleius in medicinalibus: '-e sucum melle mixtum', quod in plurali numero femininum est primae declinationis 'hae -ae harum -arum' quamquam antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inveniuntur. *cf.* Gramm. suppl. 98, 1. 106, 24. *neutr.* cēpe *legitur*: Naev. com. 18 Enn. sat. 13 Lvcil. 194. 531 Novivs Atell. 18 Varro Men. 63. 250 frg. Prisc. gramm. II 204, 5 Hor. epist. 1, 12, 21 Pers. 4, 31 Ivv. 15, 9 Gell. 20, 8, 7 Tert. ieiun. 5 Arnob. nat. 2, 23. 59 Pelagon. 168 Hier. adv. Iovin. 2, 7 in Is. 46, 1. 2 p. 544 epist. 121, 2 in Zach. 3, 14 p. 935 Vvlg. num. 11, 5 (*at* Itala Lugd. cepas). Cypr. Gall. num. 359 Theod. Prisc. eup. faen. 18B Apic. 8, 407 (caepae *codd.*) Marcell. med. 6, 2 Cael. Avr. chron. 1, 1, 25. 3, 2, 39 acut. 3, 4, 46 Not. Tir. 9, 27C. *v. Kühner, Ausf. Gr. d. lat. Spr. I p. 307, 8. de re v. Daremberg-Saglio II 1149.* *legitur inde a* Naevio. [*val.* ceapă, *francog.* cive. *M.-L.*]

1 *genera herbae*; Colvm. 12, 10, 1 Pompeianam vel Ascaloniam -am vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant unionem rustici, eligito. Plin. nat. 19, 101 -ae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alsidena, setania, schista, Ascalonia... odor lacrimosus praecipue Cypriis, minime Cnidiis... setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis (*cf.* Anthim. 62). 20, 39 -ae silvestres non sunt. sativae *eqs.* Apic. 8, 407 -e rotundum (Marcell. med. 31, 49). Pelagon. 146 -as longiores. 390 -ae Indicae (Veg. mulom. 3, 13, 3). Marcell. med. 6, 2 -e longum, quod ceputius nominatur (8, 151. 15, 23). 6, 9 -a acerrima (*cf.* Veg. mulom. 2, 79, 18). 10, 80 -am Afram conditoriam. 15, 7 -arum Cypriarum. Chiron 406 -as Germanas. 998 (Veg. mulom. 2, 118, 4). Gloss. III 574, 71 rosion (πράσιον?) ciba agrestis. 537, 72 κρόμμυον ἄγριον id est -a canina (556, 73. 621, 31). 581, 20 c(o)ronon id est cipas (h)ortulanas (584, 3). 559, 4 coromion -a maior. 587, 49 brittola i. cipa minuta (608, 40 ciba minuta). [*non huc pertinere videtur* Gloss. III 632, 28 intuba ciba barbarica].

2 *generatim de herba eiusque viribus*: Naev. com. 18 cui -e edundo oculus alter profluit. 19 di perdant, qui primus holitor -am protulit. Enn. sat. 13 neque triste quaeritat sinapi neque -e maestum. Lvcil. 194 flebile -e. 195 lippus edenda acri ... ceparius -a. 531 'hoc aliud longe est' inquit qui -e serebat. Novivs Atell. 18 oleas -e ficos. Varro Men. 63 cum ālium ac -e eorum verba olerent. 138 iubet me -am esse. 250 flebile esitet -e. frg. Prisc. gramm. II 204, 5 in patellis coquere -e. frg. Non. 201 acria ... ut est sinapi, -a, ālium. Hor. epist. 1, 12, 21 porrum et -e trucidas. Ov. fast. 3, 340 caedenda est hortis eruta -a meis. Priap. 51, 22 acresque -as aliumque. Moret. 82 -a rubens sectique... area porri. Fest. frg. ex apogr. p. 359 taliam alii folliculum -ae. Colvm. 10, 123 ... radix lacrimosaque -a. 10, 314 ālia cum -is. 9, 14, 3 abstineat ... foetentibus acrimoniis alii vel -arum. 11, 3, 15 autumno conseri debent... alium, -ae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

capitula, ulpicum. 11, 3, 16 mense ... Februario ... -ae semen. 11, 3, 58 thalli -arum ventis prosternentur. 11, 3, 15 terrae commendari ... conveniat ... mense ... Februario ... -ae semen et porri. 12, 7, 5 adicito viridium condimentorum fasciculos ... -ae (12, 8, 1). 12, 10, 2 fasciculum ... supponito, ita ut -a deprimatur. 12, 58, 2 subito ... -am aridam ... subterito. 12, 59, 1 viridem -am. PERS. 4, 31 tunicatum cum sale mordens -e. PLIN. nat. 2, 16 *Aegyptii* per fetidas -as (fetidos cibos *pleriq. codd.*), alia et similia iurantes (*cf.* 19, 101 alium -asque inter deos iureiurando habet Aegyptus. IVV. 15, 9 porrum et -e nefas violare. GELL. 20, 8, 7 cepetum [*v. infra l. 79*] revirescit et congerminat decedente luna, contra autem inarescit adolescente. eam causam dicunt sacerdotes Aegyptii, cur Pelusiotae -e non edint [*cf.* HIER. adv. Iovin. 2, 7 p. 335]. MIN. FEL. 28, 3 Aegyptii -arum acrimonias metuunt. ARNOB. nat. 7, 16 HIER. in Zach. 3, 14 p. 935. in Is. 46, 1—2 p. 544 ut taceam de formidoloso ... -e. RVFIN. hist. mon. 7 p. 413^{C}. Clement. 5, 20 *Aegyptii bovem* colendum tradidere ... picem quoque et -as et cloacas). PLIN. nat. 10, 182 aviditas coitus putatur fieri ... pecori -a. 13, 133 obiterque ... alium -as seri fertile est. 19, 99 scilla ... et bulbi et -ae et alium non nisi in rectum radicantur. 19, 100 folia ... maxime concava sunt -ae, getio. 19, 106. 107. 111 taedium ... halitu ut -is. 19, 115. 121 seruntur ... quaedam et semine et radice, ut -a, alium, bulbi. 23, 147 iuglandes ... adversantur -is leniuntque earum saporem. 25, 26 moly ... radice ... magnitudine -ae. 25, 48 helleborus ... radice fimbriata -arum modo. 25, 53. 26, 72 apios ... radix -ae. 36, 80 in raphanos et alium ac -as MDC talenta erogata. CORP. IV 5380, 9 (*in pariete*) *inter alia edulia*: pane(m) VIII, oleum V, -as V. MART. 3, 77, 5 putri -as allece natantes. AVR. Fronto p. 69, 18 N. cum conchim -as et maenas bene praegnates alios vorantes viderem. ITALA num. 11, 5 (Tert. ieiun. 5) venerunt in mentem ... quos in Aegypto edebamus ... et porri et -e et alia (*κρόμμυα*, VVLG. porrique et -e et alia, *at* ITALA Lugd. manducabamus in Aegypto ... et porros, -as et aleum. *cf. etiam* TERT. ieiun. 5 alium potius et -e quam caelum fragrare malebant. CYPR. GALL. num. 359 nos alium et -e ... pavit. HIL. in psalm. 51, 6 HIER. epist. 121, 2. ISID. in num. 15, 7 -as blasphemiarum putidas). SPART. Sept. Sev. 16, 1 cum -arum (*Kellerbauer,* culparum *codd.*) radicibus milites viverent. ARNOB. nat. 2, 23 esurienti si dederis ... -e, carduum. 2, 59 quid sit triticum dicite ... ulpicum -e. SALV. gub. 1, 46 foetidissimo -arum atque aliorum amore aegrotantes. SIDON. epist. 4, 7, 2 crudos -arumque crapulis esculentos. carm. 12, 14 alia sordidaeque -ae.

3 *usus in medicina*: CELS. 2, 18 ex holeribus valentior ... et omnes bulbi, in quibus -am quoque ... numero. 2, 22 acria sunt ... alium -a. 2, 26 inflant ... alium -a. 2, 27 calefaciunt alium -a. 2, 32 sensus excitant ... -a *al.* COLVM. 6, 6, 5 salis sextans cum -is decem conteritur. SCRIB. LARG. 253 -arum pondo sextans. 174 extra ... sunt imponenda ... -a cum aceto. PLIN. nat. 1, 20, 20 medicinae ex ... -a XXVII. 20, 41 alopecias fricŭere ... tusis -is. 23, 148 nuces ... imponuntur ... cum -a ... canis hominisque morsui. 29, 108 -a tusa. 29, 133 adiciunt sucum -ae *al.* GARG. MART. cur. boum 13 potio iumentorum ... stercus leporinum et -am siccam ... conterito. med. 27 de -a. de virtute -arum inter medicos nulla diversitas est *eqs.* SER. SAMM. 179 -arum non sine suco. PELAGON. 92 alium et -as. 168 mallonem -(a)e, i. e. fascem unde -e ipsum dependet, in calidam ... mittes *al.* VEG. mulom. 2, 111, 2 -as X conteris *al.* CHIRON 808 -am conteris totum melle *al.* MARCELL. med. *v. p. 846, 63 sqq.* PLAC. med. 32, 1 cum suco -ae. THEOD. PRISC. eup. faen. 18 hoc -ae tritae *faciunt* (-e tritum *B*; -a trita *br*). 19 in oleo -as coqui facies. 20 *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 25 caput implent ... alium -e. 3, 2, 39 ex ... aceto et ... -e. acut. 3, 4, 46 quae conficiuntur ex -e. ANTHIM. 62 -ae umorosae sunt, Ascaloniae vero meliores. ORIBAS. syn. 1, 18 utiles ... et -as modice et porros. 4, 1 suptiliant ... alium -a. 4, 13 -as ... et alius ... cruda nullo modo nutriunt. 4, 15. 17 acres cacocyma ... -a porrus cacocymotaton ... -a alius. 4, 31 -a alius ... satis est acres.

4 *translate*: *de homine*: PETRON. 58 *ad puerum*: etiam tu rides, -a cirrata (*coni. Reinesius*, pirrata *codd.*). *aenigma de cepa*: SYMPH. 440, 145.

deriv.: ceparius (cepetum?), cepicius, cepina, cepul(l)a (cepularius), ceputius (cepitis? cepolendrum?).

cēpaea, -ae *f.*, *κηπαία*, *nomen herbae.* PLIN. nat. 26, 84 -a, similis porcilacae ... vesicae plurimum prodest (1, 26, 52). DIOSC. 3, 161 de gepea (cepea *P*). gepea similis est andragne.

cēpānica *v.* capinica.

cēpārius, -a, -um [*a* cepa. *Th.*]. *masc. subst.* (GLOSS. V 565, 8 -us hortulanus): LVCIL. 195 lippus edenda acri assiduo -us cepa.

fem. subst. **cēpāria,** -ae *nomen morbi*: MARCELL. med. 33 -ae et veretro sive verendis virilibus. 33, 9 ad -am satureiae ... florem collige. 33, 10 ad locum -ae cum vino vetere pone.

cēpe *v.* cepa.

? **cēpētum,** -ī *n., i. q. hortus ceparum.* GELL. 20, 8, 7 -um revirescit ... decedente luna *v. supra l. 10* (*Skutsch, Arch. 12, 199*; caepe tum *ed.*). *Stadler.*

cephalaeōta, -ae *m.*, *κεφαλαιώτης*. *nomen officialis*: COD. Theod. 11, 24, 6, 7 (*a. 415*) nequaquam -is, irenarchis ... et ceteris liturgis publicis functionibus denegatis.

cephalaeum, -ī *n.*, *κεφάλαιον*. LVCIL. 50 ad cenam adducam et ... abdomina thynni advenientibus priva dabo -aque acharnae. *fem.* **cephalaea,** -ae, *κεφαλαία* (*sc. νόσος*), *nomen morbi*: PLIN. nat. 20, 135 (*graece*: CELS. 4, 2 SCRIB. LARG. 99. 206 GLOSS. II 348, 32 III 206, 11 *al.*). PLIN. nat. 20, 135 si vero sit -a (*antea*: capitis dolores). MARCELL. med. 20, 3 diutino correptis capitis dolore, quem -am appellant (*sic aut sim.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 4. 6. 2, 1, 28 CASS. FEL. 1 ISID. orig. 4, 7, 2). PLIN. VAL. 1, 3. *adiective*: CASS. FEL. 41 p. 96, 4 in -a passione.

cephalargia (cephalalgia), -ae *f.*, *κεφαλαργία vel κεφαλαλγία*. CHIRON 266 *v. infra l. 35*. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 8 *curati* alii a -a (*rec. A* cephalalgia). HIPPOCR. aer. (Hermes 40, 254) 10 -as (celafargie *cod.*) in hiemem ... convenie[n]t esse. CASSIAN. conl. 24, 15, 2 cum ... caput vis noxii umoris obsederit, -ae procreat passionem.

cephalargicus, -ī *m.*, *κεφαλαργικός*. *ubique subst. de eo, qui capitis dolore* (*κεφαλαλγία*) *laborat*: CHIRON 17 -is ... praecipitur, ut de auricularum venis sanguis detrahitur (*cf.* VEG. mulom. 1, 25, 2). HIPPOCR. progn. 4 -is (*ἐν κεφαλαλγίῃσι*). *cf.* DIOSC. 4, 42. 87. 5, 33 *al.* (*v. etiam* ORIBAS. syn. 1, 21. 35 *l. 27*).

cephalicus, -a, -um, *κεφαλικός*. *ad caput* (*aegrum*) *pertinens*: *graece ex. gr. apud* CELS. 5, 19, 7 SCRIB. LARG. 201. VEG. mulom. 2, 43, 2 -um medicamentum (*cf.* CASS. FEL. 19 p. 29, 11). DIOSC. 3, 98 emplastris -is. *substantive*: CHIRON 93 -o i. e. anapleroti. 571 curam -o (de falcito *codd.*) curare incipies. VEG. mulom. 3, 28, 1 (*fuse*). THEOD. PRISC. eup. faen. 85 utilis pulvis, cui nomen est -um (*lect. var.*). *is, qui capite aegrotat, nisi corrupt. pro* cephal⟨arg⟩icus: ORIBAS. syn. 1, 21 -is *prodest eqs.* 1, 35 stercus ... usus sum ... ad scotomaticos et ad -os (*κεφαλαία*).

cephalo, -ōnis *m.* [*a κεφαλή. Th.*]. PALLAD. 5, 4, 5 palmarum planta, quam -em vocamus.

pedes, quos appellant **cephalopodas** CASS. FEL. 40 p. 92, 14. [**κεφαλοπόδες, voc. a Graecis non traditum. Th.*]

cephaloponia, -ae *f.*, *κεφαλοπονία*. CHIRON 257 capitis dolorem, quem graece cephalo⟨po⟩nian appellant. 266 capitis dolor ..., qui morbus graece -a i. e. cephalargia.

cephalōtē, *acc.* -ēn *f.*, *κεφαλωτή*. SER. SAMM. 423 thymbrae speciem, quam commemorant -en.

cephalus, -ī *m.*, *κέφαλος*. *nomen piscis, fere i. q. capito.* GLOSS. IV 316, 27 capito (*cf.* GLOSS. capito: *κέφαλος saep.*). V 353, 55 heardhara (*anglosax. i. q.* 'harder'). AMBR. hex. 5, 10, 26 ille sinus maris -os alit, lupos ille (*cf.* ORIBAS. syn. 4, 14 in utrisque aquis nutriuntur i. e. ... in dulce et salsa, qualia sunt -us, lupus). ACT. Archel. 10 p. 15, 23 anima in elephantiacorum et -orum (*sic M; cett. codd. omiserunt, gr. κελεφῶν*) corpora transfunditur. ORIBAS. syn. 4, 8 ex marinis piscibus canicla, -us. *Probst.*

cephas, *hebr.* כֵּיפָא. ITALA cant. 5, 11 (Paul. Nol. epist. 23, 26) caput eius ut aurum cephas (*χρυσίον κεφάζ*, VVLG. aurum optimum *ex hebr.* כֶּתֶם פָּז). *at* HIER. epist. 37, 1 aurum ofaz petram significari *putat quidam. cf. nom. propr.* Cephas. *Jacobsohn.*

cetera turba *apium* ... nymphae vocantur, ut fuci serenes aut **cēphēnes** PLIN. nat. 11, 28. *κηφῆνες*. *Mbr.*

cēp(h)us, -ī *m. simiae genus, qui gr. κῆπος* (*κεῖπος vel κῆβος?*), *fortasse* 'Gorilla', *cf. Keller, Tiere d. Altertums p. 16*: PLIN. nat. 8, 70 *ludi Pompeii primum ostenderunt* ex Aethiopia quas vocant -hos, quarum pedes posteriores pedibus humanis et cruribus, priores manibus fuere similes (1, 8, 28 de -his). *cf.* SOL. 30, 20 exhibita monstra sunt, -os (*var. codd. lect.*, ceffos *trad. cf.* PS. SOL. app. p. 227, 30). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 ceppus *inter* quadrupedes. *Probst.*

cēpīcius, -a, -um [*a* cepa. *Th.*]. *ad cepam pertinens*: PRISC. gramm. II 204 Caper tamen et -ius et -ium veteres dixisse ostendit. *cf.* GRAMM. suppl. 106, 30. ARNOB. nat. 5, 1 (*ex Valerio Antiate*) Iovem ..., 'expiabis' dixe 'capite fulgurita'; regem respondisse '-io'; ... ego humanis capitibus procurari constitueram fulgurita, non maena capillo -io. 5, 4 non video cur ab rege relatio sit facta -ii: sin autem poterat et -io transigi ... hominis inhiatum est cruori.

cēpīna, -ae *f.* [*a* cepa. *Th.*]. *locus, ubi cepae seruntur.* COLVM. 11, 3, 56 -a magis frequenter subactam postulat terram quam altius conversam. 11, 3, 57 sed -a vel saepius ... debet quam quater sariri. *cf. Daremberg-Saglio II 1149.*

cēpītis, -is *f., fort. a* cepa, *nomen gemmae.* PLIN. nat. 37, 152 cepitis sive cēpolatitis candida est, venarum coeuntibus lineis in unum. 1, 37, 56.

cēpolendrum, -ī *n. condimentorum genus quoddam fictum*: PLAVT. Pseud. 832 quando in patinas indidi aut -um aut maccidem (cep- *A*, si polindrum *P*). *Stadler.*

cēpos, *acc.* -on, *κῆπος*. *i. q. hortus*: ITIN. [Silv.] 15, 3 in hodie hic hortus aliter non appellatur gr(a)eco sermone nisi -os (copos *cod.*) tu agiu iohanni, i. e. quos vos dicitis latine hortus sancti Iohannis.

in herbae nomine: PS. APVL. herb. 44 Graeci cotyledon, alii -on Aphrodites ... Itali umbilicum Veneris ... appellant.

cēpotaphiolum, -ī *n. a* cepotaphium *deminutive.* CORP. VI 2259 sepulchr⟨u⟩m hoc sive cepotafiolum. 19039 in hoc -o.

cēpotaphium, -ī *n.*, *κηποτάφιον*. *de re cf. Samter, PW. III 1966 sq. et Marquardt-Mau, Privatl. d. Römer p. 369. legitur masc.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ius: CORP. VI 3554. 21020. 29921. cepotaf-: VI 2469. 13040. 13244/45. 21020. 23901. 25250. 29135. cepotaph-: CORP. VI 3554. 8505. 10675 hoc -um muro cinctum (29135. *cf.* X 2066 in hoc -o maceria cinctum). VI 33900a, 6. *Probst.*

ceppus *v.* cephus.

?ceptio commercio GLOSS. Scal. V 596,11. compotio comessatio *Oehler*, c⟨o⟩emptio commercium *bene G. Goetz.*

cēpto *v.* coepto.

***cēpula** (cēpulla), -ae *f. a* cepa *deminutive. formae*: cepulla: PALLAD. 3, 24, 2. 11, 11, 4 *al.* APIC. 7, 277. 279. 284. *cf. neoroman. l. 15. adde*: cepolla: GLOSS. III 540, 13. cipulla: GLOSS. III 560, 23. cibulla: PLIN. VAL. 2, 3 GLOSS. III 610, 32. cibula: GLOSS. III 589, 9. *synonyma*: GLOSS. III 589,9 brittola (610,32). 540,13 kromon (*i.* κρόμυον). 560,23 drillona (brittola*?*): marina cipulla. *de re cf. Daremberg-Saglio II 1149,2.* [*it.* cipolla, *prov.* cebola, *hisp.* cebulla. *M.-L.*]

1 *proprie*: PALLAD. 3,24,2 satureia . . . cum -is mixta seminatur. 11, 11,4 -ae seruntur et hoc mense. 4,9,5 hoc etiam mense ulpicum . . . seremus et -as *al.* PLIN. VAL. 2,3 daptylum (*sic*) . . . teres cum cibulla Germanica. 5, 42 porrum crudum, -am, coriandrum. DIOSC. 1, 137 carea basilica . . . cum -a et melle . . . morsus ad sanitatem perducit. 2 praef. virtutes viscidos . . . sicut scordam et -a et sinapis . . . . 2, 137 de cepulla. -a virtute habet viscida. 4, 157 radices . . . sunt . . . nigrae sicut -a. APIC. 7, 277 ius in elixam: piper . . . -am. 7, 279. 284. 8, 336. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 42 demerge in vasculum . . . -as Germanas viginti, quibus circumtollemus exteriorem corticem. **2** *de homine* (*v. p. 847, 64*): ANTH. 205, 5 lividus . . . color est tibi -a.

cēpulā⟨rius?⟩ CORP. VI 31898,4 (*aetate Theodosii*). *a* cepula; *fort. is qui cepas vendit vel serit, cf.* ceparius. *Stadler.*

cēpum *v.* cepa *p. 846, 31.*

cēpūros (-ī), κηπουρός. APIC. *tit. lib. III*: incipit eiusdem *Apici Caeli* -os de oleribus.

cēpus *v.* cephus.

cēpūtius, -ī *m. a* cepa. MARCELL. med. 6, 2 cepe longum, quod -us nominatur. 20, 61 repentinum stomachi dolorem tres -i longi purgati . . . sanant. *Mbr.*

***cēra,** -ae *f.* [*cf. esse videtur c. gr.* κηρός, *fortasse c. lituan.* korys *'favus', nisi vocabulum latinum a Graecis tractum est; cf. Osthoff, Etymolog. Parerga I 18 sqq. Th.*]. GLOSS. κηρός. terebinthina. V 276,5 uria (*?*). III 71, 25 (638, 6) κηρίνη. NOT. Tir. 89, 84. PRISC. gramm. II 156,6 in multis enim videmus commutatione terminationis genera quoque conversa, ut . . . ὁ κηρός haec -a. *nota*: GRAMM. suppl. 83,1 omnes autem res materiales . . . neutraliter dici debere censuerunt, unde . . . hoc -a. *legitur inde a* PLAVTO; *non habent* TER. LVCIL. CATVLL. PVBLIL. CAES. GRATT. MANIL. SEN. rhet. GERM. VELL. CVRT. MELA ASCON. PERS. PETRON. FRONTIN. TAC. [*val.* ceară, *it.* cera, *francog.* cire, *hisp.* cera. *M.-L.*]

1 *generatim de materia*: VARRO rust. 3, 16, 5 tria enim harum (*apium*) cibus, domus, opus, neque idem quod -a cibus. 3, 16, 24 favus est quem fingunt (*apes*) multicavatum e -a (*cf.* 3, 16, 24—26). LVCR. 6, 516 quasi igni -a (tela *codd.*) super calido tabescens multa liquescat (6, 965 -a liquefit in eius [*i. solis*] posta vapore. VERG. ecl. 8, 80 limus ut hic durescit et haec ut -a liquescit uno eodemque igni. OV. ars 2, 85 -a deo [*i. caelo*] propiore liquescit. *cf.* 2, 89 tabuerunt -ae. met. 3, 488 intabescere flavae igne levi -ae . . . solent. 10, 285 -a remollescit. LVCAN. 9, 782 nec *ocius* solem -a sequetur. APVL. apol. 30 limum durabilem, -am liquabilem. HYG. fab. 40 p. 69, 20 a sole -a calefacta. HIER. epist. 120, 10 p. 841 liquatur . . . -a. PS. RVFIN. in Am. 9, 5 -a ignis vapore solvatur. AVG. serm. ed. Mai 53, 3 velut -a sole calente soluta. OROS. hist. 5, 10, 11 ut *mare* tabulata navium liquefactis -is extorruerit. *cf. p. 853,30 sqq.*). VERG. georg. 4, 38 neque illae (*apes*) nequiquam in tectis certatim tenuia -a spiramenta linunt. 4, 51 excudunt -as et mella tenacia fingunt. 4, 241 -asque recidere inanes. OV. fast. 3, 748 aspicit et -as *apium. cf.* 4, 546. trist. 5, 4, 30 *mel*, quod in -is Attica ponit apis. LIV. 40, 34, 12 obsides dederunt et -ae centum milia pondo. 42, 7, 2. PAVL. FEST. p. 135 malta dicitur a Graecis pix cum -a mixta. PHAEDR. 3, 13, 9 alvos accipite, *apes*, et -is opus infundite. COLVM. 9, 4, 5 herbae . . . quae favorum -as exuberant. 9, 11, 4 -ae eius *alvi* quae semina pullorum continet, partem recidere . . . , est autem facilis conspectu, quoniam fere in ipso fine -arum velut papilla uberis apparet eminentior. 9, 13, 10 obductas -as erodunt *apium pulli*. 9, 13, 11 apium consuetudo, ut prius tantum -arum confingant, quantum putent explere se posse. 9, 13, 14. 9, 14, 17 vacuatis -is usque in ortum fere Arcturi. 9, 14, 20 *Celsus* ait ex floribus -as fieri. 9, 15, 4. 7 morem figurandi -as fingendique servant (PLIN. nat. 11, 14 favos construunt, -am fingunt. 11, 18 -as ex omnium arborum satorumque floribus confingunt). 9, 15, 8 figura -arum talis est, qualis et habitus domicilii. 9, 15, 9 -ae dependentes in longitudinem currunt. 9, 15, 11 veteres potius favi quam novi eximentur, -aeque novabuntur. 9, 16, 1 -ae fructus quamvis acris exigui non tamen omittendus est . . . -a per stramenta vel iuncos defusa colatur. 12, 10, 6. LVCAN. 9, 285 effetas (*i. melle privatas*) linquunt examina *apium* -as. PLIN. nat. 1, 21, 49 de -a facienda. 6, 161 Sabaeos ditissimos silvarum fertilitate odorifera . . . mellis -aeque proventu. 11, 11 *apes* favos confingunt et -as mille ad usus vitae. 11, 23 ruentes -as (*i. favos*) fulciunt. 11, 50 fit in favis quibusdam qui vocatur clavus amarae duritia -ae. 11, 59 *apium genus* triplici -arum ordine. 11, 71 vespae in sublimi . . . nidos faciunt, in his -as; crabrones cavernis aut sub terra; et horum omnium sexangulae cellae, -ae autem e cortice, araneosae. 11, 115 quippe cum etiam -ae id *genus insectorum* gignant. 21, 83 -a fit expressis favis *eqs.* 21, 84 punica -*a* fit hoc modo: ventilatur sub die saepius -a fulva. SIL. 2, 219 ad dulces -as . . . mellis apes gravidae properant. 14, 26 nectare Cecropias Hyblaeo accedere -as. STAT. Theb. 10, 579 laboratasque *apes* premunt ad pectora -as. MART. 3, 58, 34 fert ille (*rusticus*) -is cana cum suis mella. QVINT. inst. 2, 16, 16 opera quaedam nobis inimitabilia, qualia sunt -arum ac mellis. PS. QVINT. decl. 13, 5 inanis alvei incohata tantum opera et rudes -ae. VLP. dig. 33, 9, 3, 9 idem et tus et -as contineri *legato* negaverunt. TREB. Claud. 14, 3 *salarium* -ae pondo centum quinquaginta. CHALC. comm. 328 sed de -a quidem etiam in Theaeteto locutus est . . . ait esse in hominum ingeniis vim quandam -ae simillimam *eqs.* ITIN. Theod. 21 in montem Oliveti dominus super lapidem umeros imposuit, in qua petra ambo umeri eius descenderunt sicut in -a molle. HIER. epist. 78, 40 -a quae dulcia continet. CLAVD. 28, 264 qualis Cybeleia quassans Hyblaeus . . . aera senex revocare . . . conatur apes . . . sonituque exhaustus inani raptas mellis opes, . . . perfida deplorat vacuis examina -is. CARM. adv. Marc. 2, 263 rufae -ae facies dispanditur herba. LIB. pontif. p. 91, 5 ut -a benedicatur (VEN. FORT. vita Leob. 11, 33 -am benedictam per annos fere duodecim eiusdem morbi [*i. cancri*] imposuit tabo). EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 950B disce quomodo geometriae affectatio sapientissimis apibus comparata postponitur. sex enim angulis totidemque lateribus -arum fistulae continentur *eqs.* DRAC. laud. dei 1, 201 non apibus labor est -is formare cicutas (*'videntur dici favorum tubuli' Vollmer*). IVNIL. 1, 19 apes . . . fabricant -as (CORIPP. Iust. 4, 32 -asque liquentes conficiunt). CASSIOD. in psalm. 67, 3 -a est ex favis collecta tenera mollisque substantia. CORIPP. Iust. 4, 29 *apes* ver tepidum nova condere castra et munire favos -is iubet. LAVRENT. eleem. p. 110 apes quando -arum cellas intexunt. *nota verborum lusum*: CIC. Verr. 5, 173 ut non -a, sed caeno obliti esse videantur iudices.

2 *speciatim de usu*: **a** *usus in tabellis cereis*: PLAVT. Bacch. 715 stilum -am et tabellas, linum. Pseud. 42 per -am et lignum litterasque interpretes salutem mittit. CIC. div. in Caec. 24 ceratam unicuique tabellam dari -a legitima, non illa infami ac nefaria (*cf.* PS. ASCON. *ad loc.* ut discoloribus -is insignitas iudices tabellas acciperent). Verr. 2, 79 *iudicialem tabellam* iste non modo -a, verum etiam sanguine . . . notabit. PORPH. Hor. sat. 2, 1, 49 hic dicitur centumviris dedisse tabulas aliis nigrae aliis rubrae -ae. IVST. 21, 6, 6 *Hamilcar* in tabellis ligneis vacua desuper -a inducta civibus . . . perscribebat. OROS. hist. 4, 6, 22 per tabellas scriptas et post -a superlitas. **b** *usus in arte*: CIC. Verr. 4, 30 *Tlepolemum* fingere opinor e -a solitum esse. de orat. 3, 177 sicut mollissimam -am ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. nat. deor. 1, 71 hoc intellegerem quale esset, si in -is fingeretur aut fictilibus figuris. PRIAP. 42, 2 de -a facta dat tibi poma (*opp.* veros fructus). PLIN. nat. 8, 215 fictas -a nuces. STAT. silv. 4, 6, 21 mille . . . species aerisque eborisque vetusti atque locuturas mentito corpore -as edidici. 5, 1, 1 si manus aut similes docilis mihi fingere -as aut ebur impressis aurumve animare figuris. IVV. 7, 238 ut si quis -a voltum facit. QVINT. inst. 10, 5, 9 velut eadem -a aliae aliaeque formae duci solent. PLIN. epist. 7, 9, 11 vers. 1 ut laus est -ae, mollis cedensque sequatur si doctos digitos. APVL. met. 2, 30 -am in modum prosectarum *aurium* formatam. IVST. 36, 4, 4 aerariae artis fabricae se tradidit -isque fingendis et aere fundendo . . . oblectabatur. AVG. serm. ed. Mai 158, 1 quemadmodum si quis artifex rerum formandarum de alio metallo aere aut argento, formas, quas fusurus est, primo de -a componit. ALC. AVIT. carm. 1, 77 opifex, quibus artis in usu est, flectere laxatas per cuncta sequacia -as. *in pictura, quam dicunt encausticam*: VARRO rust. 3, 17, 4 Pausias et ceteri pictores . . . loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint -ae (cetera *codd.*). VITR. 4, 2, 2 tabellas . . . in fronte fixerunt et eas -a caerulea depinxerunt. 7, 9, 3 cum paries expolitus et aridus fuerit, -am punicam igni liquefactam paulo oleo temperatam saeta inducat, deinde postea carbonibus in ferreo vase compositis eam -am a pr⟨o-x⟩imo (*suppl. Rose*) cum pariete calfaciundo sudare cogat. SEN. epist. 121, 5 pictor . . . inter -am opusque facili (-e *BA*) vultu ac manu commeat. PLIN. nat. 1, 35, 39 qui encausto aut -is (*S*, encausta cauterio *Mayhoff*) vel cestro vel penicillo pinxerint. 35, 49 -ae tinguntur isdem coloribus ad eas picturas, quae inuruntur. 35, 122 -is pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat. 35, 149 encausto pingendi duo fuere antiquitus genera, -a et in ebore cestro . . . hoc tertium accessit resolutis igni -is penicillo utendi. STAT. silv. 1, 1, 100 Apelleae cuperent te scribere -ae. 2, 2, 63 quid referam veteres -aeque aerisque figuras . . . ? 3, 1, 95 tot scripto viventes lumine -as fixisti. 3, 3, 201 te similem doctae referet mihi linea -ae. *utramque artem (sculpturam encausticamque) confudisse videtur*: STAT. Ach. 1, 332 qualiter artifici (-is *M*) victurae pollice -ae accipiunt formas ignemque manumque sequuntur. PLIN. epist. 4, 7, 1 illum coloribus, illum -a, illum aere . . . ebore, marmore effingit. MARCIAN. dig. 33, 7, 17, 1

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pictoris instrumento legato -ae colores similiaque horum legato cedunt. APVL. apol. 14 quod . . . aere infusum vel lapide incussum vel -a inustum. PANEG. 10,12 *vultus* pectoribus infixus est nec commendatione -ae ac pigmentorum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum. AVSON. 26,9 -is inurens ianuarum limina et atriorum pegmata. 130,8. 330,1 Bissula nec -is nec fuco imitabilis ullo. AMBR. in psalm. 15,36 imago caelestis non fuco expressa, non -is, non coloribus adumbrata. PRVD. c. Symm. 2, 42 ex vestro sumpsit pictura sacello, quod variis imitata notis -aque liquente ducceret in faciem. ZACCH. 1,28 imagines hominum . . . -is pictas (*opp.* metallum). SIDON. epist. 7, 14, 5 quem (*i. decorem lineamentorum*) crebro melius infigit et argilla simulacris et -a picturis. BOETH. arithm. 1 praef. p. 4, 7 picturae manibus tabula commissa fabrorum: -ae rustica observatione decerptae, colorum fuci mercatorum sollertia perquisiti *eqs.*

c *usus ad instrumenta varia iungenda, coartanda, conservanda, obturanda*: CATO agr. 39, 1 medicamentum in dolium hoc modo facito: -ae p. I resinae. VERG. ecl. 2,32 Pan primum calamos -a coniungere pluris instituit (3, 25. TIB. 2, 5, 32 calamus -a iungitur usque minor. OV. ars 2, 47 imaque pars [*sc. pinnarum Icari*] -is astringitur igne solutis. 2, 49 tractabat -amque puer pinnasque renidens. met. 1,711 disparibus calamis compagine -ae inter se iunctis. 8, 193 lino medias et -is alligat imas [*pinnas Daedalus; cf.* SCHOL. Hor. carm. 4, 2, 2 dum pinnas sibi et Icaro filio arte mechanica -is posuisset affixas]. CALP. ecl. 3, 26 calamos intexere -a incipit et . . . cantat. 4, 19 puerum calamos et odorae vincula -ae [*i. calamos odora -a vinctos*] iungere non cohibes. MART. 14, 64, 1 compactam -is et arundine *fistulam*. NEMES. ecl. 1, 58 tu calamos aptare labris et iungere -a hortatus. 3, 14. CLAVD. carm. min. 25, 35 *Pan* inaequales -a texebat avenas). CIC. Tusc. 1, 108 Persae etiam -a circumlitos *mortuos* condunt. NEP. Ages. 8, 7 *mortuum* quod mel non habebant, -a circumfuderunt atque ita domum rettulerunt. OV. met. 11, 514 spoliataque tegmine -ae rima (*navis*) patet (VAL. FL. 1, 128 ut tenues subiere latentia -ae lumina [*i. foramina*]: 1, 480 vel pice vel molli conducere vulnera [*navis*] -a. VEG. mil. 4,37 -a etiam, qua ungere solent naves, inficitur *veneto colore*). OV. met. 8, 670 pocula . . . flaventibus illita -is. VITR. 10, 4, 3 rotae figentur modioli quadrati pice et -a solidati. SEN. epist. 31, 2 aures, quibus -am parum est obdere (AMM. 17, 11, 6 aures eius non -a, sed plumbis videbantur obstructae. 29, 2, 14 ut videretur aures occlusisse -is. HYG. fab. 125 p. 108, 13 sociis -a aures obturavit. SIDON. epist. 9, 6, 2 Vlixeas, ut ferunt, -as auribus figens fugit adversum vitia surdus). COLVM. 12, 52, 14 ne vasa -am remittant. 12, 52, 15 considerant, numquid -am novam dolia desiderent.

d *usus in signando*: PLAVT. Bacch. 748 cedo tu -am ac linum actutum. age obliga obsigna cito. Pseud. 56 expressam in -a ex anulo suam imaginem. CIC. Flacc. 37 in illo autem testimonio . . . -am esse vidimus (*opp.* creta obsignatum; *cf.* 38. SCHOL. Cic. Bob. p. 46, 4 Hild. consuetudine . . . qua solebant instrumenta ita signare, ut non -a sed . . . creta quadam candida uterentur . . . tabulae . . . signa habebant -ae). CIC. ac. 2, 86 si in eiusdem modi -a centum sigilla hoc anulo impressero. OV. am. 2, 15, 16 signare tabellas neve tenax -am siccaque gemma trahat. Pont. 2, 20, 1 ecquid ab impressae cognoscis imagine -ae. PLIN. nat. 2, 137 ne confuso quidem signo -ae. 37, 88 quoniam *sardonyches* solae prope gemmarum scalptae -am non auferrent. 37, 95 -as signantibus his (*i. carbunculo Carchedonio*) liquescere. 37, 104 partemque in signo -ae tenent. QVINT. inst. 11, 2, 4 imprimi quaedam vestigia animo, velut in -is (guris *G*) anulorum signa. GAIVS inst. 2, 181 tabulas proprio lino propriaque -a consignamus. PAVL. sent. 5, 25, 6 ut . . . supra linum -ae signa imprimantur. SOL. 52, 60 *lychnites* dum signa exprimit, quasi quodam animali morsu partem -ae retentat. DRAC. Romul. 11, 482 signumque premit gavisa Megaera, Allecto testis -as adamante notavit.

e *usus in medicina*: VERG. georg. 3, 450 *in pecoris morbo* miscent . . . Idaeasque pices et pingues unguine -as. CELS. 2, 11 ubi ea parte, qua exiguum foramen est *cucurbitulae medicinalis*, ore spiritus adductus est, superque -a cavum id clausum est, aeque inhaerescit *eadem*. 3, 10 ungi rosa debet, cui -ae paulum sit admixtum (*cf.* 5, 18, 9 -a cum rosa liquatur). 4, 18. 27 -a alba atque medulla cervina cum irino. 5, 18, 31 Ctesiphontis *est*: -ae Creticae, resinae terebinthinae. 5, 28, 5 rosae quantum satis sit ad -am simul cum eis molliendam. *sim. saepissime*. SCRIB. LARG. 79 mel miscetur . . . , donec -ae mollis habeat temperaturam. 82 propolis, quam quidam -am sacram vocant. 86 Ponticae p. X VIIII (156). 206 -a et oleo super ignem liquefactis. 220 cum emplastri temperaturam habuerit, resinae -a adiciatur *saepe*. PLIN. nat. 20, 141 imponunt *rutam* et pituitae eruptionibus cum -a. 20, 161 *cuminum datur* testium tumoribus . . . cum melle aut cum rosaceo et -a. 20, 181 *lepidium* cutem emendat . . . ut tamen -a . . . sanetur. 21, 163 *sampsuchi* folia . . . luxatis cum -a prosunt. 22, 42 *helxine* imponitur et podagris cum . . . -aque Cypria. 22, 116 decem grana -ae hausta non patiuntur coagulari lac in stomacho. 23, 85 medetur furunculis et [a] sole ustis cum -a. 23, 162 folia *myrti adversantur* cum -a articulariis morbis et collectionibus. 24, 11 cum resina et -a panos mitigat *viscum*. 24, 79 *hedera* ambustis illinitur utiliter cum -a. 25, 82 *bupthalmus* cum -a steatomata discutit. 30, 41 umeri doloribus mustellae cinis cum -a medetur. 35, 196 testium tumoribus cypro et -a addita prodest. SER. SAMM. 51 resina ex facili -a viscoque coacta. 266 *unguere* tauri sebo -isque remissis. PLIN. med. 1, 3 -ae albae libra. PELAGON. 68 -ae dragmas *tot.* 320 -ae Punicae uncias VI. *passim*. VEG. mulom. 2, 58, 3 -ae lib. I. 2, 80, 2 intinges in -am remissam et sic digeres *passim*. 3, 14, 1 -ae communis. 3, 14, 2 -ae Punicae (CHIRON 858 *al.*). 3, 15 -ae rufae (CHIRON 845 *al.*). 3, 3, 28 -ae albae (CHIRON 858 *al.*). 3, 28, 24 -ae viridis. CHIRON 899 -a Spana. 914 -ae mollis *passim*. ANON. med. ed. Piechotta 20[2] -a virgine. MART. CAP. 3, 225 arterias . . . medicaminis adhibitione purgabat, in quo et -a fago illita et . . . commixtio . . . notabantur. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 96 laser . . . -a involutum bibendum tradiderunt. chron. 3, 2, 41 vel admixta -a ea imponenda. ORIBAS. syn. 1, 20 et centauria miscetur pici et -ae et fit ad veretri paralysin. 6, 6 si *ventris effusio* cum nimia mordicatione sit, bene iubat iniectio olei, in quo resolutus est adepes anserinus . . . cum medica -a.

3 *metonymice pro re cerata*: a *i. q. tabella cera oblita*: PLAVT. Asin. 767 ne illi sit -a, ubi facere possit litteras. Bacch. 733 iam imperatum in -a inest. 996 -ae quidem haud parsit neque stilo. Curc. 410 dum scribo, explevi totas -as quattuor. Persa 528 recitasti quod erat -ae creditum. Pseud. 33 ex -a cita. 36 *ubi est amica?* :: eccam in tabellis porrectis: in -a cubat. ATTA carm. frg. 2 vertamus vomerem in -a mucroneque aremus osseo. RHET. Her. 3, 17, 30 nam loci -ae aut chartae simillimi sunt, imagines litteris (*cf.* 3, 18, 31 loci, tamquam -a, remanere debent). CIC. Verr. 1, 92 in codicis extrema -a nomen infimum in flagitiosa litura fecit (*cf.* PS. ASCON. *ad loc.* ultima tabula, ultima parte tabulae). de orat. 2, 354 ut locis pro -a, simulacris pro litteris uteremur (*cf.* 2, 360 part. 26 QVINT. inst. 10, 2, 21). *fortasse huc pertinet*: CIC. epist. frg. IX 3 -is deletis (*cf.* DIOM. gramm. I 375, 27). HOR. sat. 2, 5, 54 ut limis rapias, quid prima secundo -a velit versu. epist. 1, 6, 62 quid deceat, quid non obliti, Caerite -a (*i. iure Caeritum*) digni. PROP. 3, 23, 8 vulgari buxo -a fuit. 4, 6, 3 -a Phileteis certet Romana corymbis. OV. am. 1, 11, 14 cetera fert blanda -a (*syn.* tabella) notata manu. 1, 11, 20. 1, 12, 8 negaturis -a referta notis. 3, 7, 29 sagave poenicea defixit nomina -a. ars 1, 438 -a vadum temptet rasis infusa tabellis, -a tuae primum conscia mentis eat. 3, 495 nec nisi deletis tutum rescribere -is. met. 9, 522 *Byblidis* vacuam tenet altera *manus* -am. 9, 529 -is *al.* [Pont. 3, 7, 6 nostraque quid portet iam nostis epistula, quamvis -a (*ex exc. Politiani restit. O. Kern*, charta *vulgo*, certa *β*) sit a vinclis non labefacta suis]. Pont. 4, 1, 12 nomen rettulit in -as inscia dextra tuum. 4, 9, 102 decreta, quibus nos laudat et immunes publica -a facit. LIV. 1, 24, 7 illa palam . . . ex illis tabulis -ave recitata sunt. VAL. MAX. 2, 10, 1 indignum *iudices* rati integritatem tanti viri (*i. Metelli*) exigua -a et paucis litteris per⟨pen⟩di (*add. c. Par.*). COLVM. 10, 252 ceu littera proxima primae pangitur in -a docto mucrone magistri. PLIN. nat. 13, 69 antea non fuisse chartarum usum . . . mox et privata linteis confici coepta aut -is. MART. 4, 70, 2 nihil . . . moriens reliquit ultimis pater -is (*i. paginis codicilli*). 10, 88, 2 omnes persequeris praetorum, Cotta, libellos accipis et -as. 14, 4, 2 quinquiplici -a (*i. imperatoris codicillis*) cum datur altus honos. 14, 5, 1 languida ne tristes obscurent lumina -ae. 14, 7, 1 esse puta -as, licet haec membrana vocetur. QVINT. inst. 1, 1, 27 nam neque errabit, quemadmodum in -is (*syn.* tabella). 10, 3, 30. 31 scribi optime -is, in quibus facillima est ratio delendi. 10, 3, 32 ne latas quidem ultra modum esse -as velim. IVV. 1, 63 -as implere capaces. 4, 19 si . . . praecipuam in tabulis -am senis abstulit orbi *heredipeta*. 14, 29 -as nunc hac (*i. matre*) dictante pusillas implet. 14, 191 accipe -as, scribe puer. PLIN. epist. 1, 6, 1 stilus et pugillares . . . ut . . . plenas tamen -as reportarem. 7, 27, 9 -is et stilo incumbit. SVET. Iul. 83 in ima -a *testamenti* Gaium Octavium . . . adoptavit. Nero 17 primae tuae -ae *testamenti*. *cf.* CARM. epigr. 1112, 5 supremas error ne posset rumpere -as *in testamento*. GAIVS inst. 2, 104 ita ut in his tabulis -isque scripta sunt. MARCIAN. dig. 38, 10, 1, 4 qui in . . . tabulis -isve (cereisve *F*) falsum fecerint. TERT. idol. 23 *Zacharias* loquitur in stilo, auditur in -a manus omni sono clarior. PACIAN. paraen. 5 scripta et incisa -is vel charta et aere vel calamo. AVSON. 146, 16 tu sensa nostri pectoris vix dicta iam -is tenes. HIER. epist. 65, 7 stilus scribit in -a; calamus vel in charta vel in membranis aut in quacumque materia, quae apta est ad scribendum (*cf.* 107, 4). PRVD. perist. 9, 15 *stilis* pugillares soliti percurrere -as. MART. CAP. 1, 65 Clotho . . . Lachesis Atropos . . . senatus in acta caelestiumque consultum stilos acuunt -asque componunt. 5, 538 nam id quod conscribitur -a continetur et litteris, quod memoriae mandatur in locis tamquam in -a paginaque signatur. SIDON. epist. 9, 14, 8 sed tuis -is haec reservamus. DRAC. satisf. 63 -a dat ingenium pueris, primordia sensus (*cf.* ISID. orig. 6, 9, 1 -ae litterarum materies, parvulorum nutrices, ipsae dant ingenium *eqs.*). BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 33, 17 *litterarum* figura vel in -a stilo vel in membrana calamo posset effingi (*cf.* p. 33, 11). p. 34, 17 -ae vel marmori vel chartis litterae, id est vocum signa mandantur (*cf.* HIST. Apoll. rec. A 20 si miraris, pater, quod pudica virgo tam impudenter scripserim: per -am mandavi, quae pudorem [ruborem *rec. B*] non habet). ARATOR act. 1, 125 nec egregias signavit -a loquelas. ISID. orig. 6, 9, 1 Graeci autem et Tusci primum ferro in -is scripserunt . . . unde et apud scribas dicebatur: '-am ferro ne caedito'. *huc pertinet*: SYMM. orat. 4, 7 *in cre-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

andis magistratibus abest -a turpis. *fort. addas*: CORP. VI 30937 turma Maxi(mi) Aurel(ius) Syrus -a Candidiana (*i. ex pagina [sc. matriculae turmae] cuius princeps Candidianus fuit v. Mommsen ad l. et nom. propr. p. 135, 61 sqq.; an* cera *i. q. munus cerarii?*)

b *i. q. imago*: SALL. Iug. 4, 6 scilicet non -am illam neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum. OV. am. 1, 8, 65 nec te decipiant veteres circum atria (*N. Heinsius et R. Bentley*, quinquatria *P*, quinque atria *R. Ellis*) -ae. epist. 13, 152 quae referat vultus est mihi -a tuos. 13, 156. rem. 723 -as remove! quid imagine muta (multa *R*) carperis? fast. 1, 591 perlege dispositas generosa per atria -as. PLIN. nat. 35, 6 expressi -a vultus singulis disponebantur armariis (*cf.* 35, 153 hominis autem imaginem gypso e facie ipsa primus omnium expressit -aque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus). MART. 7, 44, 2 Caesonius . . . cuius adhuc vultum vivida -a tenet. 11, 104, 2 tam . . . quam silet in -a vultus et in tabula. IVV. 8, 19 licet veteres exornent undique -ae atria. 12, 88 fragili simulacra nitentia -a. CLAVD. 10, 27 nec variis dubium thalamis laturus amorem ardua commisi falsae conubia -ae.

c *i. q. cereus*: LACT. inst. 6, 2, 5 candelarum aut -arum lumen. ira 24, 14 -is ardentibus. PAVL. NOL. carm. 18, 35 ast alii pictis accendant lumina -is. 19, 410 *columnae* gerunt . . . cuspide -as, lumina ut inclusis reddantur odora papyris. CORIPP. Iust. 2, 9 imposuit . . . pia tura facis -asque micantes obtulit. 2, 71. 3, 10. 39 maestaque funereas accendunt agmina -as. 4, 317.

4 *proverbialiter et in comparatione*: VARRO Men. 432 amiculam de lacte et -a Tarentina, quam apes Milesiae coegerint ex omnibus floribus libantes. PRIAP. 32, 2 puella . . . buxo pallidior novaque -a (OV. Pont. 1, 10, 28 membraque sunt -a pallidiora nova). 51, 9 *non hic est* magisque -a luteum nova prunum (*cf. p. 862, 7 sqq.*). ITALA psalm. 96, 5 (Tert. resurr. 26 p. 62, 22) montes sicut -a liquefacti sunt (VVLG. fluxerunt, ITALA Tert. adv. Herm. 34 tamquam -a liquescent, *cf.* VVLG. Iudith 16, 18 petrae sicut -a liquescent). HIL. in psalm. 67, 3 sicut in conspectu ignis -a sic liquescit, ut non sit. PS. AMBR. laps. virg. 8, 35 cor . . . sit liquescens tamquam -a (VVLG. psalm. 21, 15 factum est cor meum tamquam -a liquescens). VVLG. psalm. 57, 9 sicut -a . quae fluit, auferentur *peccatores*. 67, 3 sicut fluit -a a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Mich. 1, 4 valles scindentur, sicut -a a facie ignis. ARNOB. in psalm. 140 p. 552^{c} sicut -a secus focum posita mollescit, in foco autem massa liquescit et deperit, ita ossa nostra secus infernum posita mollescunt *eqs.* PASS. Thom. p. 117, 23 statim quasi -a iuxta ignem posita ita liquefactum idolum resolutum est.

varia cerae genera: Attica: MART. 5, 27, 10. Cretica: CELS. 5, 18, 31. Cypria: PLIN. nat. 12, 121. (Hi)spana: CHIRON 299. Pontica: SCRIB. LARG. 86 PLIN. nat. 15, 65 THEOD. PRISC. gyn. 19 *al.* Punica *inde a* VITR. 7, 9, 3 *saepe*. Tarentina: *l. 26*. *epitheta*: alba *inde a* CELS. 4, 27. caerulea: VITR. 4, 2, 2. candida: SCHOL. Cic. Bob. p. 46, 4 Hild. discolor: VARRO rust. 3, 17, 4. flava: OV. met. 3, 488 COLVM. 10, 417. *cf.* OV. met. 8, 670 flavens. fulva: PLIN. nat. 21, 84. nigra: PORPH. Hor. sat. 2, 1, 49. rubra: *ibid.* rufa: CARM. adv. Marc. 2, 263. viridis: VEG. mulom. 3, 28, 24. amara: PLIN. nat. 11, 50. facilis: OV. met. 15, 169. liquens: PRVD. c. Symm. 2, 42. liquida: COLVM. 12, 52, 16 LVCAN. 2, 684 PLIN. nat. 26, 163. mollis: CIC. de orat. 3, 177 SCRIB. LARG. 79 CARM. epigr. 1552 A 45 PLIN. epist. 7, 9, 11 vers. 1 *al.* nova: OV. met. 13, 818 Pont. 1, 2, 58 COLVM. 12, 52, 15 PS. QVINT. decl. 13, 13. odorata: OV. met. 8, 226. odora: CALP. ecl. 4, 19. virgo: ANON. med. ed. Piechotta 203.

derivata: cerамentum, ceratura, ceritas, cerula. ceralis, cerarius (-um), cereus, cerosus. cerare (*cf. graeca*: cerinus, ceritis, ceroma, cerotica, cerotum, cerium).

comp.: cereferale, cerificare, ceriforus, cerofarium, ceroferarius, cerostatarium, cerostatum (*graeca*: cerachates, ceroplasta)

cērachatēs, -ae *f.*, *χηραχάτης, nomen gemmae; cf. Blümner, Technologie III p. 259.* PLIN. nat. 37, 139 achates . . . numerosa varietatibus, quae mutant cognomina eius. vocatur enim iaspachates, -es, smara⟨g⟩dachates *eqs.* *Goetz.*

etiamnum unum silvestre *genus raphani* Graeci **cerain** vocant . . . nostri armoraciam, fronde copiosius, quam corpore PLIN. nat. 19, 82. *gr. κεραΐς.* *Mbr.*

cērālis, -e *a* cera. GLOSS. V 445, 33 decorosus, formosus (550, 17. 565, 11. IV p. XLII). NOT. Tir. 89, 84 a (*post* cera).

cērāmentum, -ī *n. a* cera. PLIN. nat. 20, 123 ocimum . . . verrucas mixto -o (*codd.*, atramento *edd. vett. et Mayhoff*) sutorio tollit.

ceramītis, -is *f*, *κεραμῖτις, gemma quaedam.* PLIN. nat. 1, 37, 56. 37, 153 -is testae colorem habet. 37, 177 ostracias sive ostracitis est testacea (*i. gemma*), durior -e achatae similis.

cērārius, -a, -um *a* cera. PRISC. gramm. II 75, 4 sciendum, quod quamvis forma sit possessiva haec, quae in 'rius' desinit, tamen diversae significationis nomina in hac quoque inveniuntur: alia ab officiis, ut tabellarius mercennarius -us *eqs.* *masc. subst.*: **1** *nomen officialis qui in tabulis ceratis scribit* (*cf.* GLOSS. V 566, 14 -ii: scriptores in cera): CORP. III 14507 (*a. 54*) Paulinus cer(arius). VIII 2986 Tonneius Martial(is) cerar(ius) leg(ionis) se vivo sibi suisque fecit (*cf.* 2985 *de eodem* librar(ius); *Wilmanns: 'cerarii in castris praeterea non commemorantur'*). X 7955, 3 decurial(is) scr(ibarum) cer(ariorum). XIV 346 decurial(is) scr(iptus) cer(ari). 347 decuriali scriptus cerar(i). 353 decuri(alibus) ⟨ce⟩raris . . . libraris. 409, 9 patrónó decuriae scribár(um) cérariór(um). [FAST. Maff. frg. (Corp. I^{2} p. 224, 12) ludi cerari (*estne pro* ludi Cereri?). GLOSS. III 199, 24 *τύποι* cererie (cerae? cerariae? *κεραῖαι Büch.*).] **2** *nomen opificis*: GLOSS. II 349, 19 *κηροπώλης.* III 308, 22 *κηροπλάστης* (497, 41. 525, 47). *fem.* **cērāria,** -ae: *dub.* PLAVT. Mil. 696 *P v. sub* cerarius *p. 858, 29*. *neutr.* **cērārium,** -ī. *i. q. pretium cerae impensae*: CIC. Verr. 3, 181 ex omni pecunia . . . certis nominibus deductiones fieri solebant; primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo -o . . . collybus esse qui potest, cum utuntur omnes uno genere nummorum? -um vero quid? *Goetz.*

ceras, *κέρας.* *herb. pastinacae nomen*: PS. APVL. herb. 80 a Graecis dicitur . . . -s. *ibid.* agrestis *pastinaca*, quae appellatur etiam a quibusdam -s, eo quod cornu fingat. *de* ceras aegeon *v. p. 855, 79 sq.* *Probst.*

cerasārius, -ī *m. a* cerasus. **1** *vel is qui cerasos colit vel qui ligna cerasorum struit*: CORP. VI 31898 (*sub Theodosio imp.*) 6 -us (*sunt praeterea* plumarius, lanarius, cepula⟨rius⟩). **2** *i. q. arbor cerasus*: GLOSS. III 601, 34 gumen resina de cer⟨a⟩sario aut prunario.

cerasinus, -a, -um [*a* cerasus, cerasum. *Th.*]. *nomen coloris*: PETRON. 28 -o succinctus cingulo. 67 ut infra -a appareret tunica. *cf. Blümner, Technologie I 253, 2.*

cerasium, -ī *n.*, *κεράσιον.* GLOSS. *κεράσιον.* III 556, 29 *κεράσιν* -ia (620, 54). IV 33, 28 -ia poma. *forma* ceraseum: DIDASC. apost. 76, 31. SERV. georg. 2, 18 arbor cerasus, pomum -ium dicitur est. [*it. med.* cĕrasa. *de* ceresium: *val.* cireașă, *it.* ciliegia, *francog.* cerise, *hisp.* cerega. *M.-L.*] COLVM. 11, 2, 11 surculi . . . circa Idus inserendi sunt, ut -orum (*SAR*). 11, 2, 96 possunt etiam his diebus -ia (*S*, -sa *AR*) . . . inseri. PLIN. nat. 18, 232 Hyginus suadet . . . -ia (-a *edd.*) circa brumam seri. TERT. nat. 2, 16 -ium Cn. Pompeius de Ponto primus Italiae provolgavit. apol. 11 Lucullus primus -ia ex Ponto Italiae promulgavit. DIDASC. apost. 76, 31 sycaminum, Persicum, -eum. APIC. 1, 20 ficum . . . pira, -ia ut diu serves. EDICT. imp. Diocl. 6, 57 -ior⟨um⟩ . . . quattuor. *cf. Ruggiero II p. 204.*

usus in medicina: PLIN. nat. 23, 141 -ia alvum molliunt, stomacho inutilia, eadem siccata alvum sistunt. GARG. MART. med. 52 de -io. cerasi viride pomum ventrem umectat. MARCELL. med. 8, 27 dolorem oculorum ut . . . non patiaris, cum primum -ia erunt idonea esui, id est ut quasi matura de tribus -iis lapillos pertundes . . . voto prius facto . . . quod eo anno -ia non sis manducaturus. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 72 *coeliacis dantur* aut -ia aut mala Punica. ANTHIM. 85 pruna vel -ia aut diversa alia genera pomorum . . . congrua sunt (*cf. Archiv 8, 470*). ORIBAS. syn. 4, 28 p. 30 mora -ia praecocia . . . citius ad inferiora per ventre(m) deponuntur. *fem.* **cerasius,** -ī, *i. q. arbor*: GLOSS. V 353, 16 -ius cisirbeam (*anglosax.*). *Stadler.*

cerastēs (-a), -ae *m.* (*at fem. infra l. 82*), *κεράστης.* *nom.* -a: ALC. AVIT. carm. 5, 91 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 33 NOT. Tir. 113, 25. GLOSS. IV 217, 38 cera⟨s⟩ta. *acc.* -ēn: PLIN. nat. 17, 221. 31, 98. 32, 30 STAT. Theb. 11, 65. -am: COMMENT. Lucan. 716. *acc. plur.* -ēs: GLOSS. IV 32, 51.

1 *serpentis nomen cf.* RVFIN. hist. mon. 24 scorpiones et -as i. e. bestias, quas cornutas vocant (*cf.* GLOSS. V 355, 34), et angues. COMMENT. Lucan. 9, 716. ISID. orig. 12, 4, 18 -es serpens . . . in capite cornua habet. GLOSS. serpens cornutus. cornuta. *fuse* PLIN. nat. 8, 85. PROP. 3, 22, 27 non squamoso labuntur ventre -ae. CELS. 5, 27, 7 si -es aut dipsas . . . percussit (*cf.* PLIN. nat. 32, 46). 5, 27, 8 in eo quoque vulnere, quod -es fecit. LVCAN. 6, 679 Libyci membrana -ae. 9, 716 spinaque vagi torquente -ae. 9, 851 pro Caesare pugnant dipsades et peragunt civilia bella -ae. PLIN. nat. 11, 125 cochleis . . . corporea haec *cornua*, sicut -is. 20, 25 *raphani* -is et scorpionibus adversantur (*cf.* 24, 38 *pix* adversatur privatim -ae morsibus). 20, 164 *ami* mitigat . . . scorpionum ictus . . . privatimque -arum. 23, 67 e serpentibus contra -as validissima *faex aceti*. 31, 98. SIL. 1, 413 admoto . . . -e. 3, 302 mites iacuere -ae. 15, 681 incocta -is spicula. STAT. Theb. 1, 103 umbrabant ora -ae. 4, 55 mergere suetae ora et anhelantes . . . -as. 8, 763 stetit aspera Gorgon crinibus emissis rectique ante ora -ae velavere deam. 9, 174. 11, 65 crinalem attollit longo stridore -en (*cf.* CLAVD. 15, 151 sitiens attollat glaeba -as). SOL. 27, 28 -ae praeferunt quadrigemina cornicula. IVL. VAL. 3, 19 -ae odoribus diversis. EPIST. Alex. p. 199, 19 immensa vis -arum. AVIEN. orb. terr. 175 virosorum . . . volumina . . . -arum. VVLG. gen. 49, 17 -es in semita mordens ungulas equi (*fuse ad l.* ISID. in gen. 31, 38 *sqq.*). CLAVD. 3, 96 lambentes . . . -ae (*cf.* PRVD. ham. 135 virides allambunt ora -ae. DRAC. Romul. 10, 490 lambere caeruleis permisit serta -is). rapt. Pros. 2, 346 extendunt socios ad pocula plena -as. CYPR. GALL. num. 545 quemcumque vago fixissent dente -ae. SIDON. carm. 15, 10 alta -arum . . . congeries. DRAC. laud. dei 1, 297 nec semper tollunt ad vulnera colla -ae. 2, 238 te . . . turba -arum laudat. 3, 304 gelidis obsessa -is *Libye*. Romul. 7, 49 medicina -is perficitur. 10, 440 vipereae . . . -ae. Orest. 485 mittite virgineas . . . -as. **2** *vermiculi nomen*: PLIN. nat. 16, 220 *vermiculi* pariuntur . . . in arboribus ex eo, qui -es vocatur *eqs. cf.* 17, 221 alii

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nascuntur ex ipsis, alios parit qui vocatur -es, omnes tamen in -en figurantur sonumque edunt parvoli stridoris. *Probst.*

cerasus, -ī *f.*, κέρασος (κερασός). CHAR. gramm. I 22, 1 item similiter errant, qui omnia genera arborum quartae declinationi solent assignare inventis ipsis apud Vergilium 'et vos, o lauri', . . . item fagus . . . -us, platanus. SERV. georg. 2, 18 'haec -us, his -is facit'. sane Cerasus civitas est Ponti, quam cum delevisset Lucullus, genus hoc pomi inde avexit et a civitate -ium appellavit, nam arbor -us, pomum -ium dicitur (*cf.* ISID. orig. 17, 7, 16). GLOSS. IV 33, 27 -us arbor (493, 39). NOT. Tir. 105, 22 caerassus. *at fructus dicitur* -us: PLIN. nat. 15, 113 carne et suco mora constant, cute et suco -i. 17, 260 -os praecoces facit cogitque maturescere calx . . . et haec autem ⟨ut⟩ omnia poma intervelli melius est, ut quae relicta sint grandescant. ANTH. 471, 3 dant rami -os, dant mala rubentia silvae.

proprie: PLIN. nat. 15, 102 -i ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia, ad urbis annum DCLXXX. is primum ⟨in⟩vexit e Ponto, annisque CXX trans oceanum in Britanniam usque pervenere. eadem (*nota neutr.*) [ut diximus] in Aegypto nulla cura potuere gigni. VARRO rust. 1, 39, 3 inseri . . . brumalibus diebus -os. VERG. georg. 2, 18 pullulat ab radice aliis *arboribus* densissima silva, ut -is ulmisque (PLIN. nat. 15, 57 quippe cum Vergilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, -is ulmum dicat). NVX 31 audiat hoc -us: bacas exire vetabit. PLIN. nat. 1, 15, 30 -orum genera VIIII. 12, 14 peregrinae et -i Persicaeque et omnes, quarum Graeca nomina aut aliena. 13, 66 deterior *cummis* ex amygdalis amaris et -o (*cf.* GLOSS. III 555, 54 cumeos | *i.* κόμεως] i. gumen -i). 13, 105 *lotus* nascitur densus in ramis myrti modo, non ut in Italia -is. 15, 101 medioque etiamnum genere inter bacas acinosque -is *sunt bacae* . . . rubet *baca* vero moris -is cornis; dein nigrescit moris, -is. 16, 74 aquosis montibus gaudent . . . tilia -us. maturae . . . primae . . . urbanarum malus parvoque post pirus et -us. 16, 125 ramosarum -us etiam in XL cubitorum trabes aequali per totam duum cubitorum crassitudine reperitur. 16, 126 *cortex* libris similis -o. 16, 138 iuxta Romam ipsam castaneae -ique aegre proveniunt. 16, 181 umor . . . -is cumminosus. 16, 183 alternant fructus quibus siccius lignum . . . magis quam quibus carnosum ut -us. 17, 65 *matris* umbra turba indigesta *subolis* premitur, ut in lauris . . . -is. 17, 88 umbrae *sunt* enormes -is, lauris. 17, 99 vidimus -um in salice, . . . laurum -o et bacas simul discolores. 17, 110 -i libro dempto finduntur. 17, 135 -i et amygdalae circa brumam serendi. 17, 234 alioqui et -us et tilia . . . corticem mittunt *eqs.* 24, 106 proponuntur prunorum etiam et -orum *cummium genera*. . . . siccant illitae et astringunt *eqs.* . . . *sucinum* nascitur . . . arboribus ut cummis in -is . . . erumpit umoris abundantia. SER. SAMM. 538 -i . . . pomum. ARNOB. nat. 7, 27 tus viscum est ex corticibus profluens ita ut ex amygdalo, -o resina. *cortice utebantur pro libro*: CALP. ecl. 3, 43 -i tua cortice verba notabo. NEMES. ecl. 1, 28 accipe quae super haec -us, quam cernis ad amnem, continet, inciso servans mea carmina libro.

metonymice: *pro cortice*: PERS. 6, 36 'seu -o peccent casiae nescire paratus. *pro ligno*: PLIN. nat. 16, 210 est lentitia . . . siccior . . . ulmo, fraxino, moro, -o, sed ponderosior. 16, 219 -us firma. *cf. Blümner, Technologie II 295.*

neutr. **cerasum,** -ī *fructus arboris cerasi.* ISID. orig. 17, 7, 16 (*ex* SERV. georg. 2, 18 *v. supra l. 6 sqq.*) *addit*: hoc etiam et ante Lucullum erat in Italia, sed durum, unde et cornus appellata est. CELS. 2, 24 *sumitur* ex pomis -um, morum, sorbum, pirum. 2, 27 refrigerant . . . mora, -a, mala. 2, 29 alvum movent . . . -a, mora, poma omnia mitia. PLIN. nat. 15, 102 -orum Aproniana maxime rubent, nigerrima sunt Lutatia (*Hardouin*, ut attia *codd.*), Caeciliana vero et rotunda. Iunianis gratus sapor . . . principatus duracinis, quae Pliniana Campania appellat, in Belgica vero Lusitanis . . . minus quinquennium est, quod prodiere, quae vocant laurea . . . sunt et Macedonica. 15, 109 *color suci* sanguineus moris, -is, . . . uvis nigris. 15, 111 alia *species* bacis, quarum intus lignum et extra caro, ut olivis, -is. 16, 123 faba Graeca, quam Romae a suavitate fructus, silvestris quidem, sed -orum paene natura, loton appellant. 1, 23, 72 medicinae ex . . . -is V. CORP. IV 2562 (*in amphora*) cer(asis) alb(is). HIER. epist. 31, 3 unde et de patria arbor nomen accipit . . . quia in scripturis canistrum ficis plenum legimus, -a vero non invenimus. *loci dubii*: COLVM. 11, 2, 96. PLIN. nat. 18, 232 *v.* cerasium *p. 854, 31. 32.* *de arbore neutr. v. supra l. 19.*

deriv.: cerasarius, cerasinus (*gr.* cerasium). *Stadler.*

cerataulēs, -ae *m.*, κερατάύλης. VOPISC. Car. 19, 2 exhibuit . . . centum -as (*corr. Salmas.*; capitaulas *codd.*, camptaulas *vulg.*), choraulas centum. *cf. etiam* cornicen.

farina feni greci, quem multi buceron (*v. sub* buceras) aut aegoceras . . . aut **ceratedion** (?) appellaverunt DIOSC. 2, 85. *fort. mutatum corruptumve pro gr. κέρας αἴγειον* (*ita* DIOSC. 2, 102 W., *ubi Vind. αἰγόκερας*); *scribasne* ceras (a)egion? *Probst.*

ceratēs *v.* ceratim.

ceratia, -ae *f.*, κερατ(ε)ία, *nomen herbae.* PLIN. nat. 26, 52 -ia uno folio, radice nodosa et magna, in cibo coeliacis et dysintericis medetur. 1, 26, 34 medicinae ex . . . -ia II. *cf.* ceratium *sub 1. Stadler.*

ceratiās (-ae), κερατίας. *cometae nomen*: PLIN. nat. 2, 90 -s cornus speciem habet.

ceratim *indecl. n.* [*cf.* ceratium *sub 2, gr.* κερά́τι(ο)ν. *Th.*] ISID. orig. 16, 25, 10 -im (cerates, ceratum *var. lect.*) oboli pars media est siliquam habens unam semis. hunc latinitas semiobolum vocat, cerat⟨i⟩um (-en *al.*) autem graece. 16, 25, 11 *infra l. 26.* GROM. p. 373, 24 duo calculi -im (ceratum *R*) faciunt. quattuor calculi sive duo -im obolum reddunt.

ceratina, -ae *f.*, κερατίνης. *de syllogismo cornuto*: QVINT. inst. 1, 10, 5 non quia -ae aut crocodillinae possint facere sapientem. FRONTO p. 146, 8 N. discere . . . -as et soritas.

bucina . . . cornu recurvo fit, unde et **ceratinia** graece vocatur BEDA gramm. VII 265, 9. *ex* κερατίνης *mutatum.*

ceration *v.* ceratium.

ceratītis, -tidos, *acc.* -im, *abl.* -ī, *f.*, κερατῖτις. *papaveris genus*: PLIN. nat. 1, 20, 78 papavere silvestri -i. 20, 205 silvestrium *papaverum* unum genus -im vocant *eqs.* MARCELL. med. 27, 13 -os (car- *cod.*), quam herbam no⟨s⟩ violam appellamus. *Probst.*

ceratium, -ī *n.*, κεράτιον. **1** *nomen arboris*: COLVM. arb. 25, 1 siliquam Graecam, quam quidam -ium vocant . . . per autumnum serito (5, 10, 20). DIOSC. 1, 121 *cod. Mon.* de cerasia id est siliqua greca. siliqua greca id est ceratia (caerathia *P*); *ubi capitula* κερά́σια (1, 113 W.) *et* κερά́τια (1, 114 W.) *confunduntur. fort. addas*: GLOSS. III 568, 56 Medica i. ceratrum. *Stadler.*

2 *pondus quoddam*: ISID. orig. 16, 25, 10 *v. supra l. 4.* 16, 25, 11 obolus siliquis tribus appenditur, habens -ia duo (ceratim duos *Guelf.*, -es duos *vulg.*), calcos quattuor. *Goetz.*

ceratoīdēs, -is, κερατοειδής. *graece* CELS. 7, 7, 13 is (*oculus*) . . . summas habet duas tunicas: ex quibus superior a Graecis κερατοειδής vocatur. *cf.* CHIRON 79 post . . . duas tunicas superiores, -en et ragoiden. CASS. FEL. 29 p. 50, 15 chemosis quotiens in ipsa -e tunica apparuerit.

cornicines: **ceratopōlus** GLOSS. III 172, 47 (κερατανύλης *an* κεράτανλος? *Goetz*); *cf.* III 240, 4 cornicen: κερατοπωλλοι. *Probst.*

cērātum, -ī *v. sub* cero *p. 876, 38.*

cērātūra, -ae *f.* [*a* cerare. *Th.*]. COLVM. 12, 52, 16 vetera *vasa* non crediderim propter olei succum -am pati. quam tamen et ipsam -am nostrorum temporum agricolae repudiaverunt.

ceraulēs (-a?), -ae *m.*, κεραύλης. *nom. graecus legitur* CARM. epigr. 513, 5. APVL. flor. 4 p. 17 *Antigenidas* cum esset in tibicinio apprime nobilis, nihil aeque se laborare et animo angi et mente dicebat, quam quod monumentarii -ae tibicines dicerentur. CARM. epigr. 513, 5 dum vixi ⟨multi⟩s ⟨lud⟩is cantavi -es iam doctus no⟨t⟩us. *Goetz.*

ceraunius, -a, -um, κεραύν(ε)ιος. *legitur* -eis: LAMPR. Heliog. 33, 5 PASS. Thom. 142, 2 (caerauniis *R*) TERT. anim. 9 *v. infra l. 62, at* CORP. II 3386, 8 gemmae cerauníae duae. *v. nom. propr.*

1 *adi. vel subst. nomen gemmae, cf. c. gr.* κεραννίτης *et* κεραννίας, *cf. etiam* SIDON. carm. 5, 50 fulminis . . . lapidem. GLOSS. V 177, 10 lapis flammeus similis Hispano: nam et Hispanum lapidem antiqui -um vocaverunt a calore (*leg.* colore?). *cf.* 494, 25 ceraunis: gemmis vel montis Epiri. *masc.* ceraunius, -ī (*sc. lapis*): LAMPR. Heliog. 21, 3 pisum cum aureis, lentem cum -is, fabam cum electris, orizam cum albis exhibens. EPIPHAN. Avell. p. 749, 29 parumper . . . -us ita lapis vocatus huic (*carbunculo*) videtur esse consimilis; dicunt . . . -um quidam et vinarium, quod instar vini flavi coloris existat. DAMIG. lapid. 3 praef. lapis quartus, qui dicitur -us. 12 lapis -us. *fem.* ceraunia, -ae (*sc. gemma*): PLIN. nat. 1, 37, 51 -a, genera eius. 37, 132 -am etiam vocari quae sit deterior. 37, 134—35 *describitur.* 37, 136 proximum -ae nomen apud eos (*magos*) habet quae vocatur iris. 37, 176 ombria . . . sicut et -a et brontea, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur. TERT. anim. 9 -is (cerauneis *A*) gemmis non ideo substantia ignita est, quod coruscent rutilato rubore. CORP. II 3386 *supra l. 47.* *neutr.* ceraunium, -ī: TERT. cult. fem. 1, 1 si margaritae canderent et -a coruscarent. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7 species pertinentes ad vectigal: . . . -um. SOL. 20, 15 -um . . . Germanicum candidum est. *ibid.* -orum porro genera diversa sunt. 23, 9 huius -i (-ni *L M G*) color est e pyropo. *ibid.* Lusitanum litus floret gemma -o plurimum. PS. SOL. app. rubr. p. 226, 20 i de -o (ceronio *L M*) albo. p. 226, 23 b de -o (ceraeunio *S*, cauuraunio *H*) rubente. HIER. epist. 64, 16 p. 365 Symmachus dissentit in smaragdo -um pro eo transferens. 130, 7 p. 984 ut taceam de . . . smaragdorum virore, -orum flammis. CLAVD. carm. min. 30, 78 Pyrenaeisque sub antris ignea flumineae legere -a nymphae. ISID. orig. 14, 4, 4 *Germania* mittit . . . -um candidum. 16, 13, 5 -orum duo genera sunt: unum, quod Germania mittit, crystalli simile . . . alterum Hispania. COMMENT. Lucan. 5, 457 alii dicunt -a gemmas in fundo placidi maris visas.

2 *nomen herbarum: vitis vel uvae*: COLVM. 3, 2, 1 purpureae et bumasti, dactylique et Rhodiae, Libycae quoque et -ae conseri debent. ISID. orig. 17, 5, 17 *uvae* -ae *dicuntur*, quod rubeant velut ignis. *siliquae* [κεροωνία, *Theophr.* περὶ φυτῶν ἱστορίας *4, 2, 4. Th.*]: PLIN. nat. 13, 59 similis et quam Iones -am vocant. 1, 13, 16 siliqua -a.

3 *subst.* ceraunium, -ī (ceraunion): *i. q. nota critica ab*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

grammaticis adhibita (*cf. gr.* κεραύνιον): SVET. frg. p. 138 notae undecim, quae versibus apponi consuerunt . . . -on. p. 140 (NOT. Suet. gramm. VII 535) -um ponitur, quotiens multi versus improbantur, ne per singulos obelentur (*addit* ISID. orig. 1, 20, 21 . . . -um enim fulmen dicitur).

ceraunobolia, *acc.* -ăn *f.*, κεραυνοβολία. PLIN. nat. 35, 96 *Apelles* pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; bronten, astrapen, et -an appellant.

ceraunus (ceraunos), -ī *m.*, κεραυνός. *nomen gemmae*: PRVD. psych. 470 si fratris galeam fulvis radiare -is . . . vidit. MART. CAP. 1, 75 (*de corona Iunonis*) tres fuerant a fronte gemmae, lychnis, astrites et -os (MYTHOGR. 3, 7 *de corona Phoebi*). MYTHOGR. 3, 8 -us lapis est fulvus; repperitur ubi crebra fulmina cadunt et contra fulmina fertur opitulari, a quibus etiam nomen habet; nam fulmen graece κεραυνὸς dicitur. *ibid.* -us igitur ob fulminum naturam in figura leonis ponitur. *cf.* GLOSS. V 494, 25 (*v. p. 856, 51*). *Wulff.*

? **cerbārii** bucellarii GLOSS. V 445, 46 (565, 15 cebarii). *cf.* 481, 30 satellites principis non boni vel armigeri, buccellarii, cervarii. *corrigendumne* cibarii (*Goetz*) *an* cervarii (*a* cervus *scilicet, cf.* Leones *al. inter milites infimae aetatis*) *an* Cerbani (*v. nom. propr. s. v.*)*?*

cerbaste *v.* gerbaste. **cerbīnus, cerbus** *v.* cerv-.

cercēdula *v.* querquedula. **cercera** *v.* querquerus.

cercēris (*κερκουρίς *O. Müller*) VARRO ling. 5, 79 *inter nomina bestiarum a Graecis tracta.* [*non liquet, quam ad vocem Graecam spectet Varro. Th.*]

cercĭclus, cercil(ĭ)us *v.* cercurus *infra l. 62sqq.*

1. cercĭnus *v.* carcinus *p. 440, 54.*

2. cercĭnus *forma vulgaris voc.* circinus *q. v.*

? **cercītis** (-is), *κερκῖτις, *genus oleae.* COLVM. 5, 8, 3 olearum . . . plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem omnino pervenerunt . . . -is (circites *vel* sercitis *codd.*). *Mbr.*

cercĭus *v.* circius. **cerclus** *v.* circulus.

cercolōpis (corcholopis *codd.*) genus simiae, qui ultimam partem caudae villosam habet PAVL. FEST. p. 54. [*vox graece non tradita, v. ad l. O. Müller. Th.*]

cercopithēcus, -ī *m.*, κερκοπίθηκος. *acc.* -on: LVCIL. 1321. MART. 7, 87, 4. *de scriptura v. l. 45sqq. simiae genus* (*cf.* SCHOL. Prud. c. Symm. 2, 869 quoddam genus simiarum longas caudas habens et dicuntur -i. GLOSS. IV 219, 26 animal est simile simiae caudati. V 494, 46 animal similis [*sic*] simio): VARRO Men. 127 quid dubitatis, utrum nunc sitis -i an colubrae? PLIN. nat. 8, 72 -os nigris capitibus, pilo asini et dissimiles ceteris voce. 1, 8, 30. MART. 7, 87, 4 si Cronius similem -on amat. 14, 128, 2 -orum paenula. 14, 202 callidus emissas eludere simius hastas, si mihi cauda foret, -us eram. IVV. 15, 4 effigies sacri nitet aurea -i. SOL. 27, 58 -i (circopit- *al. lect. var.*) caudas habent. AVG. civ. 16, 8 simias et -os et sphingas . . . bestias *esse*. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 9 circopiticus. NOT. Tir. 109, 1 *cod.* cerdopetephus. *v. et nom. propr.*

cercōps, -ōpis *m.* [*cf.* κέρκωψ, κερκώπη, κερκοπίθηκος. *Th.*]. *acc. v. l. 52. proprie*: MANIL. 4 668 *Libya* portentosos -um (*sic corr. Scalig.*; cecr- *vel* cicropum, cyclopum *codd.*) ludit in ortus. *translate*: PAVL. FEST. p. 55 cercopa Graeci appellant lucrari undique cupientem, quasi κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus. *v. etiam nom. propr.* *Probst.*

cercō⟨s⟩ NOT. Tir. 109, 2 *inter bestias* (cerdo *cod.*). *gr.* κέρκος, *cf.* HESYCH. θηρίδιον τὰς ἀμπέλους βλάπτον . . . ἢ ἀρουραῖος μῦς.

cercōsis, -is, κέρκωσις. SORAN. p. 106, 10 *tit.* de cercosi. *Mbr.*

cercūrus (cercyrus), -ī *m.* [*gr.* κέρκουρος *vel* κερκοῦρος, κέρκορος. *Th.*]. *trad. forma* cercyrus: LIV. 23, 34, 4 (*cod. P*). OV. hal. 102 PLIN. nat. 7, 208. 32, 152 NON. p. 533. **1** *navis genus cf.* NON. p. 533 -us: navis est Asiana pergrandis. GLOSS. IV 32, 10 genus navis. 493, 40 cercilus: navicula (217, 27 navicula modica). 33, 3 cercilius: navicula. V 350, 19 cerciclus: aesc (*anglosax. i. q. navis parvula*) vel navis. *v. etiam Assmann, I'W. III 1969.* PLAVT. Merc. 87 aedificat navem -um (cyrcerum *Non. codd.*, gubernatorum *B*, gerariam *CD*). Stich. 368 conspicatus sum interim -um. 413 sine advocatis ibidem in -o in stega in amicitiam . . . convortimus. LVCIL. 316 pedibus -um ⟨currere ut⟩ (concurret *cod.*) aequis. 404 Babylonem ibo, -um sumam. LIV. 23, 34, 4 -os ad persequendam retrahendamque navem cum misisset. 33, 19, 11 levioribus navigiis -isque ac lembis CC proficiscitur. PLIN. nat. 7, 208 -um Cyprii *invenerunt*. GELL. 10, 25, 5 *inter navium nomina.* **2** *piscis nomen*: OV. hal. 102 -osque ferox scopulorum fine moratus (*cf.* PLIN. nat. 32, 152). *Probst.*

cerda, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *nomen herbae.* CHIRON 944 sucum -ae *in medicamento*. CASS. FEL. 68 p. 167 radices -ae (certe *var. lect.*), quae latiora folia ostendit ruta silvestri. *Mbr.*

cerdo, -ōnis *m.* [*cf. c. hibern.* cerd '*ars, artifex*', *gr.* κέρδος, κέρδιστος, κερδαλέος. *Th.*]. *inde a* NOVIO (*v. p. 858, 11*). SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 25 -em . . . dicunt Graeci a lucro *cf. supra l. 53 et* SCHOL. Pers. *p. 858, 2.* PROB. cath. gramm. IV 10, 3 *o habet* in genetivo productam . . . -o -onis (SACERD. gramm. VI 475, 11). *operarius, opifex infimi generis cf.* SCHOL. Iuv. 4, 153 -o est proprie turpis lucri cupidus. SCHOL. Pers. 4, 51. GLOSS. -es pauperes infimi. cerdones vulgares. PERS. 4, 51 respue quod non es, tollat sua munera -o (*cf.* SCHOL. *ad l.* per -em plebeiam turbam significat. ita populus dictus ἀπὸ τοῦ κέρδους, id est a lucro). MART. 3, 16, 1 das gladiatores, sutorum regule, -o. . . . ebrius es: neque enim faceres hoc sobrius unquam, ut velles corio ludere -o tuo *eqs.* 3, 59, 1 sutor -o dedit tibi, culta Bononia, munus. 3, 99, 1 irasci nostro non debes, -o, libello. ars tua, non vita est carmine laesa meo. IVV. 4, 153 periit *Domitianus* postquam -bus esse timendus coeperat. 8, 182 quae turpia -i, Volesos Brutumque decebunt. GLOSS. V 600, 50 gallarius -o (*cf.* caligarius *p. 155, 54*). CORP. IV 6869 -o -bus sal(utem). 6867. 6868. 6871. *cf. nom. propr.* Cerdo *et titulum fabulae*: NON. p. 89 Novius Bubulco -e. *deriv.*: cerdonius (-a).

cerdōnius est tergonarius (tergorarius *Goetz*): locus ipse dicitur **cerdōnia** vel femina eius GLOSS. V 616, 41. *Bannier.*

cere *v.* cerebrum *p. 859, 16.*

cerea, -ae *f., orig. inc., nisi cum* Ceres *sim. vel cum* cervesia *conferas. potionis nomen.* GLOSS. III 558, 54 -a fenograeci farina. PLIN. nat. 22, 164 ex iisdem *leguminibus* fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia et -a in Hispania, cervesia et plura genera in Gallia aliisque provinciis. *Goetz.*

? **cereacas** recessus GLOSS. V 350, 48. Corycias *Bücheler collato Plin. nat. 31, 113*, cloacas secessus *Heraeus.* [cereacas tubicitaes GLOSS. V 351, 9; *corrigendum* cerycas tubicines.]

cereālis *et deriv. v. nom. propr.*

cereārius, -ī *m., orig. inc., fort. cf. c.* cerea *vel c.* Ceres. *nomen, ut videtur, opificis alicuius* (*fort. pistoris? v. l. 29*). PAPYR. Marini 120 (*a. 572*) 81 Vitalis v(ir) h(onestus) cerearios (*i. -us*) subscribsi. *fort. huc trahendum*: GLOSS. V 177, 14 cereasius pigtor (pistor *Goetz*). *fem.* cereāria, -ae (*obscurae significationis*): PLAVT. Mil. 696 (*loquitur mulier munera distributura*) iam pridem, quia nihil abstulerit, suscenset -a (ceriaria *A*, ceraria *P*, *vix idem q.* carinarius, *q. v.*). *Mbr.*

cereāsius (*?*) *v. l. 28.*

cerebellāre, -is *n. a* cerebellum. *nota masc. l. 41, abl.* -e *l. 39. i. q. involucrum cerebri*: PELAGON. 50 lanatam pellem madentem his medicaminibus pro -i superimponito (*cf.* HIPP. gr. 251 δέρματι ἔχοντι ἐρέαν . . . τὴν κεφαλὴν περίδησον. CHIRON 263 [*trad.* crebellare]. VEG. mulom. 2, 7, 1). CHIRON 281 cerebellum vaporabis -e opposito (*cf.* VEG. mulom. 2, 11, 3 caput cerebrumque vaporare te convenit et caput apposito -i communire. 2, 97, 3). 287 tempora ei munias vel -em imponis (*cf.* VEG. mulom. 2, 12, 6). 557 caput calidis unctionibus curabis et lanis -e (*trad.* cere ballare) iubebis uti (*cf.* VEG. mulom. 2, 97, 3 caput etiam aluta vel -i communies).

***cerebellum,** -ī *n.* [*a* cerebrum *deminutive. Th.*]. PRISC. gramm. II 110, 10 in 'illum' vel 'ellum' faciunt diminutiva in 'lum' vel in 'rum' desinentia. *de formis*: *masc.* cerebellus: ORIBAS. syn. 4, 2. 6, 27 (-os) GLOSS. III 14, 55. PLIN. med. 1, 14 *abl.* cerbello (*sic cod. g*). *in posteriorum auctorum codd. trad.* cerv-, *ex. gr.*: MISC. Tir. p. 65, 26 DIOSC. 2, 120. GLOSS. ἐγκέφαλος, cerebrum. [*it.* cervello, *francog.* cerveau. *M.-L.*]

1 *proprie* (*tantum de bestiarum cerebro*): *cibi aut cuppedii genus*: TITIN. com. 90 farticula, -um. CELS. 2, 18 ex eodem sue ungulae, rostrum, aures, -um. 2, 22 lenes autem sunt . . . pinguis caro et quaecumque glutinosa est, quod . . . fit . . . in . . . omnibusque -is (*cf.* ORIBAS. syn. 4, 2 *inter pachycyma*). 3, 22 adiciendaque quaedam ex media materia, praecipueque -um vel pisciculus. SVET. Vit. 13 phasianarum et pavonum -a. LAMPR. Heliog. 20, 6 exhibuit . . . magides extis mullorum refertas et -is foenicopterum . . . et -is turdorum. 30, 2 sescentorum strutionum capita una cena multis mensis exhibuit ad edenda -a. APIC. 2, 41 -a cocta. 2, 57 ova et -a teres; *passim*. THEOD. PRISC. log. 101 ex vitellis eorum (*ovorum*) patellae perfusae -orum pulvere. *adhibetur in medicaminibus*: CELS. 3, 22 *v. l. 55*. SCRIB. LARG. 43 noctuae -um. PLIN. nat. 29, 100 -o gallinaceo occurritur (30, 112). PLIN. med. 1, 14 leporino -o (*v. etiam l. 47*) gingivae perfricantur (SORAN. p. 43, 17 leporum. DIOSC. 2, 11). **2** *metonymice et translate*: **a** *i. q. caput*: PETRON. 76 cepi ipsimi -um. CHIRON 281 *v. l. 38*. DIOSC. 2, 120 corium vero eius (*peponis*) -o impositus infantes defendet ab aestu. **b** *in nomine herbae*: MARCELL. med. 8, 32 herbae quam quidam -um canis appellant radix (*cf.* PS. APVL. herb. 86 Graeci cynocephalion dicunt . . . Itali canis cerebrum [caput canis *cod. Cassin.*]).

deriv.: cerebellare.

cereber *v. p. 859, 6sqq.* **cereberrimus** *v.* celeber *p. 737, 74.*

cerebrōsus, -a, -um *a* cerebrum. *forma* celebrosus *l. 80?* NON. p. 22 -i dicuntur ad insaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur (*cf.* GLOSS. V 649, 38 -i: insani, iracundi quasi cerebre [cerebro*?* *Goetz*] moti). GLOSS. IV 32, 57 -us: qui in cerebro vitium habet *al.* V 275, 48 insanus, 'qui in cerebro habet vitium. II 572, 37 durus. 99, 15 ὀξύχολος. [PLAVT. Most. 952 senex hic elleborosus (*sic A*, celebrosus *P contra metrum*) est.] LVCIL. 514 te primum cum istis insanum hominem et -um. HOR. sat. 1, 5, 21 donec -us prosilit unus. COLVM. 2, 10, 34 *boves* pabulo suo -os reddat *ervum*. HIER. in Is. 65, 4 *sq.* sub magistro -o. MART. CAP. 8, 809 quod rabido fervebas -a motu.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cerebrum, -ī *n.* [*factum ex* *ceresrom *vel* *cerasrom; *cf. c. gr.* κεφάρα (κεφαλή HESYCH.), κάρα, κάρηνα, *ind.* śirah 'caput', *theodisc.* hirni *holland.* hersen 'cerebrum' *et c.* cernuus. *v. Joh. Schmidt, Pluralbildungen d. indogerm. Neutra 363 sqq.; Brugmann, Indogerm. Forsch. 18, 428 sqq. Th.*]. GLOSS. ἐγκέφαλος. V 177,15 cerebellum. *de formis*: CAPER gramm. VII 103, 6 hoc -um est; nam cereber qui dicunt sine -o vivunt; *at trad.* FVLG. myth. 3,9 GLOSS. II 100,5. cerebrus: FVLG. myth. 3, 9 (*at G deterr.* -um) ORIBAS. syn. 4, 10. 12 *al.* *de quantitate*: cĕrĕbr- *in hexametri interioribus pedibus* (*ex. gr.* ENN. ann. 609 frg. var. 40 LVCIL. 224 LVCR. 6, 803 *et inde saepius*); cērēbr- *frequentatur in fine hexametri* (*ex. gr.* VERG. Aen. 5, 413 *al.* HOR. sat. 1, 9, 11 *et inde passim*); *in aliis metris variat quantitas*; cĕrĕbr-: PLAVT. *ubique* TER. Ad. 317. 571. 782 PHAEDR. 1, 7, 2 SEN. Phoen. 180. cerēbr-: SEN. Herc. f. 1007 Tro. 1116 SIDON. carm. 2, 248. *per tmesin (fort. iocose)*: ENN. ann. 609 saxo cere comminuit brum. *vox, cuius plur. perraro* (*ex. gr.* ARNOB. nat. 7, 20 SIDON. epist. 2, 9, 8 VICT. VIT. pass. 14) *occurrit, legitur inde ab* ENNIO *et* PLAVTO. [*val.* creer. *M.-L.*]

I ***proprie*:** **A** *generatim de corporali materia* (*fusius* PLIN. nat. 11, 133 *sqq.* VINDIC. med. 21; *cf. p. 860,28 sqq*): **1** *hominum* (*saepius coniunguntur* cor *et* cerebrum; *v. ex. gr. l. 37 sq.*): PLAVT. Capt. 601 crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiae -um excutiam (*cf.* Aul. 151 [*in imag.*] quia mihi misero -um excutiunt tua dicta, soror, lapides loqueris. Cas. 644 hoc iam tibi istuc -um dispercutiam. CELS. 5, 26, 2 cui basis -i... percussa est. PELAGON. 60). PLAVT. Poen. 487 eum necabam ilico per -um pinna sua sibi quasi turturem. Rud. 1007 in -o colaphos apstrudam tuo. Truc. 288 cincinnos tuos... usque ex -o exvellam (*cf.* TERT. anim. 51 comae quoque alimenta de -o *eqs.*). TER. Ad. 317 ut -o dispergat viam (VAL. FL. 3, 166 sparsusque -o albet ager; *at cf.* STAT. Theb. 5, 573 nigri sanie perfusa -i figitur alta [hasta *P*] solo. SIL. 2, 200 frena disiecto spargit collisa per ossa -o). TER. Ad. 571 diminuetur tibi quidem iam -um. 782 an tibi iam mavis -um dispergam hic? (SEN. Herc. f. 1007 -o tecta disperso madent. *cf.* VERG. Aen. 5, 413 sparsoque infecta *arma* -o). LVCIL. 224 scutam ligneolam in -o infixit. CIC. Tusc. 1, 60 non est certe *illa vis* nec cordis nec sanguinis nec -i nec atomorum. nat. deor. 1, 99 magis illa *ad vitam*, -um, cor (PLIN. nat. 11, 181. 208 TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 448, 30). VERG. Aen. 9, 417 traiectoque haesit tepefacta *hasta* -o (*cf.* 12, 537 olli per galeam fixo stetit hasta -o). 9, 750 arma cruenta -o. 10, 415 ossaque dispersit -o permixta cruento. 11, 698 vulnus calido rigat ora -o (LVCAN. 6, 709 lavi calido proiecta -o. *cf.* VAL. FL. 4, 153 ut misero lavet arma -o). OV. met. 12, 238 sanguinis ille globos pariter -umque merumque vulnere et ore vomens. 12, 289 in liquido sederunt ossa -o (*cf.* DRAC. Orest. 262 diffundit testa -um). VELL. 2, 7, 2 effusoque -o expiravit (2, 120, 5. HOMER. 481 fuso super arma -o. CLAVD. carm. min. 53, 88. *cf.* OROS. hist. 5, 23, 18 effosso [*sic D*, effuso *L*] -o). CELS. 4, 1 *adeps* sensu, sicut -um quoque et medulla, caret (*cf.* VINDIC. med. 21). 5, 22, 6 *membrana* super -um est (*sic aut sim. persaepe; cf.* SCRIB. LARG. 206 PLIN. nat. 20, 250. 24, 51 *al.* CAEL. AVR. acut. 1 praef. 7 *et passim; cf.* VINDIC. med. 28 *meningae* -i). CELS. 8, 1 recta simpliciaque ad -um tendunt *foramina. ibid.* spinae medulla -o commissa (*cf.* PLIN. nat. 11, 178 per media foramina a -o medulla descendente *eqs.*). 8, 3 sine ulla noxa -i. *ibid.* patefacto -o. 8, 4 estque id (*callum*) aliquanto melius velamentum -o. *ibid.* plusque in osse propugnaculi -um habeat. SEN. Phoen. 180 manum -o indue. dial. 1, 4, 10 felicitatis intemperantia... movet -um (epist. 36, 1. *cf.* PLIN. nat. 23, 94 -i motus. VEG. mil. 2, 7 de -o commoto. PELAGON. 50 ORIBAS. syn. 4, 19). SEN. epist. 95, 17 -i exaestuantis verminationes. LVCAN. 6, 177 male defensum fragili compage -um dissipat (HOMER. 452 ITALA iud. 5, 26 [Lugd.]). 8, 689 raptoque -o assiccata cutis. PLIN. nat. 7, 72 *Zoroastri* -um ita palpitasse, ut. 11, 149 venas ab his (*oculis*) pertinere ad -um. 24, 51 -i collectiones. 28, 5 quaerunt et -um infantium. 29, 114 a -o *profluens sanguis* (30, 112. *cf.* SIL. 9, 399 concreta cruento per nares -o sanies fluit). SIL. 13, 477 exhausto instituit Pontus vacuare -o ora virum (*sc. mortuorum*). SVET. Cal. 27 offensus putrefacti -i odore. 50 de secessu deque purgando -o cogitavit. APVL. apol. 50 ad summum caput viam molita (*albedo aut sim.*) dirum fluxum -o immiscuit. SER. SAMM. 96 purgatur -um. *cf.* LACT. opif. 10, 7 purgamenta -i. SER. SAMM. 87 ex vitio -i. HIER. epist. 130, 17 -i *sanitas*. VVLG. iud. 4, 21 percussumque *clavum* malleo defixit in -um usque ad terram. *cf.* OROS. hist. 5, 9, 2 ictu clavae -o impactae exanimatus est *Gracchus*. DRAC. laud. dei 3, 696 verticis eximii replentur et ossa -o. Orest. 6 diadema ducis foedatum tabe -i. TAB. devot. Audollent 190 (Corp. X 8249) 6 dii iferi... vobis comedo ilius memra. .cerebru. *nota*: ARNOB. nat. 2, 70 *Minerva* Iovis ut asseveratis ex -o sine ullius seminis emicuit iactu (RVFIN. symb. 11). *nota comparationem de pisce aliquo* (*cf. Otto, Sprichw. p. 179*): ENN. frg. var. 40 (Apul. apol. 39) quid scarus (scarum *codd., corr. Bergk*)? praeterii -um (*sic* φ, celebrum *FV*) Iovis paene supremi. **2** *de bestiarum cerebro eiusque usu*: VERG. Aen. 5, 480 effractoque illisit in ossa *bovis* -o (*fuse ad l.* CLAVD. DON.). PLIN. nat. 8, 130 -o *ursi* veneficium inesse Hispaniae credunt. 10, 206 librat araneus se filo in caput serpentis... morsu -um apprehendit. 11, 134 omnium *animalium* -o medio insunt ossicula parva. 11, 135 quae -um non habent, non dormiunt. 37, 153 cinaediae inveniuntur in -o piscis eiusdem nominis. 37, 157 draconitis sive dracontias e -o fit draconum (SOL. 30, 16). 37, 182 synodontitis e -o piscium est, qui synodontes vocantur. STAT. Theb. 8, 533 cui (*apro*) non infossa -o vulnera. ARNOB. nat. 7, 20 albas esse hostiarum carnes... omenta cum -is. EVSTATH. Bas. hex. 6, 10 p. 934[A] pecorinum -um. DRAC. laud. dei 1, 735 lunae crescente globo iubet aequora crescant... crescat et inclusum capiti genus omne -i (*cf.* ISID. nat. 19, 2). ORIBAS. syn. 4, 12. *multum* nutriunt bobina, -us, testes; *sim. passim.* *cum genet. aut adi. bestiae, cuius -um in medicina adhibetur*: PLIN. nat. 28, 91 cameli -um... comitialibus morbis aiunt mederi. 28, 97 ut... cinis cum -o hyaenae illinatur (28, 101). 28, 152 apri quoque -um contra eas (*serpentes*) laudatur *eqs.* 28, 213 prodest... carbunculis -um apri vel suis (*cf.* 18, 243 *et* SER. SAMM. 1033 porci). 28, 215 -um leporis (28, 259 SER. SAMM. 589). 28, 225 asini. 28, 259 caprae. 29, 78 gallinae... -um plagis imponere (29, 88 gallinaceum *al.* SER. SAMM. 633 galli). 29, 110 *corvi* (30, 148). 29, 112 vulturis. 29, 113 cornicis -um coctum. 29, 117 glaucomata... -o catuli... emendari (*cf.* 30, 119 caninum -um. 32, 79 caniculae). 29, 118 hirundinis. 29, 143 noctuae -um... infusum auriculae (*cf.* 30, 118 bubonis). 30, 70 vespertilionis *eqs.* 30, 90 -um mustelae inveteratum (30, 95 muris). 30, 94 perdicis aut aquilae. 30, 135 ad dentitiones -um pecoris utilissimum est. 30, 137 viperae. 30, 139 ovis. 32, 47 draco... marinus ad spinae suae... venenum... -o poto (toto *codd.*) prodest. 32, 135 torpedinis.

B *de sede mentis, sensuum, unde metonymice pro mente et viribus cerebri*: CIC. Tusc. 1, 19 aliis pars quaedam -i visa est animi principatum tenere (*cf.* FAV. EVL. p. 8, 23); aliis nec cor ipsum placet nec -i quandam partem esse animum, sed alii in corde, alii in -o dixerunt animi esse sedem et locum. 1, 24. 41 ne (nec *al.*) tam vegeta mens aut in corde -ove aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat. TERT. anim. 15. CENS. 6, 1 -um, unde omnes sunt sensus (LACT. opif. 10, 10 *sqq.* AMBR. hex. 6, 9, 61). HIER. epist. 64, 1 quaeritur ubi sit animae principale. Plato in -o: Christus monstrat in corde (VINDIC. med. 5). AVG. gen. ad litt. 7, 18 p. 215, 6 tres tamquam ventriculi -i demonstrantur: unus anterior ad faciem, a quo sensus omnis (*cf.* CLAVD. MAM. anim. p. 173, 13); alter posterior ad cervicem, a quo motus omnis; tertius inter utrumque, in quo memoriam vigere demonstrant (CLAVD. MAM. anim. p. 174, 21 triformitas -i). MACR. sat. 7, 5, 14 *sqq. fusius.* CASSIOD. in psalm. 72, 26 quamvis aliqui dicant in -o esse sapientiae sedem. GREG. M. moral. 11, 8. PLAVT. Aul 151 *v. p. 859, 23.* Bacch. 251 cor meum et -um... finditur. Most. 1110 immo etiam -um quoque omne e capite emunxti (emunxit *codd.*) meo (*cf. falsam interpret.* IREN. praef. 2 quia non omnes -um habent *pro gr.* ἐπεὶ μὴ πάντες τὸν ἐγκέφαλον ἐξεπτύκασιν). Poen. 770 id nunc his -um uritur. LVCR. 6, 803 carbonumque gravis vis atque odor insinuatur quam facile **in** -um (*cf.* PETRON. 41 vinus mihi in -um abiit. 47 anathymiasis in -um it. PLIN. nat. 20, 236 quoniam non aliud magis *quam sinapi* in nares et -um penetret. *cf.* 23, 147 arborum ipsarum [*nucum*] foliorumque virus in -um penetrat. HIER. epist. 61, 3 ad intimum -um tuum sentinae putredo pervenit. CLAVD. 18, 53 penitusque supremum in -um secti traxerunt frigora nervi. *cf.* AVG. gen. ad litt. 7, 13 p. 212, 14 in excelsum -i locum. SIDON. carm. 2, 248 acta -i in cameram... lux). HOR. sat. 1, 9, 11 o te, Bolane, -i felicem. 2, 3, 75 putidius multo -um est... Perelli (*syn.* insani est, *opp.* sani est). PHAEDR. 1, 7, 2 o quanta species (*persona tragica*)... -um non habet (*cf.* AVSON. 45, 2 ipsa *statua Rufi* adeo linguam non habet et -um). PETRON. 75 et me non facias ringentem... alioquin experieris -um meum. IVV. 5, 14, 57 vacuumque -o... caput. TERT. anim. 15 omnes iam sciant se potius sine corde et -o vivere. PORPH. Hor. carm. 1, 18, 15 vacuum... verticem i. e. vanum -um (*cf.* LACT. epit. 49, 4 homines inanis -i. HIER. in Matth. 5, 22 p. 26 κενός i. e. inanis aut vacuus, quem nos possumus vulgata iniuria 'absque -o' nuncupare). PORPH. Hor. carm. 3, 21, 18 per cornua ergo violentiam -i intellegi vult. LACT. ira 10, 17 quis hunc putet habuisse -um? AVG. nat. bon. 25 qui sanum habent -um; *sim. etiam al.* RVT. NAM. 1, 445 perversi rabies... -i. SIDON. epist. 2, 9, 8 -is hospitales creterrae... dominabuntur. DARES 13 Diomedem... in bello acerrimum clamosum -o calido. COD. Iust. 6, 22, 10, 3 si quis supra -um illius loquatur.

C *sensu latiore fere i.q. suprema capitis pars, calva* (κρανίον) *vel caput*: PLIN. nat. 11, 131 *capillorum* defluvium... nec infra -um aut infra verticem. 20, 138 sucus et phreneticis ex aceto tritae *rutae* instillatur in tempora et -um (32, 40. *cf.* SER. SAMM. 99 -o stillatur [instillatur *vulg.*] acetum. 125 perfundunt calido *oleo* -um). 20, 211 infantium -o imponitur *porcillaca*. 32, 138 siriasim infantium spongea frigida -o umefacto, rana... sanat. IVV. 3, 269 quod spatium tectis sublimibus, unde -um testa ferit. APVL. met. 9, 40 inversa vite de vastiore nodulo -um suum diffindere (*cf.* RVFIN. hist. 2, 23, 18 fullo arrepto fuste... -o eius illisit. HIER. adv. Rufin. 3, 38 quia haereticorum -o lapidem illidimus. SIDON. epist. 3, 13, 7 -um crebra vibice peraratum. GREG. TVR. Franc. 2, 40 bipennem -o eius illisit). SER. SAMM. 22 si nocuit -o violentia solis aperto. PROB. Verg. georg. 1, 20 impetu in eum (*Crathim*) facto -oque eius disiecto

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a capro. VEG. mulom. 1,10,5 lana -o indita (inducta *P*). VVLG. iud. 9, 53 confregit -um (κρανίον) eius. PS. AVR. VICT. epit. 1, 13 ut -i valido incursu parietem pulsaret. PHYSIOGN. 23, 6 capilli supra medium frontis resupini ad -um respicientes. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 61 -um membrorum mole perurguet. PLIN. VAL. 1, 8 ad dolorem hemicranei vel -i munda allium . . . et fac ex eo pastillos et in -o seu hemicraneo super ligabis *al.* ANTIDOT. Brux. 64 de manu sinistra haurito aquam et supra -um ter mittito.

II ***translate*** *et in imagine*: **A** *i. q. arborum cacumen*: PLIN. nat. 13, 36 seruntur autem palmae et trunco . . . a -o ipso arboris fissuris diviso atque defosso. 13,39 dulcis medulla earum (*palmarum*) in cacumine, quod -um appellant. 21,97 semen ei (*pternicae*) lanuginis . . . tenuitas similis -o palmae est. **B** *i. q. summa*: FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 17 quid mysticum in his sapere debeat -um agnoscamus. myth. 2, 13 haec fabula mystici saporem -i consipit (3, 9). **C** *in herbae nomine*: *v. p. 858,71 sq.*

deriv.: cerebellum, cerebrosus. *Probst.*

cēreferāle, -is [*cf. c.* cera *et* ferre *et c.* ceriforus. *Th.*]. *candelabri genus.* GREG. TVR. glor. conf. 78 accensisque super cruces cereis atque -bus (ceroferariis *var. lect.*). [*it.* cefforale. *M.-L.*] *Goetz.*

cēr(e)folium *v.* caerefolium.

(**cereo,** -āre) *pro* creare *finxit* VARRO ling. 6,81 dictum 'cerno' a cereo, id est a creando; dictum ab eo, quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. *Mbr.*

cēreofalum, -ī *n. cf. c.* cereus *et c.* cereoforaleum. *fere i. q. candelabrum*: ITIN. [Silv.] 24, 7 candelae autem vitreae ingentes ubique plurimae pendent et -a plurima sunt. 25,8 numerus autem vel ponderatio de -is vel cicindelis aut lucernis . . . numquid vel aestimari aut scribi potest?

cēreoforaleum, -ī *n. cf. c.* cereus *et c.* cereofalum, cereferale, ceriforus. *i. q. ceriforus.* IVS canon. 3, 94 (Migne 56, 888) acolythus cum ordinatur . . . ab archidiacono accipiat -um cum cereis (PS. GERMAN. PARIS. liturg. Gall. 3 Migne 72 *exscripsit* ceroferarium).

cēreolāre *v.* ceriolare.

cēreolus, -a, -um [*a* cereus *deminutive. Th.*]. **1** *de prunorum colore*: COLVM. 10,404 Armeniisque et -is prunisque Damasci stipantur calathi. **2** *subst.* cereolus, -ī *m. i. fere quod candelabrum*: HIER. c. Vigil. 4 quos (*martyres*) putant de vilissimis -is illustrandos. PS. AVG. serm. 265, 2 qui possunt, aut -os aut oleum quod in cicindilibus mittatur, exhibeant. GREG. TVR. Mart. 1, 34 tres -os pro benedictione . . . portavimus. MART. BRAC. corr. 16 ad fontes et per trivia -os (ciriolum *B*) incendere. ISID. epist. 1,14 de candelis autem et -is quotidianis quidquid superest in basilica. *huc pertinet*: GLOSS. III 203, 40 κηριάπτης ceriolum. [*hisp.* ciruela. *M.-L.*]

deriv.: ceriolare, ceriolarius.

cēreostata *v. sub* cerostata. **cerēs** *v. nom. propr.*

ceresium *v.* cerasium *p. 854, 28.*

cerevisia (cerevesia) *v.* cervisia.

cēreus, -a, -um *a* cera. GLOSS. II 349, 7 κήρινος. caereus: CORP. III 14358². **1** *e cera factus*: **a** *proprie*: TITIN. com. 160 velim ego osse arare campum -um (*i. tabulam cera oblitam cf.* NOVIVS Atell. 65 -a castra crebro catapulta impulit *iocose de poeta; an cf. l. 59?* ANTH. 95, 2 Niliacam texit -a lamna budam. AVSON. 146, 13 dextera volat per aequor -um. *huc fortasse attingat*: CARM. epigr. 983, 3 d⟨e⟩sulcanda prius mihi danti -a prata. *cf. Bücheler ad loc.* '*-a prata sunt cerae scriptoriae*'). CIC. nat. deor. 3, 30 ut . . . si omnis cera commutabilis esset, nihil esset -um, quod commutari non posset, item nihil argenteum. VERG. georg. 4, 202 -a regna refigunt *apes* (Aen. 12, 589 per -a castra discurrunt [CLAVD. rapt. Pros. 2, 125 cum -a reges castra movent]. COLVM. 9, 7, 3 -is scilicet operibus suis. 9, 13, 11 consummatis operibus -is. ANTH. 747, 5 -a materies apibus debetur. EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 949ᶜ in -is recondunt cellis *mel.* VICT. VIT. 2, 23 examen apum -as aedificans mansiones. SEDVL. carm. pasch. praef. 13 -a gemmatis flavescunt mella canistris. ENNOD. opusc. 9, 9 p. 418, 9 quae per domos -as divino stipant mella compendio). HOR. epod. 17, 76 -as imagines (sat. 1, 8, 30 lanea et effigies erat, altera -a. *cf.* epist. 2, 1, 265 neque ficto in peius voltu proponi -us [*i. in imagine -a*] usquam opto. OV. epist. 6, 91 devovet absentis simulacraque -a figit. PORPH. Hor. epod. 17, 81 id est -as imagines animare. HYG. fab. 104 p. 95, 14 *Laodamia* fecit simulacrum -um (cher- *F*) simile Protesilai coniugis). LAMPR. Heliog. 25, 9 parasitis in secunda mensa saepe -am cenam, saepe ligneum, saepe eburneam . . . exhibuit. SCHOL. Hor. ars 343 punctum . . . dixit, quia sic antea -is *tabulis* suffragia ferebantur. SIDON. carm. 2, 492 *Oenomaum* fraude cadentem -a destituit resolutis axibus obex. ORIENT. comm. 1, 136 nobilibus mensis -a flamma micat (ENNOD. opusc. 9, 6 p. 417, 7 in huius tibi, domine, noctis ministerio hoc -um lumen offerimus). CASSIOD. or. frg. p. 483, 14 totum metallicis coloribus comitur, ubi -a pictura noscatur. **b** *translate i. q. mollis, flexibilis ut cera*: HOR. ars 163 iuvenis . . . gaudet equis canibusque et aprici gramine campi -us in vitium flecti. SEN. epist. 86, 18 *radices arborum*, quas necesse est -as (ς, caeteras *VP*) adhuc et precario haerentes levis quoque revellat agitatio. **2** *cerae colorem habens*: **a** *candens ut cera*: HOR. carm. 1, 13, 2 cervicem roseam, -a (*cf.* CAPER gramm. VII 98, 3) Telephi laudas bracchia (SCHOL. Hor. *ad l.* -a bracchia aut mollia aut cerae similia. epist. 2, 1, 265 -us pictus nove dixit). PLIN. nat. 37, 33 candidum atque -i coloris quod vocaretur electrum (*opp.* fulvum). ENNOD. opusc. 3, 14 p. 334, 7 Epifani frons -ae pulchritudinis et candoris illius, quae solis passa radios colorem traxit ab aethere. **b** *i. q. flavus*: VERG. ecl. 2, 53 addam -a pruna (SERV. *ad l.* -a pruna aut -ei coloris aut mollia. GLOSS. V 237, 26 pruna -a pomi genus. COPA 18. EDICT. imp. Diocl. 6, 69 pruna -a maxima. *cf. sim.* CALP. ecl. 2, 91 cydonia. MART. 10, 94, 6 poma). MART. 1, 92, 7 -a si pendet lumbis et scripta lacerna (*i. usu obsoletus. cf.* 4, 53, 5 -a quem nudi tegit uxor abolla grabati). 3, 58, 19 turtur (*cf.* 3, 60, 7 aureus. *adde*: 13, 5, 1 ficedula. SOL. 5, 27 lapides qui sunt facie -a abundantes, trivialiter negleguntur. AVSON. 392, 2 Picenae populator turdus olivae clunes opimat -as). VOPISC. Aurelian. 49, 7 calceos mullos et -os et albos . . . viris omnibus tulit. *cf.* Cereus *nom. propr.*

subst. **cēreus,** -ī *m. i. q. fax cerea.* ISID. orig. 20,10,3 -us . . . a cera nomen habet, ex qua formatur. GLOSS. V 565, 10 per derivationem a cera. *cf. Blümner, Technol. II 161 sq.* PLAVT. Curc. 9 tute tibi puer es, lautus luces -um. VARRO ling. 5, 64 ab satu est dictus Saturnus et quod ignis, Saturnalibus -i superioribus mittuntur (*cf.* PAVL. FEST. p. 54 -os Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes -is utebantur. MART. 5, 18, 2 Decembri mense, quo volant mappae gracilesque ligulae -ique chartaeque. 10, 87, 5 absit -us aridi clientis. STAT. silv. 4, 9, 40 dare -os olentes cultellum tenuesve codicillos. MACR. sat. 1, 7, 32 -os non ob aliud mitti putant, quam quod hoc principe ab incomi et tenebrosa vita quasi ad lucem . . . editi sumus. 1, 7, 33 tribunus plebi tulit, non nisi -i ditioribus missitarentur. 1, 11, 48 coepisse Saturno -os mittere. 1, 11, 49). CIC. off. 3, 80 omnibus vicis statuae, ad eas tus, -i. Cato 44 delectabatur *Duellius* -o (crebro *vel* credo *codd.*) funali et tibicine, quae sibi . . . sumpserat (*cf.* VAL. MAX. 3, 6, 4 Duellius . . . ad funalem -um, praeeunte [praecinente *Par.*] tibicine et fidicine a cena domum reverti solitus est). LEX Vrson. (Corp. II 5439) 62, 22 duoviris aedilibusque . . . -os habere ius potestasque esto. DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 24 Manibus . . . nive quis amplius uno -o unave face coronave mittat. SEN. dial. 9, 11, 7 totiens praeter limen immaturas exequias fax -usque praecessit. 10, 20, 5. epist. 114, 5 tenuisve -i fila. 122, 10 quantulum enim a funere absunt et quidem acerbo, qui ad faces et -os vivunt. MART. 14, 42, 1 hic tibi nocturnos praestabit -us ignes. SVET. Iul. 84 *lectum* repente duo quidam . . . ardentibus -is succenderunt. GELL. 4, 1, 20 tus et -os in penu esse. APVL. met. 4, 19 taedis, lucernis, -is sebaciis et ceteris nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebrae. 11, 9 lucernis taedis -is et alio genere facium (facti luminis *F marg.*). VLP. dig. 33, 9, 3, 9 Sextus autem Caecilius etiam tus et -os in domesticum usum paratos contineri legato scribit. TEST. Restuti (Corp. VIII 9052) 13 ut statuam meam . . . coronet et cer(eos) II accendat. PASS. Cypr. 5 *corpus* cum -is et scolacibus . . . deductum est. INSCR. Bonner Jahrb. 117 p. 52 debet singulis annis . . . ture, -is et profusionibus exorari. CORP. III 14358² (*Heliogabali fere aet.*) immunis caerei leg(ionis). TREB. Gall. 8, 1 servis . . . cum -is facibus et lampadis praecedentibus. CET. FAV. 25 p. 299 quoniam triclinia hibernis temporibus frequenti lumine -orum aut lucernarum fumante obsolescunt. ITIN. [Silv.] 24, 4 incenduntur omnes candelae et -i et fit lumen infinitum. AMM. 22, 13, 3 accensis -is ex usu. SCHOL. Iuv. 1, 155 vivi in munere Neronis arserunt de quibus iusserat -os fieri. AMBR. Hel. 12, 45 antelucano potu ebrius et diurno -orum comitatus lumine philosophi auditorium ingressus. PS. AMBR. serm. 35, 5. HIER. in Is. 57, 7 p. 672 tutelae simulacrum -is venerans (*Roma*) ac lucernis. epist. 108, 29 cum alii pontifices lampades -osque praeferrent. 109, 1. PRVD. perist. 2, 72 nocturnis sacris astare fixos -os. LIB. pontif. p. 91, 5 per parrochia concessa licentia -um benedici. ORIENT. comm. 2, 203 -us ut caecae positus sub tempore noctis compensare diem luminis officio. VICT. VIT. 2, 18 ecclesiam . . . -is quoque fulgentibus palliisque velaminum ac lampadibus rutilantem. 2, 34. ENNOD. opusc. 9, 1 p. 415, 23 *tit.* benedictio -i. CASSIOD. in psalm. 15, 7 funes a funeribus dicti sunt, quod in modum -orum ante cadavera incendebantur. GREG. TVR. glor. mart. 8 ut putaretur ibi multitudo lychnorum ac -orum esse accensa. VEN. FORT. virt. Hil. 12, 34 cum . . . quadam nocte -us illuminatus fuisset. *ibid.* -i lumen. EVGIPP. Sev. 11, 2 per singulas domos -os afferre praecepit. 11, 3 pars maxima -orum subito est accensa. EXPOS. fid. p. 284, 10 ridemus -um accensum. ISID. epist. 1, 3 acolytus -um portat. 1, 14 -os et oblationes altaris ipse accipit a populo; ipse colligit per ecclesias -os in festivitatibus. GREG. M. epist. 11, 21 p. 282, 33 preces illae, quae super -um in Ravennati civitate dici solent.

deriv.: cereolus. *compos.*: cereofalum, cereoforaleum (*cf.* cereostata).

ceriālis *v. sub* Cerealis. **ceriāria** *v.* cerearius.

ceriārium *v. nom. propr.*

cērifico, -āvī, -āre. *compos. ex* cera *et* facere. PLIN. nat. 9, 133 quoniam cum -vere, fluxus (-os *codd.*) habent sucos *conchae mordaces.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cēriforus (-um), -ī *m.* [**κηροφόρος, cf. c.* ceroferarius. *Th.*]. *fere i. q. candelabrum* (*cf.* GLOSS. II 349,6 -us: *κηριάπτης*). *neutr.*: CYPR. GALL. num. 153 dum bracchia pandit aurea -um.

cērilārium *v.* ceriolare. **cērimonia** *v.* caerimonia.

cērineus, -a, -um *a* cerinus. *i. q. cereus*: CARM. epigr. 1552[A],88 (*saec. II in.*) currere ... apes et -os componere nidos. *Goetz.*

cērintha, -ae *f.* [**κηρίνθη, cf. κήρινθος. Th.*] *nomen herbae. acc.* -ēn*? l. 11.* VERG. georg. 4, 63 trita melisphylla et -ae ignobile gramen (COLVM. 9, 8, 13. *cf.* SERV. auct. georg. 4, 63 -ae autem a Cerintho urbe Boeotiae, in qua plurima nascitur). PLIN. nat. 21, 70 *apium* causa oportet serere thymum, -en (cerinthea *vel* cerintha *codd.*). 1, 21, 41. [*galaec.* cerinta, *cf. val.* cerentel. *M.-L.*] *eadem (ut videtur) etiam* **cērinthos**, -ī *f.*, *κήρινθος*. PLIN. nat. 11, 17 erithace, quam aliqui sandaracam, alii -um vocant. 1, 11, 7 -os. *cf.* PROB. Verg. georg. 4, 63 cērinthon est flos luteus cuiusdam herbae, quae copiosissima est in Euboea. *Mbr.*

cērinus, -a, -um, *κήρινος*. *i. q. cereus* (*cf.* NON. p. 548 -um: a cerae colore): PLIN. nat. 19, 65 in provinciis quam maximi et -i aut nigri placent *cucumeres*. 21, 41 *sq. pruna*. 37, 47 genera eius (*sucini*) plura . . . sed nec his nec -is pretium. 37, 77 -i *chrysoberulli*. PS. THEOD. PRISC. addit. p. 350, 11 adversus aetatem puellae sic facies naturam -am. AVELL. p. 752, 17 iuxta -um lapidem.

deriv.: cerineus.

cērio (-ōnis) *v. sub* cerium *infra l. 38 et v. nom. propr.*

cēriolāre, -is (cēriolārium, -ī) *n.* [*a* cereolus. *Th.*]. *huc pertinet* GLOSS. II 349, 8 cerilarium: *κηριολάριον*. CORP. VI 18, 9 -ia duo Saturi et Antiotes libentes donum dederunt. 9254 -bus duobus aereis habentibus effigiem Cupidinis. 30972 delficam cum laribus et -is n(ummis) XXX.

cēriolārius, -ī *m.* [*a* cereolus. *Th.*]. *cerae an cereoli opifex.* CORP. III 2112 Asidonius -us.

cēriolum *v.* cereolus *p. 861, 44.*

cēritās, -ātis *f. a* cera. ISID. diff. app. 99 caecitas ipsa tamquam viae -s (*i. obturatio, v. p. 851, 32 sqq.*) . . . dicitur.

cērītis (-idis) *f.* [**κηρῖτις. Th.*] *nomen gemmae.* PLIN. nat. 37, 153 -is cerae similis est. 1, 37, 56.

cērium, -ī, *κηρίον*. *leguntur formae*: ceriones THEOD. PRISC. eup. faen. 13. *ibid.* cerionas. cerion GLOSS. III 598, 31. *cf.* PLVT. *l. 47. ulceris genus* (PLIN. nat. 23, 119 ulcera quae -a vocantur. GLOSS. III 598, 31 cereon [cercon *cod.*] ulcera per quae humor currit melli similis. *cf.* CELS. 5, 28, 13): PLIN. nat. 23, 14 sanant epinyctidas et -a (*sic Pint.*, teria *codd.*) et dysinteriam cum suis nucleis. 23, 128 cum melle foliis -a sanant. THEOD. PRISC. eup. faen. 13 papillae . . . quas cerionas (car- *r*, -es *B*) appellamus. *ibid.* quod ceriones (-e *b*) plures cavernas egestiones (digestiones *br*) habent. *candelae ut videtur genus*: PLVT. aet. Rom. 2 (263 f) *λαμπάδας ἅπτουσιν ἐν τοῖς γάμοις, ἃς κηρίωνας ὀνομάζουσιν. Goetz.*

cermatiōsus *v.* chrematiosus.

cermatium (-ī) *n.*, *κερμάτιον*. GLOSS. collybum: crematum *saep.* (*cf.* V 593, 36 collybum *κερμάτιον*). *Mbr.*

cernentia, -ae *f.* [*a* cernere, cernens. *Th.*]. *i. q. visus, vis cernendi*: MART. CAP. 4, 384 opponuntur sibi . . . ut stultitia sapientiae aut habitus orbationi, ut -a caecitati. 4, 386. *ibid.* -a et caecitas intelleguntur erga oculos. *ibid.* cum simul desunt nihil medium intercedit ut -a et caecitas.

***?* cerniculātor**, -ōris *m. a* cerniculum. GLOSS. Leid. ed. Hessels C 425 -r (circulator *cod.*) qui farinam atpostat (atpurgat *l*) per circulum (cerniculum *legas, v. Archiv 10 [1898] 188*).

cerniculum, -ī *n.* [*a* cernere. *Th.*]. **1** GLOSS. II 100, 4 -um *σύγκρισις*. **2** GLOSS. III 197, 49 -um *ἔνσηστρον* (*cf.* III 269, 61 *ἔνδεστρον* cruiculum). V 177, 18 cerniclu cribellum ad polline⟨m⟩. IV 317, 43 -i recrementorium. *cf.* V 594, 24 -i catamites recrementorum (*v. Roensch, d. n. Test. p. 651 et* GLOSS. II 170, 6 recrementum *σινίασμα, ἀπότριμμα*). *cf.* V 596, 15 cernida (*ita Scal., lege* cernicla) lignum super quod ducitur tarantatura (*vel* taratantara. *v. Ducange s. v. taratantara*). [*pedem.* sernei, *genu.* serneğğu, *aret.* černekkyo, *cors.* cernil'u. *M.-L.*] *deriv.* cerniculator.

cernida *v.* cerniculum. **cernitus** *v.* cerno *p. 864, 13.*

***cerno**, crēvī, crētum, -ere [*ex* *crĭno *factum esse videtur, cf. c. gr. κρίνειν, κρίσις, got.* hrains *'purus' et c.* cribrum, (dis-)crimen, certus. *participium* cretus, *quod vetustioris formae, quae fuerat* certus, *locum obtinuit, et perfectum* crevi *fortasse ex alio fonte fluxit, cf.* screare, excrementum. *Th.*]. VARRO ling. 6, 81 dictum -o a cereo id est a creando; dictum ab eo quod, cum quid creatum est, tunc denique -itur. PAVL. FEST. p. 53 cresco et -o . . . cuius unius origo ex graeco trahitur, quod illi *κραίνειν* dicunt perficere. *perfectum* crevi *legitur inde a* PLAVTO; *praeter* TITIN. com. 50 (*v. p. 865, 44*) *et* LIV. 7, 25, 9 (*v. p. 874, 54*) *semper ad significationes sub I et II expositas, numquam ad III pertinet, sed cf.* PRISC. gramm. II 529 -o crevi: non solum enim *τὸ 'κοσκινίζων κρίνω'* sic facit praeteritum, sed etiam cum pro video accipitur, *ubi etiam* PLAVT. Cist. 1 (*v. p. 864, 66*) *pro* vidi *accipitur.* PRISC. gramm. II 419 -o crevi apud vetustissimos invenitur. CHAR. gramm. I 246 sexta forma est, qua perfecto prima syllaba ex correpta producitur velut . . . -o -is crevi. DIOM. gramm. I 370 PRISC. gramm. II 460 EXC. Bob. gramm. I 565. PROB. inst. gramm. IV 186 sunt verba quae . . . species perfectas . . . similes habeant ut . . . -o cresco crevi. MAR. VICTORIN. gramm. VI 200 CHAR. gramm. I 247. MART. CAP. 3, 324 -it et crescit crevit facit. EXPLAN. in Don. gramm. II 557 CONSENT. gramm. V 384 PHOC. gramm. V 437. *formae contractae*: LAEV. carm. frg. 22 Venus ... mihi quae diem serenum hilarula praepandere cresti. *adde*: LVCR. 5, 782 incertis crerint (credunt *codd*) committere ventis. *part. perf. pass.* crētus: SCRIB. LARG. 61. 70 *bis.* 145. 222 STAT. silv. 1, 4, 66 LEX met. Vipasc. (Corp. II 5181) 54 PORPH. Hor. sat. 2, 4, 75 GARG. MART. med. 23 *et saepius.* PALLAD. 12, 22 ZENO tract. 2, 44, 1 CARM. de fig. 17 CAEL. AVR. acut. 2, 18, 112. 2, 37, 197 chron. 2, 4, 85. 2, 7, 104. cernitus: CHIRON 848 thus masculum bene cernitum et . . . admixtum (*sed* 197 tusa bene et creta ex melle . . . admixtum). [ANTIDOT. Brux. 35 cernitum ... cernitos *ed. princeps*, cretum, -os *cod.*] *praes. ind.* cernu *fort.* CORP. IV suppl. 6698 *v. p. 867, 22.* VARRO ling. 6, 81 -o idem valet *quod video*; itaque pro video ait Ennius... (*v. p. 865, 1*). SEN. epist. 58, 3 quaedam simplicia in usu erant sicut -ere ferro inter se dicebant[ur]. NON. p. 261 -ere significat videre. disponere. amittere (*Enn. scaen. 262 v. infra l. 84*). iudicare. dimicare vel contendere. p. 262 -ere rursum succedere (*v. p. 865, 37*). EXC. Bob. gramm. I 565 -o crevi *ὁρῶ, προσέρχομαι κληρονομίᾳ*. DIFF. gramm. VII 520 videmus natura, spectamus voluntate, intuemur cura, aspicimus ex improviso, animadvertimus et -imus animo. PAVL. FEST. p. 53 crevi modo significat hereditatem adii, modo maior aetate vel censu sum, modo iudicavi, modo divisi. quae omnia a duobus verbis cresco et -o veniunt. GLOSS. *σήθω. σινιάζω. θεωρῶ. βλέπω. ὁρῶ.* -ere *ὁρίζειν.* -toque *καὶ ἐγχειρησάτω* (GAIVS inst. 2, 165. 174. *v. p. 865, 10 sqq.*). -is vides. -it *ὁρᾷ, σήθει.* videt, providet, prospicit. videt, considerat. *προσέρχεται τῇ κληρονομίᾳ καὶ προσέχει (προσέχεται e). v. etiam* HIER. *p. 868, 1. legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO; *apud* CAES. *saepius inde a* Gall. 7 (*v. G. Ihm, Jahrb. Phil. suppl. 6 p. 768*); *in* VVLG. *non in libris retract.* [*corrupt. et dub.*: LVCIL. 329 si -o ostrea (ceno *Dousa, aliter Cichorius, Untersuch. zu Lucil. p. 296 sq.*). VAL. MAX. 3, 2 ext. 4 CVRIOS. urb. reg. 8 p. 12, 1 aquam -entem (*v. Jordan, Hermes 2 [1867] p. 88*).] [*val.* cerne, *it.* cernere, *hisp.* cerner. *M.-L.*]

I *i. q.* ***secernere, discernere*: A *proprie, i. q. cribrare*:** CATO agr. 107, 1 contundas quam minutissime, per cribrum -as. VITR. 7, 6 nec molere nec -ere opus est *caementa* (*ibid.* subcretum). OV. medic. 62 innumeris omnia -e cavis. 89 ubi contrieris per densa foramina -e. LEX met. Vipasc. (Corp. II 5181) 48 *scaurias* frangere, -ere, lavare. 54 (*Blümner, Technologie IV 166*). PLIN. nat. 18, 115 *alica* quae transit *cribrum* artiore -itur. 33, 87 tenui cribro -itur. ITALA Luc. 22, 31 (codd. c d Tert. fug. 2 Hil. trin. 10, 38. 40 *al.*) ut -ret vos velut frumentum (*τοῦ σινιάσαι*, VVLG. cribraret. ITALA cod. e *al.* Hil. trin. 10, 38 ventilet. HIL. in psalm. 65, 13. *cf.* CARM. de fig. 17 sumere iam cretos, non sumptos -ere amicos). PORPH. Hor. sat. 2, 4, 75 incretum non -tum. GARG. MART. med. 23 tunsa, -ta, melle . . . mixta. PALLAD. 1, 9, 5. 12, 22 cineris bene -i (ANTIDOT. Brux. 35). ZENO tract. 2, 44, 1 *frumenta* ordinabiliter -ta omni furfure abiecto. PELAGON. 308 farinam . . . diligenter -is. 432 teres . . . singula et cribro minutissime -es (362). CHIRON 197 *et* 848 *v. supra l. 13 sqq.* VEG. mulom. 1, 32 pisabis -esque subtiliter. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 112. 2, 37, 197. chron. 2, 4, 85 corallii tusi pulvis -tus. 2, 7, 104 ORIBAS. syn. 8, 23. 28. 9, 7. *adde*: CORP. XII 4315 -o assidue, secerno nemin(em).

B *translate, i. q. distinguere, dividere*: CIC. part. 35 in temporibus . . . praesentia, praeterita, futura -untur. top. 70 vis . . . in comparatione sic -itur. 80 causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis -itur (*cf.* de orat. 2, 66 notatae sunt). 90 hi *loci* -untur bipertito, et natura et instituto. MANIL. 1, 636 *Helice* paribus spatiis occasus -it et ortus. 2, 722 *cardo* qui terras aequali limite -it. PLIN. nat. 2, 180 paria . . . horarum intervalla -rentur. COMM. apol. 155 iustos per ipsos -it ad actus. INSCR. christ. Leblant Nouv. Rec. 413, 14 temporum mensor numeros modosque calculo -ens.

II *decernere*: PLAVT. Cist. 1 cum ego antehac te amavi et mi amicam esse -vi. Trin. 479 ibi de divinis atque humanis -itur. PACVV. trag. 33 et aequum et rectum sit quod postulas iurati -ant (NON. p. 261, 13 -ere iudicare). LVCIL. 220 post quam praesidium castris educere [de]crevit. CIC. leg. 2, 21 *haruspices* quibus divis -erint procuranto. 3, 6 quodcumque senatus -erit agunto. 3, 8 quotcumque senatus -erit populusve iusserit, tot sunto. 3, 9 si senatus -erit. *ibid.* imperia, potestates, legationes quom senatus -erit, populus iusserit. 3, 28 quod . . . is (*senatus*) -erit. CATVLL. 64, 150 potius germanam amittere -vi quam tibi . . . deessem. LIV. 8, 7, 7 eventu -atur, quantum eques Latinus Romano praestet. 43, 12, 2 priusquam id sors -ret. TAC. ann. 15, 14 quid de Armenia -rent. HIL. myst. p. 13, 13 cer⟨n⟩itur . . . res secundum praesentem in Esau et Iacob effectum. SCHOL. Cic. Bob. p. 276 Hild. -endam causam ... Cicero suscepit. p. 280 nihil novae quaestionis potuerit senatus -ere (CIC. Mil. 13 iudicium decernendi). *adde*: ENN. scaen. 346 impetrem facile ab animo, ut -at vitale brabium (vitatem babium *codd.*, habitum *Vahlen*; NON. p. 261 iudicare). *armis decernere, contendere*: ENN. ann. 196 ferro non auro vitam -amus utrique (scaen. 262 ter sub armis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

malim vitam -ere. *v. p. 864, 20* [*cf.* VARRO ling. 6, 81 quod, ut decernunt de vita, eo tempore multorum videtur vitae finis]. VARRO Men. 190). ENN. ann. 555 olli -bant magnis de rebus agentes. scaen. 180 ferro -unt de victoria. PLAVT. Bacch. 399 nunc certamen -itur (Cas. 516). PACVV. trag. 24 de virtute is ego -endi do potestatem omnibus (NON. p. 261 -ere . . . dimicare vel contendere). ACC. trag. 326 si esset quis, qui armis secum vellet -ere. LVCR. 5, 393 magnis ⟨inter se⟩ de rebus -ere certant. VERG. Aen. 12, 218 ut propius -unt non viribus aequis. 12, 709 inter se coiisse viros et -ere ferro. PANEG. in Mess. 103 duplicem seiunctim -ere Martem. *hereditatem cernere: i. q. de hereditate accipienda refutandave decernere. cf.* VARRO ling. 7, 98 ⟨-vi⟩ valet constitui; itaque heres, cum constituit se heredem esse, dicitur -ere, et cum id fecit -isse. GAIVS inst. 2, 164 intra certum tempus vel adeant hereditatem vel summoveantur: ideo . . . cretio appellata est, quia -ere est quasi decernere et constituere. *cf.* NON. p. 262 -ere, rursum succedere: unde et -ere hereditatem filii, id est succedere patribus, sunt dicti. *v. Voigt, Die XII Tafeln II 372.* FORMVLA Gaius inst. 2, 166 eam hereditatem adeo -oque. RHET. Her. 4, 53, 67 (*ex ambiguo*) prospice tu, qui plurimum -is. CIC. leg. agr. 2, 40 quam hereditatem iam -vimus. Att. 11, 2, 1 eoque ipso die ex testamento -vi hereditatem. 11, 12, 4. 13, 46, 3 ut meo iussu -at (*ibid.* cretionem testibus praesentibus). 13, 47 Pollex mittendus est, ut ille -at. 14, 17ª, 4 (epist. 9, 14, 4) quasi falsam hereditatem alienae gloriae sinas -ere. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 hanc hereditatem paternam maximi ducis filius et futurus ipse . . . dux maximus solam se -isse. QVINT. decl. 261 p. 70, 21. PLIN. epist. 10, 75, 2 rogavit . . . testamento, ut hereditatem suam adirem -remque. TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 12. 13. FRONTO p. 17 N. omnium animarum statim post mortem hereditas -atur. GAIVS inst. 2, 165 *bis.* 167. 168 nisi -erit hereditatem, non fit heres. 2, 172 *bis.* 174 *ter.* 176 *bis.* 177 *bis.* 178. 187. 189 *bis.* 190. 3, 36. 62. 85. 87 nihil . . . interest, utrum aliquis -endo aut pro herede gerendo heres fiat. 3, 212 VLP. reg. 22, 5. 25. 27. 28. 30. 32. 33. 34. PANEG. 6, 5 si id *imperium* non hereditarium ea successione -isses. COD. Theod. 8, 18, 5 (*a. 349*). CYPR. GALL. gen. 516 nasceturque tuo de semine, qui tua -at filius. *fort. huc pertinet*: ACC. trag. 18 regnum tibi permitti malunt? -e an (*Linds.*, -am *codd.*, aut *Mercier. an* cernas*?*) tradam exercitus.

III *i. q.* ***percipere*****:** **A** ***proprie*****:** ***sensibus*** *percipere*: **1** *generatim*: LVCR. 1, 600 corporis illius, quod nostri -ere sensus iam nequeunt. OV. trist. 3, 8, 38 cumque locum moresque hominum, cultusque sonumque -imus. VAL. FL. 1, 121 undique -it delatum nemus et docta resonare bipenni litora. **2** *i. q. audire*: TITIN. com. 50 simul ut pueras has nocte suspirare -vi. ACC. trag. 268 quid agam? vox illius est. :: certe idem omnes -imus (NON. p. 261 audire). AETNA 273 non mutum -ere sacros Aetnaei montis fremitus. SIL. 12, 723 quantos . . . -is sub nutu tonitrus. CARM. epigr. 899 (*a. 565*) libet iratae -ere murmur aquae. *nota de utroque sensu*: STAT. silv. 3, 1, 164 in limine -o solventem voces et talia dicta ferentem.

3 *i. q. videre*: **a** *oculi cernunt*: LVCR. 3, 359 oculos nullam rem -ere posse. 4, 596 nequeunt oculi res -ere apertas. 4, 809 oculos . . . cum tenuia quae sunt -ere coeperunt. 6, 165 tonitrum . . . post auribus accipiamus, quam -ant oculi. CIC. div. 2, 108 oculi vera -entes. DIRAE 99 candida nigra oculi -ent. OV. trist. 2, 311 corpora Vestales oculi meretricia -unt. EPICED. Drusi 393 nec -ere nati semineces oculos sustinuere tui *oculi*. MANIL. 4, 928 oculi minimum est cum maxima -ant. CELS. 6, 6, 35 suffusio . . . oculi potentiae, qua -it, se opponit. SIL. 12, 708 oculis amota nube parumper -ere cuncta dabo. HIL. trin. 6, 33 caecorum oculos -entes. HIER. epist. 61, 3 oculis aliud -entibus. AMM. 21, 1, 12 cum ocularis pupilla rectissime -it. CLAVD. rapt. Pros. 2, 115 lacus . . . admittit in altum -entes oculos. FAV. EVL. p. 19 oculos . . . -endi nimietate debilitet. **b** *homines oculis cernunt*: *α absolute*: PLAVT. Poen. 1299 satin ego oculis -o? TER. Ad. 439 si satis -o. CIC. nat. deor. 2, 142 acies, . . . qua -imus, quae pupula vocatur. *ibid.* ut per eas *membranas* -i possit. 2, 143 oculis ad -endum non egeremus. Tim. 9 quod in -endi sensum caderet. LVCR. 3, 365. 409 si pupula mansit incolumis, stat -endi . . . potestas. 4, 238 esse in imaginibus, quapropter causa videtur -endi. 4, 241 oculis quia solis -ere quimus. VARRO frg. Serv. Aen. 10, 894 pueri . . . ea parte, qua -unt, stantes cernuli vocantur. OV. epist. 10, 39 si non audires, ut saltem -ere posses. PLIN. nat. 2, 78 inde fama -endi Lynceo. 8, 151 *catulos* nono die -ere. *ibid.* qui novissimus -ere incipit (*ibid.* visum accipiunt). 9, 56 noctibus . . . aeque quam die -unt. 11, 272. 28, 170. PLIN. epist. 8, 20, 1 quotiens velis -ere (*ibid.* sub oculis posita videre). HYG. fab. 14 p. 46, 20. GELL. 5, 16, 1 de videndi ratione deque -endi natura . . . opiniones. APVL. Socr. 21 p. 168 oculi . . . quibus -itur. AVG. civ. 22, 29 acrimonia -endi. *ibid.* virtus magna -endi. serm. ed. Mai 153, 1 tota regula est intellegendi consuetudo -endi. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 945ᶜ. PALLAD. hist. mon. I 13 in obscuro non -ret.

β accedit obiectum: ENN. scaen. 19 aliquod lumen iubarne in caelo -o. PACVV. trag. 370 caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil -at, quo sese applicet. RHET. Her. *l. 19.* CIC. Arat. 3 pectus . . . Orionis. 30 -untur sex *stellae* . . . undique parvae (176. 183 Aram. 348 nat. deor. 2, 105. 108. LVCR. 1, 1066 sidera. OV. met. 5, 503 fast. 2, 472. 671. GERM. 149 Leonem. 257 nec faciles -i. MANIL. 2, 661 Pisces. 2, 776. SEN. nat. 7, 12, 8 cometae ubique -untur. PLIN. nat. 2, 40. 48. 56. 6, 83 Septentrio. *et passim.* STAT. silv. 1, 4, 3 QVINT. inst. 8, 5, 29). CIC. S. Rosc. 98 haec, quae audistis, oculis -ere videmini. 107 eum, qui indicii partem accepit, oculis -etis (*cf.* Cluent. 66. Scaur. 26 sic fuit illa expressa causa, non ut audire ea, quae dicebam . . . sed ut -ere et paene tangere viderentur. rep. 1, 75 ut oculis ea -ere videatur aut tractare plane manu. QVINT. inst. 8, 3, 62. 9, 2, 40. 12 praef. 4. FRONTO p. 129 N. Catonis verba, in quibus consiliorum tuorum expressa vestigia -res). CIC. Verr. 6, 169 ex cruce Italiam -ere ac domum suam prospicere posset. Sest. 90 vulneribus, quae -it cottidie toto corpore (VERG. Aen. 2, 286 cur haec vulnera -o? STAT. Theb. 3, 368 SIL. 5, 594. 670). de orat. 3, 161 paene ponunt in conspectu animi, quae -ere et videre non possumus. rep. 1, 29 agri consitura, quam -bat. 6, 22 Caucasum. leg. 1, 49 eum . . . cui referunt gratiam. 2, 26 omnia quae -rent *homines*, deorum esse plena. fin. 1, 17 ea quae sint quaeque -antur omnia. 2, 52 quibus (*oculis*) sapientiam non -imus. 3, 48 catulus, qui iam appropinquat, ut videat, plus -it quam is *eqs.* (Cato 83 Ov. epist. 16, 101. PLIN. nat. 7, 12 noctu plus quam interdiu -ant. 9, 50 GELL. 9, 4, 6 SOL. 15, 5. PLIN. nat. 8, 203 noctu non minus -ere quam interdiu. 10, 24. 11, 152). CIC. fin. 4, 11 deorum opera et facta -entibus. ac. 1, 14 nihil nos sentire, nihil -ere. 1, 22 ea . . . quae nulla sunt. 1, 33. 80 Cumanum ex hoc loco -o, Pompeianum non -o. 1, 102 nihil . . . -is, nihil audis, nihil tibi est perspicuum. 2, 45 esse quicquam, quod -i aut intellegi posset. ac. frg. 18. Tim. 5 quandoquidem -itur et tangitur *mundus*. 7. 37 deorum, qui -untur quique orti sunt. 47 vincula. 50. Tusc. 1, 50 possent in homine vivo -i omnia, quae nunc tecta sunt. 1, 70 nat. deor. 2, 90. 95 ortus et occasus (PLIN. nat. 2, 176). 2, 98 terra universa. 2, 161. div. 2, 9 eas *res* . . . -imus audimus gustamus olfacimus tangimus. off. 1, 15 *facies honesti* si oculis -retur. 1, 102 ora ipsa -ere iratorum. 1, 118 vias. Mil. 84 quia non apparet nec -itur. orat. 101 Platonis . . . rei formam et speciem, quam etsi non -imus tamen animo tenere possumus (LVCR. 4, 105 *effigies.* 4, 610 simulacra. 4, 995. OV. met. 3, 434 repercussae, quam -is, imaginis umbra est. SEN. nat. 1, 5, 1 alii . . . in illis *speculis* simulacra -i putant. QVINT. inst. 6, 2, 29 imagines absentium ita repraesentantur animo, ut eas -ere oculis . . . videamur. AVG. civ. 22, 29 p. 629 D. rerum corporalium species, quam per oculos -imus corporales). CIC. top. 27 quae -i tangique possunt. epist. 6, 3, 2 eum tam video animo quam ea, quae oculis -imus. 10, 19, 1. 15, 1, 4 quae vos audistis, ego paene -o. CATVLL. 62, 6 iuvenes. 64, 236. LVCR. 1, 268 nequeunt oculis rerum primordia -i. 1, 301 aestus . . . nec frigora . . . usurpare oculis nec voces -ere. 1, 751 conicere . . . quae -ere non quis. 2, 140. 248 (4, 1231). 2, 314. 315. 837. 3, 362. 4, 229 omnia semper -ere odorari licet et sentire sonare. 4, 232. 275 citra postes tum -itur aer. 4, 457. 753 leonem -ere per simulacra. 4, 760. 980. 982 consessum. 5, 63 -ere cum videamur eum, quem vita reliquit. 5, 85 (6, 61). LVCR. 5, 432 solis rota. 5, 586 ignes. 5, 587 ardor. 5, 719 nec potis est -i. 6, 169. 170 fulgorem . . . -imus ante quam tonitrum accipimus (PLIN. nat. 2, 142 [*opp.* audiri]). 6, 196 speluncas velut saxis pendentibus structas (5, 194 cognoscere). 6, 422 montibus in summis vestigia -imus ignis (LIV. 10, 20, 3 recentia cladis vestigia. OV. met. 2, 133 rotae. 5, 630 pedum. LVCAN. 4, 659 veteris . . . valli. TAC. ann. 4, 22 reluctantis et impulsae. AVG. civ. 22, 19 indicia gloriosorum vulnerum. *in imag. v. supra l. 10*). CAES. Gall. 6, 21, 2 deorum numero eos solos *Germani* ducunt quos -unt . . . Solem et Vulcanum et Lunam. 7, 44, 1 collem. 7, 62, 1 hostium acies -batur. 7, 76, 5 copiae equitatus peditatusque. 7, 88, 1 haec declivia et devexa. civ. 2, 26, 2 vis magna pulveris -batur. 2, 34, 2. 2, 43, 2 pulverem venientium. 3, 36, 8. SALL. Iug. 60, 4 sicuti audiri a suis aut -i possent. VERG. Aen. 1, 258 urbem . . . et moenia (3, 501. 7, 161 STAT. Theb. 2, 361 SIL. 2, 39). 1, 413. 3, 552 hinc sinus Herculei . . . Tarenti -itur. 4, 47 urbem. 4, 246 apicem et latera ardua. 4, 408 talia. 8, 246 immane barathrum. 8, 516 tua -ere facta. 8, 704. 10, 580 non Diomedis equos nec currum -is Achilli. CVLEX 259 distantia numina -o. HOR. sat. 1, 2, 94 matronae praeter faciem nil -ere possis (*cf.* PROP. 2, 23, 9 vultum custodis amari. OV. epist. 15, 133 mihi laudatam . . . formam. met. 14, 322. SEN. Med. 396 vultum furoris. epist. 115, 4. LVCAN. 5, 471 -ere vultus et voces audire datur. STAT. silv. 3, 3, 124 QVINT. inst. 8, 3, 65 HIER. epist. 51, 7. MART. CAP. 1, 84 miros lacertos rictusque. 2, 125). PROP. 1, 6, 14 Asiae . . . divitias. 2, 4, 19 nec causas nec apertos -imus ictus. 2, 12, 11 hostem. 2, 16, 37 ducem. 2, 27, 14 infernae . . . vela ratis. 3, 4, 20 caput. AETNA 160 ora. 340 placantes . . . numina. 457. 601 spectacula (APVL. met. 8, 17). LIV. 4, 30, 10 peregrina atque insolita piacula. 5, 35, 4 formas hominum invisitatas. 5, 39, 2 nihil usquam hostile. 7, 40, 6 colles. 9, 17, 17 montes Lucanos. 22, 53, 12 victorem Hannibalem. 29, 27, 7. 8 Mercuri promonturium. 30, 44, 6 si quem ad modum oris habitus -itur oculis . . . sic et animus intus -i posset. 31, 34, 8 subiecta -ens Romana castra. 33, 7, 2 ut neque signiferi viam neque signa milites -rent. 34, 41, 3 libertatem . . . libertatisque auctores Romanos. 37, 42, 7 nulla subsidia. 37, 43, 2 fugam suorum *al.* OV. am. 3, 8, 19 cicatrices. epist. 10, 17 specto siquid nisi litora -am. 20, 164 lacrimas mortisque timorem -it (STAT. Theb. 12, 377 lacrimas lamenta-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

✖**chalcanthum,** -ī *n.*, *χάλκανθον. formae:* calcantum *saepius in codd., ut:* PELAGON. 339 CHIRON 688. 888. 921 CASS. FEL. 13 p. 21 DIOSC. 1, 140. 5, 123 GLOSS. *saep.* calchantum: PLIN. VAL. 1, 32. calcantium: GLOSS. V 194, 33. *masc.:* calcanthus: ORIBAS. syn. 7, 4. calcantus: GLOSS. III 555, 52. 561, 8. 581, 35. 588, 60. 610, 27. 630, 44. *fem.* calcanta: GLOSS. III 555, 13 [*formae vulgares vel corruptae in* GLOSS.: caliganto: III 610, 3. dragantus: 586, 30. 589, 40. 590, 13. 607, 3. 610, 57. 611, 38. 623, 3. 623, 48. tracantu: 546, 6. tracantio: 547, 40]. *graece* CELS. 5, 1 *l. 70:* chalcanthon: PLIN. nat. 34, 123. ISID. orig. 16, 2, 9 -um dictum, quia chalcitidis est thymum, id est flos, unde et apud Latinos aeris flos appellatur. GLOSS. in ⟨a⟩tramento nascitur. calciten (*i.* chalcites), vitriola, aeris flos. III 547, 40 *λεπίδες χαλκοῦ.* 539, 6 aeris flos: id est calcantu(m) tra(n)smarino(m). 544, 34 atramentum lucidum (581, 35 ⟨cal⟩cantus sive misius [*i. μίσυ*] i(d est) adramentus lucidus). 558, 29 adramentum sutoricium; *cf.* CELS. 5, 1 atramentum sutorium, quod Graeci *χάλκανθον* appellant. PLIN. nat. 1, 34, 32. 34, 114. 123. [CALP. ecl. 5, 83 *coni. Haupt.*] PELAGON. 339 -i (*χαλβάνης gr.*) selib(ra). MARCELL. med. 5, 3. 7, 18. 8, 216 med. carm. 31. THEOD. PRISC. eup. faen. 75. 83 -um teres. 85. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 116 CASS. FEL. 13 p. 21 PLIN. VAL. 1. 32 DIOSC. 5, 95. 123 *-um* aqua est coagulata. *al.* ORIBAS. syn. 7, 4. 10. *v. Blümner, Technol. I 278.*

a tergo caetrati erant, frontem adversus clupeatos habebat; **chalcaspidēs** (ac laspides *V*) appellabantur LIV. 44, 41, 2. *χαλκάσπιδες. de re v. Droysen, PW. III 2065.* *Hoppe.*

chalcēdōn, chalcēdonius (*lapis*) *v.* Calchedonius *nom. propr. p. 73, 78 sqq. et add. s. v.* Calchedon.

chalcenterus *v. nom. propr.*

chalceos (-ī *f.?*), *χάλκειος, nomen herbae.* PLIN. nat. 21, 94 carduus et folia et caules spinosae lanuginis habet, item ... -os, cnecos (chaldenecos *codd.*). 1, 21, 56 -os.

chalcetum, -ī (*n.?*), *cf. c.* chalca (*χάλκη*), chalceos. *nomen herbae.* PLIN. nat. 26, 40 item herba calcetum e vin⟨ac⟩eis contrita imponitur. 1, 26, 25 -um. *Mbr.*

chalceus, -a, -um, *χάλκειος. neutr. subst.:* MART. 9, 94, 4 chalcea donanti chrysia qui dederas (*cf. Hom. Il. 6, 236 χρύσεα χαλκείων et v. Otto, Sprichw. p. 82 sq.*). *adde* chalceos. *Hoppe.*

c(h)alcicon (-ī) *n., genet. plur.* -ōn, *χαλκικόν. medicamentum quoddam:* CHIRON 895 -on (caldicon *cod.*) compositio ad duritiam.

chalcidicus, -a, -um, **chalcidicē** *v. nom. propr.*

chalcidochus, chalcidochia *v.* calcidocus.

chalciothēca, -ae *f.*, **χαλκιοθήκη, fort. i. q. cistula aenea (cf. χαλκοθήκη Atheniensium) vel cista aeneorum nummorum?* PAPYR. Tebtun. II 686 (*saec. II—III*) chalciothekis VI dr(achmae) XVIII. *Mbr.*

chalcis, -idis *f.*, *χαλκίς. acc. plur.* chalcidas: PLIN. nat. 32, 30. **1** *genus quoddam piscis:* COLVM. 8, 17, 12 praeberi convenit ... salibus exesam -em. PLIN. nat. 9, 154. 162. 32, 146. **2** *lacerta quaedam:* PLIN. nat. 29, 102 lacerta, quam ... alii -em (-en *pars codd.*) vocant. 32, 30 adversus -as. 32, 46 a -e ... percussis. *eadem etiam* chalcidice, *v. nom. propr.*

✖**chalcītis,** -tidis (chalcītēs, -is) *f.*, *χαλκῖτις. formae: nom.* chalcites: ISID. orig. 16, 15, 9 GLOSS. *l. 35. genet.* chalcitidis: CELS. 5, 19, 7. 15. 5, 20, 1. 5, 22, 2. 3. 6, 6, 31. 6, 8, 2. 6, 15. 19. SCRIB. LARG. 208. 223. 226. 227. 242. 248 PLIN. nat. 34, 119 VEG. mulom. 2, 26, 3. 3, 28, 15 *al. gen.* chalcitis: SCRIB. LARG. 37. 47. 231. 240. 241 PELAGON. 342 VEG. mulom. 3, 16, 2. 3, 19, 1. 2. chalciteos: CASS. FEL. 11 (calciten *g c p*). 29 p. 54, 2. p. 55, 14 (calcideos *c*). 39 p. 87, 20. 46 p. 119, 10. *dat.* chalcitidi: PLIN. nat. 34, 131. *accus.:* chalcitidem: CELS. 7, 7, 7. chalcitem: VEG. mulom. 3, 28, 2. chalcitim: PLIN. nat. 34, 2. 117. 35, 186. chalcitin: SORAN. 2, 10 (41) (calciten *h*). ANTIDOT. Brux. 54 (calchiten *B*). calcitem: CHIRON 688. 887. 895. 896. 918. DIOSC. 5, 95. 124. calciten: PELAGON. 324. CHIRON 943. CASS. FEL. 18 p. 27. *abl.:* chalcitide: CELS. 5, 22, 2. 5, 28, 12. 6, 18, 3. 5 PLIN. nat. 1, 34, 29. THEOD. PRISC. eup. faen. 43 (calcite *B Gel.*) chalcite: MARCELL. med. carm. 31. *mascul.:* CASS. FEL. 13 p. 27 calciten crudum et tritum appones. GLOSS. III 581, 42 calcites ⟨us⟩tus (544, 39 calateus *cod.*).

1 *i. q. lapis, ex quo cocto aes fit* (*cf.* PLIN. nat. 34, 117 -is tria genera continet, aeris et misyos et soreos. ISID. orig. 16, 20, 11 -is aeris flos): CELS. 5, 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 5, 28, 3. 6, 11. 6, 18, 8 -is cocta atque contrita. SCRIB. LARG. 46 -is curiose trita (239 -is per se trita). 51 -is usta (223. 227. 240. 241. 242. PLIN. nat. 34, 120 *sori* uritur carbonibus ut -is. MARCELL. med. 31, 2. 5. 6. *adde* GLOSS. *l. 35*). PLIN. nat. 34, 117 -is friat se statim. **2** *nomen gemmae cuiusdam:* PLIN. nat. 37, 191. ISID. orig. 16, 15, 9 chalcites aerei coloris est.

chalcolibanum, -ī *n.*, *χαλκολίβανον, i. aurichalcum:* ITALA apoc. 1, 15 (Iren. 4, 20, 11) pedes eius similes chalcolibano (*χαλκολιβάνῳ, at* ITALA Primas. *ad l.* auricalco Libani, VVLG. aurichalco), quemadmodum in camino succensus est.

chalcophōnos (-ī) *f.*, **χαλκόφωνος (gemma quaedam):* PLIN. nat. 37, 154 -os nigra est, sed illisa aeris tinnitum reddit. 1, 37, 56. ISID. orig. 16, 15, 9. *v.* chalcopthongos.

chalcopthongos (-ī) *f.*, **χαλκόφθογγος (eadem quae chalcophonos):* SOL. 37, 22 -os resonat ut pulsata aera. PS. SOL. add. p. 229, 37 -o (*duobus locis cum multiplici lectionis variatione*).

chalcos *v.* chalcus.

chalcosmaragdos, -ī *f.* [*χαλκο-σμάραγδος vel -ζμάραγδος Th.*]. *i. q. genus smaragdi:* PLIN. nat. 1, 37, 19 -os (calcozmaragdos *Fa F*). 37, 74. SOL. 15, 26 quos *smaragdos* -os (-zmaragdos *S*, chalcos [calchos *R*] smaragdos *RC*) nuncupant. ISID. orig. 16, 7, 3 -us ... viridis et turbida.

*?***chalcostegis** (chalcostegus), **χαλκοστεγίς* vel **χαλκοστέγος, cf. χρυσόστεγος:* PROB. app. gramm. IV 197, 22 calcostegis, non calcosteis. SERV. auct. Aen. 1, 448 quidam trabes aeneas putant ipsum templum chalcosteum (*χαλκίοικον F. Schoell*) significari. *cf. Heraeus, Hermes 34 (1899) 163 sq. Archiv 11 (1900) 65. 304.*

chalculus *v.* calculus *p. 143, 78.*

chalcus, -ī *m.*, *χαλκός (et χαλκοῦς?). in libris etiam legitur* calcus *cf.* PORPH. *l. 82 sqq.*, ISID. *l. 80. v. p. 143, 78. formae graecissantes: acc. sing.* chalcon: PORPH. Hor. sat. 1, 8, 39 *p. 985, 1 gen. sing.* chalcū: *v. l. 72. 73. 74. 75.* **1** *i. q. aes* (*χαλκός*): MARCELL. med. 7, 18 chalcu cecaumenu (*i. χαλκοῦ κεκαυμένου*) part(es) XVIII (*cf.* GLOSS. III 582, 47 aes ustum [eristu *cod.*] calcu ⟨cecau⟩mine. 583, 47 iartu i. calcu cicaumine). THEOD. PRISC. eup. faen. 85 lepidos chalcu (GLOSS. III 547, 2 *λὸς χαλκοῦ*: lepetis calcu, spuma ferri. 583, 53 lipidus calco sive spuma ferri. *cf.* CELS. 2, 12, 1 *squamam aeris λεπίδα χαλκοῦ* Graeci vocant). **2** *nummi et ponderis genus* (*χαλκοῦς*): PLIN. nat 21, 185 obolus X -os *efficit.* METROL. p. 130, 26 calcus IV pars oboli, VIII scripuli. ISID. orig. 16, 25, 8 appellatur ... calcus, quod parvulus sit sicut et lapis calculus, qui adeo minimus est, ut sine molestia sua calcetur. 16, 25, 22 nihil est -o minus. PORPH. Hor. sat. 1, 8, 39 de mensa *nummulari* nummos subtractos in calceos sibi infarciverat, quidam iocans in eum 'belle' inquit 'sic te nummularius ille exchalciaverat', cum aspiratione

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secundae syllabae, ut simul et chalcon, id est aes, ei ablatum excalciato obiceret. *cf. Kubitschek, PW. III 2098 sq.* *Hoppe.*

chalestraeus *v.* Chalastra *nom. propr.*

chalo, -āre, *χαλάω.* *proprio sensu ubique* calare, *v.* 2. calo. *sensu obscaeno i. q. laxare, aperire (sc. vaginam), futuere*: CORP. IV 2021 (*cf.* add. p. 214) Dionysius qua hora volt, ⟨l⟩icet -are. XII 5687, 38 (*in vase, appicti iuvenis et mulier in lecto cubantes*) quam bene -as. INSCR. Revue épigr. V p. 141 vides quam bene -as.

chalybēius, chalybs *v.* Chalybs *nom. propr.*

1. chama *m., indecl.* [*orig. inc. Th.*]. *nomen bestiae:* PLIN. nat. 8, 70 Pompei Magni primum ludi ostenderunt -a (chaum *pars codd.*), quem Galli rufium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. 1, 8, 28 de -a. *Mbr.*

2. chāma, -ae *i. q.* cheme, *q. v.*

chamaecactē, -ēs *f.*, *χαμαικάκτη, genus herbae.* *formae in* GLOSS.: camoactus *saep.* III 619, 34 cameacti. 557, 17 chamechaton. 548, 31 camoacris. 555, 6 comiactis. 557, 19 camescetis. DIOSC. *l. 23* cameleti. PLIN. nat. 24, 51 sabucus habet alterum genus magis silvestre, quod Graeci -en, alii helion vocant, multo brevius; *seq. vis medica.* 26, 120 praecipue tamen -es sucus aptissimus creditur *hydropicis.* 1, 26, 73 -e. PS. APVL. herb. 91 Graeci -en dicunt ... alii agrian acten ... Itali ebulum. DIOSC. 4, 168 de actidisse id est sambucu. actidisse (*ἀκτὴ δισσή*) duo sunt genera ... alterum genus, quod cameleti ... dicitur a multis vero eicios acti appellatur. sed haec brevior est et herbosa .... *seq. descriptio.* virtus est ei, id est cameacta, et stiptica *eqs.* ORIBAS. eup. 2, 1 A 12 actes dicitur sabucus, cameactes autem vocatur ebulus. 41 camiactis dicitur evolus. GLOSS. ebulus. 548, 31 odico (*i. theod.* '*Attich*' *?*) ebulus vel -is (585, 11).

chamaebalanus, -ī *f.*, *χαμαιβάλανος, herba.* DIOSC. 4, 170 de apio. apiu aut ⟨i⟩scada aut camebalanu(s).

chamaecerasus, -ī *f.*, *χαμαικέρασος, herba.* PLIN. nat. 15, 104 Macedonica *cerasa* parvae arboris ... et minore etiamnum frutice -i.

chamaecissos, -ī, *acc.* -on *f.*, *χαμαίκισσος, herba.* *in versu habet* a *longam* SER. SAMM. 792 (chām-) *v. infra l. 41.* PLIN. nat. 16, 152 stat sola ... orthocissos, e diverso numquam nisi humi repens -os, ... similis est hederae, e Cilicia quidem primum profecta. 24, 82 item -on appellant hederam non attollentem se a terra. et haec contunsa ... lieni medetur *eqs.* 24, 135 -os spicata est tritici modo ... foliosa ... bibunt ischiadici *eqs.* 26, 54 *solvit alvum* item -i balanus. 1, 24, 49 *medicinae ex* -o II. 1, 24, 84 -o herba I. 1, 25, 69 cyclaminos -os III. SER. SAMM. 792 tritam -on (camecissum, trita *supra* came, t *supra* c *in* cissum *A*; chametisson *fere B*). DIOSC. 4, 121 de camecissos. -os folia habet similia tritici *eqs.*

chamaecyparissos, -ī *f.*, *χαμαικυπάρισσος, herba.* PLIN. nat. 24, 136 -os herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet. 1, 24, 86 *medicinae ex* -o.

chamaecyprus, -ī *(f.)*, **χαμαίκυπρος.* MARCELL. med. 29, 11 -i Ⅹ III.

chamaedaphnē, -ēs *f.*, *χαμαιδάφνη, nomen herbae. cf. Olck, PW. III 2101.* *formae*: chamedafne *saep. in codd.* (PELAGON. 184. GLOSS. camedafne, camidafne. DIOSC. 4, 141. 142 ORIBAS. syn. 4, 3). *nota*: ORIBAS. syn. 4, 18 camidagni (*cf.* GLOSS. *l. 66*). PLIN. nat. 20, 131 est et -e silvestris frutex et Alexandrina. 21, 68 vicapervica semper viret, ... topiaria herba ... haec a Graecis -e vocatur (GLOSS. III 554, 29. 618, 57). 21, 172 vicapervica sive -e arida tusa hydropicis datur *eqs.* (1, 21, 98 vincapervinca sive -e). 24, 132 -e unico ramulo est ... folia tenuiora lauro ... illinitur capitis doloribus *eqs.* (1, 24, 81 *medicinae ex arboribus silvestribus* -e V). PELAGON. 184 -en cum lacte permisce. PS. APVL. herb. 28 -e a Graecis quibusdam daphnites, aliquibus vero daphne, aliis hydragogos seu caragogos (*cf.* GLOSS. III 551, 72 agregogos) dicitur. ... herba -e in pulverem redacta ... alvum concitat. DIOSC. 4, 141 dafnoides aut petalon aut camedafne .. dixerunt. 4, 142 de camedafnes. camedafnes, multi et ista Alexandria dixerunt *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 3 ordo specierum sunt ... sparagus, -es et brionia. 4, 18 *apta stomacho* sparagus, basiliscus, -es et brionia. GLOSS. III 588, 44 camidafni lauriolus (609, 25 cami dagni id est lauriola). 559, 9 camedapnes daphnites (damnites *cod.*).

chamaedracōn, -ontis *m.* [**χαμαι-δράκων. Th.*]. *nomen serpentis*: SOL. 27, 33 est et cenchris, elepantiae, chersydri, -es. ISID. orig. 12, 4, 39 sunt et alia genera serpentium, ut ... -es. *Stadler.*

chamaedrōps *v.* chamaerops.

chamaedryītēs *adi.*, *χαμαιδρυίτης.* DIOSC. 5, 63 de vino camedriten. vinu(m) camedriten conficitur, ut ysopitu(m) *eqs.* *Mbr.*

chamaedrȳs, -yis *f.*, *χαμαίδρυς, nomen herbae.* *formae: gen. sing.* chamaedryos: *l. 81. 84. p. 986, 5. nota pro nom.: p. 986, 1. 2. 4. 6. 15. formae vulgares v. passim apud* GLOSS. DIOSC. *al.* SCRIB. LARG. 106 *χαμαίδρυος*, quae herba similia quercus folia habet *pondo tot.* PLIN. nat. 24, 130 -ys herba est, quae latine trixago dicitur. aliqui eam chamaeropem, alii Teucriam appellavere. folia habet *eqs. fusius.* (1, 24, 80 medicinae ex ... trixagine sive -ye sive chamaerope sive Teucria XVI). 24, 112 decoquitur ... -yis lignum. PLIN. med. 2, 26 -yos pondo libra (camedriae, cametriae *trad.*). MARCELL. med. 17, 11 -ys extenuata tritaque prodest suspiriosis. 25, 17 herba -ys contusa medetur lumborum dolori. 7, 18 -yos. 36, 68 -yos. PS. APVL. herb. 25 -ys aliis drys (*cf.* GLOSS. III 560, 8 dris. i. camidreos) aliis drysites (GLOSS. III 560, 9) aliis teucrion (*cf. l. 7 et* GLOSS. III 578, 34 taberion i. camidreus), aliis chamaedrops, Itali trixaginem appellavere (*cf.* GLOSS. III 578, 35 timaggine i. camidreus. 575, 22 rizacus camitrius. 575, 29 risago i. camitreus). CASS. FEL. 43 -yos ... paria pondera (camedreos *c*, -deos *p*). ANON. med. ed. Piechotta 138 camedrios. PLIN. VAL. 2, 30 cametriae. DIOSC. 3, 108 camerops aut camedris aut ... teucrion (*v. l. 2*) vocant. 3, 121 scordion ... folia habens similia camedri. PS. DIOSC. de herb. fem. 8 camedrum sive camerobs. MISC. Tir. p. 60, 7 came[le]drus. 59, 6 camedrium. 66, 20 gamidria. ISID. orig. 17, 9, 45 -ys a Graecis appellatur, quod sit brevis et per terram strata et minuta foliis parvissimis. GLOSS. III 564, 69 gamandrea i. camitrius (588, 36. 609, 21 comitrius i. gomandrea). 587, 3 amarola i. camitrius (544, 45. 607, 25. 631, 5 camitria. *cf.* 580, 3 amarola i. camitreus sive septinervia). 631, 40 camepiteus camitrea. 538, 13 cainedrios. i. querquiola (*cf. Simon Ianuensis s.* quercula minor). *dubia an huc pertineant*: GLOSS. III 545, 6 camitreos britonica (537, 24 cametrios id est betonica). 545, 1 calamendria, amaron (543, 12). *v. etiam* chamaerops.

chamaeleōn, -ontis (-ōnis) *m. et f.*, *χαμαιλέων.* *de genere: fem.*: PLIN. nat. 30, 30 (*de herba*) -os albae. THEOD. PRISC. eup. faen. 58 -is nigrae. DIOSC. 2, 92. 3, 8. 9. 10. 12. 4, 150. ISID. orig. 17, 9, 70 *p. 987, 31.* *genet.* -ōnis: *de animali*: PLIN. nat. 8, 102. 120. 11, 91. 152. 28, 112. 117. 1, 28, 29. *de herba*: PLIN. nat. 8, 101. 22, 45. 157. 28, 162. 1, 22, 21. PS. APVL. herb. 26. 109. *genet.* -ontos? PLIN. nat. 30, 30 *Detlefsen*, -leoneos *codd.*, -onos *scribas.* *formae vulgares*: chameleon, cameleon, camelean, camelea, camellea, cameleonta, cameleunta *al. v. infra, imprimis in* GLOSS.

1 *nomen animalis*: GLOSS. IV 213, 41 -eon (caleon *cod. Sang. et* IV 30, 10) quasi humilis leo (216, 4). V 633, 13 camelleas buias dicunt, id est humilis leo. Plac. V 11, 20 (52, 8) cameleon lacerta, quae missa in igne non ardet (*de salamandra?*). 564, 10 camelean similis lacertae; sub aspectu enim mutat colores. *v. Wellmann, PW. III 2104.* SEN. nat. 1, 5, 7 -es et reliqua animalia, quorum color aut ex ipsis mutatur, cum ira vel cupidine incensa cutem suam variant umore suffuso, aut positione lucis. PLIN. nat. 8, 101 elephans -one concolori frondi devorato occurrit oleastro huic veneno suo. 8, 120 Africa ... gignit -onem ... quamquam frequentiorem Indiae. figura et magnitudine erat lacerti (*cf.* SOL. 40, 21 per omnem Asiam -eon plurimus). 8, 121 rostrum ... haud absimile suillo, cauda praelonga ... oculi in recessu cavo, ... nunquam eos aperit ... sed totius oculi versatione circumaspicit. 10, 143 et quadripedes ova gignunt, ut -ontes, lacertae. 11, 91. 188 pulmo ... -onti portione maximus et nihil aliud intus. 11, 152 -onis oculos ipsos circumagi totos tradunt. 28, 112 iungemus ... -onem peculiari volumine dignum existimatum Democrito *eqs.* (GELL. 10, 12, 1 liber Democriti de vi et natura -ontis). *de usu in medicina*: 28, 112. 117. 1, 8, 51. 1, 28, 29 medicinae ex ... -one XV. GELL. 10, 12, 2 accipitrem a -onte humi reptante, si ... supervolet, detrahi. TERT. anim. 31 Empedocles ... piscis fui, inquit. cur non magis ... -eon tam inflatus? 32 siccitatibus gaudent lucustae ... -ontes. pall. 3 -on pellicula vivit. capitulum statim a dorso; nam deficit cervix. itaque durum reflecti, sed circumspectu emissicii ocelli, immo luminis puncta vertiginant *eqs.* ... tamen et -on mutare totus, nec aliud, valet ... hoc soli -onti datum, quod vulgo dictum est, de corio suo ludere. ITALA lev. 11, 30 (Lugd. Wirc. Monac. *et* VVLG.) migale et -on et stellio. Soph. 2, 14 (Tycon. 42, 15) -ontes (cameleontii *V*) et hericii in laquearibus eius cubabunt (*χαμαιλέοντες*, VVLG. onocrotalus). SOL. 25, 10 si quis *elephantus* casu chamaeleontem (chameleonem, chameloentem *var. lect.*) devoraverit, vermem elephantis veneficum, oleastro sumpto pesti medetur (*cf. Momms. app. rubr. p. 230 cap. 40 m. et supra l. 36*). 30, 26 affirmant habitum vertere et ... fieri assimilem, cuicumque rei proximaverit. faciunt hoc idem in mari polypi, in terra -ontes (cameleo *G*), sed et polypi et -ontes glabra sunt. AVSON. 407, 2 -ontis bestiolae vice, quae de subiectis sumit colorem. SYMM. epist. 1, 32, 2 hoc me ... oblectat -ontis bestiolae vice. AMBR. hex. 5, 23, 77 -on quoque diversas species fertur vario colore mentiri. AVG. trin. 11, 2, 5 licet videre corpusculum -ontis ad colores, quos videt, facillima conversione variari. MAR. MERC. Theod. epist. p. 1078^{B} nec polypodas nec -ontas (versipelliones *al.*) ostendet ... quod ... hi ... folia iuxta colores proprios imitentur. CASSIOD. var. 5, 34, 2 merito -onti bestiae conferendus. in psalm. 52 concl. -ontem in uno atque eodem corpore modo prasium, modo venetum, modo roseum, modo pallidum humani oculi contuentur. *translate*: HIER. in Soph. 2, 14 p. 713 cum habitent in eis greges ... et -ontes, qui non habent unum colorem, sed diversis peccatis ... per momenta mutantur.

2 *nomen herbae spinosae*: CELS. 5, 18, 33 habet nardi ... -ontis ... singulorum p. Ⅹ VIII. SCRIB. LARG. 192 ixia, quam quidam -onta vocant, odorem habet ... ocimi, pota autem linguae tumorem facit *eqs.* PLIN. nat. 21, 94 -on in foliis non habet aculeos. 22, 45 -onem aliqui ixian (ixion *codd.*) vocant. duo genera eius: candidior asperiora habet folia, serpit in terra ... quo modo tura nasci dicuntur, unde et ixia (exia *codd.*) appellatur. hac mastiche utuntur mulieres. quare ea -on vocetur, varietate foliorum evenit; mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

croceus atque aliis coloribus: ex his candidus hydropicos sanat *eqs.* 22, 84 sillybum -onti albo similem. 22, 157 medentur pecori cum -one herba decocti *lupini.* 23, 75 iumentorum scabiem cum decocto lupinorum et -onte herba mire sanat. 27, 143 durat . . . -on niger XL annis. 28, 115 sinistrum *bestiae -ontis* pedem torreri . . . cum herba, quae aeque -on vocetur. 28, 162 contra viscum et -onem album. 30, 30 vulturinus sanguis cum chamaeleonos (-eoneos *codd.*) albae, quam herbam esse diximus, radice . . . lepras sanat. 1, 21, 56. *cf.* 1, 22, 21 ⟨de⟩ -one sive ixia sive ulophyto sive cynozolo genera II, medicinae XII. PELAGON. 314 -ontis radicinam . . . sparges. CHIRON 435 -onta tritum . . . in vino. PS. APVL. herb. 26 -onem quidam Graecorum nominant, alii crocodilion, alii dipsacon (GLOSS. III 560, 10 dipsaga i. camillea), alii onocardion (GLOSS. III 570, 53 opoordion i. camellia), alii cneoron, alii meletam, alii calycem cardiacon (GLOSS. III 557, 76 *et* 622, 25 colos cardiacos camellea), Itali labrum Veneris, alii cinaram rusticam (GLOSS. III 557, 75 *et* 622, 2 cicer rusticus camelea), alii statioron, alii morariam (*cf.* chamelaea). 109 nomina . . . cardui silvatici: Graeci erysisceptron, alii -onem. THEOD. PRISC. eup. faen. 29 si ex -ontis herbae radicibus . . . pulverem . . . aspergas. 41 -ontis herbae folia (cameleuntis *b*, -untes *r*, amicoleontis *B*). 58 chamaeleontis nigrae radicis unc. I. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 15 quod ex herba chameleonte nigro conficitur. DIOSC. 1, 112 cum aqua in qua lupini coquuntur et -onta. 2, 92 cum -onta nigra coctus *lupinus* scaviem ovibus curat. 3, 8 de cameleonta alba. -onta alba, quam multi ixion dixerunt *eqs.* 3, 9 de cameleonta nigra. -a nigra, quam multi ulofonon aut ixian aut quinomazon (GLOSS. III 563, 50. 574, 60) aut ocimo dixerunt. 3, 10 codilion similis est -ont(a)e nigr(a)e. 3, 12 acanta alba folia cameleonte albe habet. 4, 150 sillebon folia . . . cameleont(a)e alb(a)e similia. PS. DIOSC. herb. fem. 6 camelleon a quibusdam ixium vocatur eo, quod viscum gignat. ISID. orig. 17, 9, 70 -on, quae latine viscarago vocatur. GLOSS. III 537, 57 -onta id est sefram (*sefriam?*) hoc est cardu albu. 566, 34 ixion i. cameleunta. 566, 33 infitu i. camelleonta (*legendum esse videtur*: ulophytum. *v. s. v.*). 544, 16 camelion cor //// (*cardus?*). *huc pertinere videntur*: GLOSS. III 557, 24 camereos i. cardus agrestis (621, 44). 559, 10 camirion i. cardo agrestis (588, 27. 609, 17). *v. etiam s. v.* chamelaea. *non huc pertinent*: GLOSS. III 588, 17 camilicintus hedera nigra (609, 10 camiliuntus. 631, 51 camelea sive camileonitus). *v.* chamelaea. GLOSS. III 544, 47 cam⟨tian⟩tis turbis⟨co⟩ (*inclusa sunt incertae lectionis*). GLOSS. III 581, 2 (581, 12. 589, 10. 28. 610, 34. 42. 622, 70. 631, 42) camilina (-eleon, -ilion, amilion, canulumta *var.*) i. citria. *v. s.* citrium *et* chamaemelon. GLOSS. III 559, 16 (588, 13. 609, 8) camilenta i. capilli porri(s). *cf.* 544, 67 camilentis radicis porri (*quod quo pertineat mihi dubium*). *Stadler.*

chamaeleucē, *acc.* -ēn, *abl.* -ē *f.*, χαμαιλεύκη, *nomen herbae.* PLIN. nat. 24, 135 -en apud nos far⟨farum sive⟩ farfugium vocant. nascitur secundum fluvios folio populi, sed ampliore *eqs.* 26, 30 quidam eandem (*herbam bechion vel tussilaginem*) esse arc[h]ion et alio nomine -en putant. 1, 24, 85 *medicinae ex* -e sive farfaro sive farfugio. 1, 26, 16 bechion sive archion sive -e, quae tussilago. DIOSC. 4, 122 similiter et cameleucen *in vino laetitiam movet,* sed plus (i)sciadicis singulare praestat auxilium cum aqua bibita, PS. DIOSC. herb. fem. 52 cameleuce. *aliter*: GLOSS. III 574, 30 portulaga cameleuce. *Mbr.*

chamaelygos, *acc.* -on *f.* [*χαμαίλυγος. *Th.*], *nomen herbae.* PS. APVL. herb. 4 Graeci hieran botanen . . . iidem chamaelygon.

chamaemēlinus, -a, -um, χαμαιμήλινος, *ad herbam chamaemelon pertinens.* oleum -um: MARCELL. med. 7, 19 post haec . . . mittes oleum -um (chamaemilum *cod.*). 16, 105 addes olei -i heminam. 30, 13. THEOD. PRISC. log. 5 enemate quod ex . . . oleo . . . -o (camemelo *V*, camimelo *B*, camemillo *r*, -omillo *b*) temperatur. 7 (camile *V*, camimuli *B*, -omili *gr*, -milli *b*). *ibid.* oleo -o . . . calido (camemelino *V*, camomillo *b*, -emillo *r*, camimelinū *B*). 27 (camemilino *V*, camimol- *B*, camomillo *rb*). 43 -i *olei* . . . est beneficium appetendum (camemelli *r*, camimolini *B*, camomilli *br*). 50 fomenta olei -i (camimolini *B*, camemilli *r*, camomilli *b*). CAEL. AVR. acut. exc. 6 p. 691 camimolino. CASS. FEL. 61 p. 150, 6 camomellini *p*, calnolli *c.* p. 152, 10 *et* 21 camomelino *p*, camomilla *c.* PLIN. VAL. 2, 4 cerotum de olei camomillini unciis VI. ORIBAS. syn. 5, 26. 6, 8 camimelino. 6, 26 diaforeticum oleum uteris, qualis . . . oleus et camimelinus.

chamaemēlon, -ī *n.*, χαμαίμηλον, *nomen herbae. formae*: *fem.* chamaemelos: PS. DIOSC. herb. fem. 19. ISID. orig. 17, 9, 44 (-on *Otto*). *al.* GLOSS. III 580, 8 camemelon. camimela, camimola, camomillon *al. passim in codd. et* GLOSS. *fem.* camomilla, -ae: PLIN. VAL. 1, 6, 34. 1, 38. 2, 21, 38. 3, 2, 1. PLIN. nat. 22, 53 anthemis . . . alii leucanthemida vocant . . . alii -on, quoniam odorem mali habeat (1, 22, 26 *de* anthemide . . . sive -o). (*cf.* DIOSC. 3, 149 antemis aut camemelon, quia et odoris similis est male matiane. PS. DIOSC. herb. fem. 19 -os quod mali odorem habeat dicta. eadem anthemis. ISID. orig. 17, 9, 44 -os graece dicta quod mali Matiani odorem habeat sitque brevis terrae vicina. GLOSS. III 536, 29 [542, 12. 587, 30. 608, 23. 617, 20] antemis (id est) camemela [-emola, -imola]. *cf.* 580, 8 acymus i. camimolos sive quod rustici dicunt erbolaum nigrum [*cf.* PLIN. 22, 53 melanthion]). CHIRON 376 camemelon, irin Illyricam decoques (*cf.* VEG. mulom. 2, 112, 2 camomillon Illyricon . . . decoques). MARCELL. med. 7, 18 -i part. XIIII. 18, 2 -i fasciculum. PS. APVL. herb. 20 aristolochia . . . aliis dicitur -on (-us *L*, -os *V*). PLIN. VAL. 1, 38 proserpinae herbam, quam alii camomillam dicunt. 1, 6, 34. 2, 21, 38. 3, 2, 1 oleum camomillae. ORIBAS. eup. 2 A 24 anthemis quae et camimela dicitur, quam Romani bene[v]olentiam vocant (*cf.* GLOSS. III 537, 23. camimela i. beneolente. 555, 40 camimela. 619, 65 camimola). ORIBAS. syn. 1, 23 sudorem movent herba camimella trita. *alia synonyma*: PS. APVL. herb. 24 nomina . . . herbae -i. Graeci quidam -on (herba camemelon a Graecis dicitur camemela *cod. L*), alii parthenion, alii diacclean (GLOSS. III 560, 7 diocolofam), alii chrysocalin, alii trochiscon heliacon, alii aperiton (aperitos *V*, *cf.* GLOSS. III 551, 63 aperitus), alii nymph(a)eon, alii hieranthemin (*cf.* GLOSS. III 564, 30 gereantimis) vocant. Itali bene olentem (*v. supra l. 5*), alii superbam (GLOSS. III 576, 62. 63), alii aulitícam (alloticam *T*, GLOSS. III 551, 56 aloitica), Aegyptii thaborim (GLOSS. III 578, 33 tuorin), Galli ovalidiam (GLOSS. III 570, 52 obloodio), Campani amalociam (GLOSS. III 551, 57 amolocia), Thusci apianam (GLOSS. III 551, 67 aviana), Daci amalustam (GLOSS. III 551, 65 amula. 551, 66 amulostea). *adde ex* GLOSS.: III 551, 64 alion protis (561, 69 elion pr.). 551, 68 afretolota (*i.* Aphrodites lutron? *cf.* PS. APVL. herb. 26). 551, 69 amarrarios (*cf.* PS. APVL. herb. 26 chamaeleonem . . . morariam). 561, 70 eliantes. 561, 71 emellitum. 576, 65 salissicion. 588, 11 ablava minor (610, 1). *praeterea huc pertinent*: GLOSS. III 581, 2 (581, 12. 589, 10. 28. 610, 34. 42. 622, 70. 631, 42) camilina (-ilion, -eleon, canulumta *var.*) i. citria, *sed significant "citrullum" cf. Fischer-Benzon, Altdeutsche Gartenflora p. 221 sq.* GLOSS. V 501, 46 fraga genus pomi id est chamemila.

chamaemyrsīnē, -ae *f.* (*acc.* -ēn, *abl.* -ē), χαμαιμυρσίνη, *nomen herbae.* PLIN. nat. 15, 27 *sativae myrto* praefertur silvestris, quam quidam oxymyrsinen vocant, alii -en, aliqui acoron a similitudine. est enim brevis fruticosa (*cf.* 1, 23, 45 medicinae ex . . . -ae sive oxymyrsinae *oleo.* 1, 23; 83 ex . . . myrto silvestri sive oxymyrsine sive -e sive rusco VI). 23, 88 -ae sive oxymyrsinae eadem natura *quae myrto.* 23, 165 myrtus silvestris sive oxymyrsine sive -e bacis rubentibus et brevitate a sativa distat. radix eius in honore est decocta vino ad renium dolores pota *eqs.*

chamaemyrtē, *acc.* -ēn *f.*, χαμαιμύρτη, *nomen herbae.* DIOSC. 4, 139 murta agrestis . . . aut canimirtaen (canemirtaen *P*) . . . dixerunt.

chamaepeucē, *abl.* -ē *f.*, χαμαιπεύκη, *nomen herbae.* PLIN. nat. 24, 126 -e larici folio similis, lumborum et spinae doloribus propria est. 1, 24, 86 medicinae ex . . . -e V.

chamaephyllon, ī *n.*, *χαμαίφυλλον, *herba.* PLIN. nat. 26, 84 altera anthyllis chamaephyllo (*Detlefsen*, chamepyllo *libri praeter* cam- *R*, chamepillo *E*; chamaepityi *Mayhoff, cf. l. 55*) similis.

chamaepityinus, -a, -um, χαμαιπιτύινος. DIOSC. 5, 91 de vino camepitino. vinu⟨m⟩ camepytinu⟨m⟩ conficitur *eqs.*

✖**chamaepitys,** -yis, *acc.* -yn *f.*, χαμαίπιτυς, *herba. graece* SCRIB. LARG. 187. *gen. sing.* -yos: MARCELL. med. 7, 18 THEOD. PRISC. eup. faen. 74 *p. 989, 2. abl. sing.* -ity: PLIN. nat. 1, 24, 20 CAEL. AVR. *saep.* (*p. 989, 4 sqq.*). ISID. orig. 17, 9, 86 -ys a Graecis dicta, quod terrae adhaereat et odorem pini habeat (*cf.* GLOSS. III 544, 57 camepotes pino terrae. 559, 11 camipicium pinum terrae. 588, 57 cameus pinus terrae. 609, 33 camipitis id est pinum terrae). hanc Latini cucurbitularem vocant (*cf.* GLOSS. III 588, 58 camipitis orbicularis). PLIN. nat. 14, 112 item *decoquitur* chameleae et -is . . . lignum. 21, 175 herba anthyllium . . . altera -i similis. 24, 29 -ys latine abiga (*cf. l. 70*) vocatur propter abortus, ab aliis tus terrae, . . . flore pinus et odore *eqs.* [*dub.* 26, 84 (chamepillo *vel* -pyllo *codd.*). *v. supra l. 43.*] 26, 85 eadem praestat hypericon — alii -yn, alii corissum appellant — oleraceo frutice *eqs.* 1, 26, 53. DIOSC. 3, 164 ypericon . . . aut camepityo dicunt, quia resinae odorem habet pytine semen. 3, 168 de camepytis. camepytis, que(m) Pontici oloquirion dicunt (*cf. l. 65*), in Eubia sideriti (*cf. l. 69*), Athenienses conian dicunt (h)erba est. . . . est alterum genus camepitis *eqs.* *alia synonyma*: PS. APVL. herb. 27 Graeci -yn, alii oreizelon (GLOSS. III 571, 54 ortozelon i. camifiteos), alii olocyron (holozyron *vel* olozyron *var., cf.* GLOSS. III 551, 70 alociron i. camipiteos *et l. 62*), alii bryonian agrian (*cf.* GLOSS. III 560, 11 dironia ⟨a⟩gris camepiteos. 560, 12 duomagrium camefiteos. 560, 29 drionia ⟨a⟩gria), alii sideritin vocant (*cf. l. 62*), prophetae haema Athenas (GLOSS. III 561, 72. 562, 60), Itali abigam (*cf. l. 56*), alii cypressum nigram, alii rapam (GLOSS. III 575, 28 ropa), alii spiculum (GLOSS. III 576, 73 spiculon. 577, 8 sicula), alii mammalem (GLOSS. III 570, 22 namale), Aegyptii nemenepsa (GLOSS. III 570, 23 nemonipsa), Daci dochela (GLOSS. III 560, 30 dodilla). *adde*: GLOSS. III 570, 54 olobrion i. camefiteos. *obscura*: GLOSS. III 555, 37 camipiteos similis penireolae (619, 62 camepiteos id est similis peiure ole). 574, 11 paracoloquiron i. camiphiteos. *usus in medicina*: CELS. 5, 4 aperiunt tamquam ora in corporibus . . . -ys. SCRIB. LARG. 188 prodest et his vinum -yn decoctam in se habens. PLIN. nat. 21, 175. 26, 85. 1, 24, 20. 1, 26, 53. PELAGON. 16 herbae -is (emmepitys *trad.*) unc. III. 288 -yis (camepytis *trad.*) sem(uncia) (VEG. mulom. 2, 116, 2 cameturi *L*, camedrei *P*, cametris *ed. pr.*). 184 -yn. VEG. mulom. 2, 119, 7 -yis (camipitis *L*, camepiteos *ed. pr.*). MARCELL. med. 7, 18 -yos. 22, 7 costi -yis (-itis *cod.*) aequa pondera. 23, 28 -ys cum oxymelle . . . decocta.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

25, 23 herba -ys contrita. 26, 38 -ys ... pota. 30, 43 -ys trita. 30, 54 herbae quae graece dicitur -ys folia. THEOD. PRISC. eup. faen. 74 folia -yos (camepithi *r*, canapitis *b*). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 59 -yn. 3, 8, 148 ex ficu atque ... -y. 3, 8, 143 aut dauco aut -y herba. acut. 2, 24, 136 vel panace aut -y *al.* DIOSC. 3, 168. ORIBAS. syn. 2 add. p. 845 ad (h)epatis inflammationem ... antea decoquis camilean aut camepitin.

chamaeplatanus, -ī *f.*, **χαμαιπλάτανος*, *nomen herbae.* PLIN. nat. 12, 13 namque et -i vocantur coactae brevitatis. 1, 12, 6.

chamaerōps, -pis *f.*, *χαμαίρωψ. scribitur* chamaedrōps: MARCELL. med. 20, 13. 115 *l. 23 sq.* PS. APVL. herb. 25 *l. 22.* **1** *genus palmae humile* (*'Chamaerops humilis' Linnée*): PLIN. nat. 13, 39 sunt et caeduae palmarum quoque silvae.... vocantur autem -es (chamaerhopes *M*, -meropes *r Dal.*) folio latiore ac molli..., copiosae in Creta, sed magis in Sicilia. **2** *nomen herbae:* PLIN. nat. 24, 130 chamaedrys herba est, quae latine trixago dicitur. alii eam -em, alii Teuciam appellavere *eqs.* (1, 24, 80 medicinae ex ... trixagine sive chamaedrye sive -e sive Teucria. DIOSC. 3, 108 de cameropa. camerops aut camedris aut linodris aut teucrion vocant. *cf.* DIOSC. 3, 98 W.). PLIN. nat. 26, 42 eosdem effectus habet -s myrteis circa caules geminos foliis. 26, 137 prodest contusis ... item -s. 1, 26, 27. PS. APVL. herb. 25 Graecis chamaedrys ... aliis -drops. MARCELL. med. 20, 13 chamaedropis, quae herba simillima quercu folia habet (*sed* SCRIB. LARG. 106 *χαμαίδρυος*). 20, 115 chamaedropis (chamedrosi *cod.*) ... uncias singulas. 30, 43 chameropi⟨s⟩ semen. *v. s.* chamaedrys.

chamaestrōtus, -a, -um, *χαμαίστρωτος.* NOT. Tir. 101, 26 chamestrotum. *cf. etiam* chamaetortus.

chamaesȳcē, -ēs *f.*, *χαμαισύκη*, *nomen herbae.* PLIN. nat. 24, 134 -e lentis folia habet nihil se attollentia, in aridis petrosis claritati oculorum et contra suffusiones utilis *eqs.* 1, 24, 83 medicinae ex ... -e. DIOSC. 4, 164 de camesicu. camesice aut sicen dixerunt *eqs.* PS. APVL. herb. 91 ebulus ... Graeci chamaeacten dicunt, alii -en. GLOSS. III 544, 62 ⟨c⟩am⟨e⟩s⟨yc⟩e evolum (*i. ebulum*). *non huc pertinere videtur* GLOSS. III 557, 19, *v.* chamaeacte *p. 985, 17.*

chamaetortus, -a, -um, *si vera vox, cf. c. χαμαί et c.* torqueo, tortus; *cf. etiam* chamaestrotus. FRONTO p. 148, 6 N. quin erige te et extolle et tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incurvant et ad -a (chametorata *man. 2 in marg.*, chamaestrota *Niebuhr*) detrahunt ... excute.

chamaezēlon, -ī *n.*, *χαμαίζηλον*, *nomina herbarum.* **1** PLIN. nat. 25, 108 quinquefolium ... Graeci pentapetes aut pentaphyllon aut -on vocant (cameleon *R*, camelen *codd. rell. cf. p. 988, 27*). 1, 25, 62 pentapetes sive pentaphyllon sive -on, quae quinquefolium, medicinae XXXIII. **2** PLIN. nat. 27, 88 gnaphalium aliqui -on vocant. 1, 27, 61. **3** *genus dactylorum*: DIOSC. 1, 118 bona sunt ossa, quae ex Egipto venerint de camezelu (*cf.* DIOSC. 1, 109, 3 W.).

chamedra *v.* camedra.

? **chamēdysmos,** -ī [**χαμ-ήδυσμος? Th.*]. PS. APVL. herb. 79 libanotis ... est fructifera, quam etiam zeam Soranus appellat sive -on (*non legitur in codd.*).

chamelaea, -ae *f.*, *χαμέλαια*, *nomen herbae. formae*: chamaelea: SCRIB. LARG. 136. 200. chamelea: SCRIB. LARG. 133. 192. *praeterea* camelea, camellea, camillea, camilia *al. passim in* GLOSS. *v. infra l. 78 eqs.* SCRIB. LARG. 133 ad hydropicos ... bene faciunt -ae, quae herba est simillima olivae (136 purgat ... belle -a, quae herba olivae folia similia habet. PLIN. nat. 24, 133 -a similitudinem foliorum oleae habet. 1, 24, 82). 192. 200 oportet ... -am non cessantem inicere clystere. PLIN. nat. 13, 114 fruticem ... thymelaean alii -an, alii pyrosachnen, aliqui cnestorem, alii cneorum. est similis oleastro *eqs.* (1, 13, 35 granum Cnidium sive thymelaea sive -a sive pyrosachne sive cnestor sive cneorum). 14, 112 decoquitur in musto ... item -ae ... lignum. 15, 24 simillimum huic *oleum* est ex -a, frutice saxoso, non altiore palmo, foliis oleastri bacisque. 25, 79 multum infra hunc sucum est, qui in Gallia fit ex herba -a, granum cocci ferente. MARCELL. med. 30, 18 -a, quae dicitur restis olivae. THEOD. PRISC. eup. faen. 29 pulvis ... facit ... -ae (camelęe expechsus stamelee *B*, camomille *b r Gel.*). DIOSC. 4, 166 de camelea. camelea aut pirosagne aut coccu Cnidiu aut camedeclu (*?*) hastas habet *eqs.* 4, 167 de timelea (*i. θυμέλαια*) id est ⟨t⟩urbisclu. timelea aut camelea aut pirosagnen cestros aut cineuron. multi ista coccu Cnidiu dixerunt, quia maxime semen turbiscli est ... (GLOSS. III 581, 46 camilea i. alapiadis, unde nascitur conidius. PS. APVL. herb. 111 *cf. infra l. 84*). folia eius camelle similia sunt. PS. DIOSC. herb. fem. 39 camellea quasi olea terrestris dicta, quam quidam turbiscon (GLOSS. III 537, 66 turbisco) vocant. ORIBAS. syn. 2 add. p. 845 ad (h)epatis inflammationem facis cataplasma de hordei farina ... ubi antea decoquis camilean. p. 846 addendum est mel ... aut camila. *synonyma in* GLOSS.: III 588, 62 camiliunta (610, 22 camiliunctus. 581, 5 camilia sicca i. ⟨ca⟩miliontos sive (h)edera nigra). 588, 72 lauriola (592, 24. 609, 40. 613, 57. 626, 1; *v. s.* chamaedaphne). 544, 30 hedera nigra (581, 5 *p. 987, 37*). 551, 71 alentidio (*cf.* PS. APVL. herb. 26 chamaeleonem ... Hispani analentidium). 557, 77 cerbaste (*cf.* PS. APVL. herb. 26 chamaeleonem ... Aegyptii gerbaste). 549, 12 alopiadis (*cf.* 581, 46 alapiadis, unde nascitur conidius). 558, 1 charegogos (*cf.* PS. APVL. herb. 28 chamaedaphne ... hydragogos seu caragogus*?*). 558, 2 copifis. 631, 56 epatite. *huc adde* V 350, 25 camellea uulfescamb (*anglosax.*). *non huc sed ad* chamaemela *pertinent*: GLOSS. III 564, 30 gereantemis camillea. *v. p. 988, 13. ad* chamaeleon *pertinent*: GLOSS. III 557, 75. 76. 560, 10. 570, 53. 622, 2. 25. *v. p. 987, 12 eqs.* *Stadler.*

chamelaītēs (-us) *adi.*, *χαμελαΐτης* (*οἶνος*). DIOSC. 5, 90 de bino camelaiton (camelaiten *var.*). vinu camelaitu (-o *var.*) conficis sic *eqs.* *Mbr.*

chameunia, -ae *f.*, *χαμευνία.* HIER. in Agg. 1, 11 p. 750 percutit gladius dei ... et ieiunia eorum ... et -as, id est humi dormitiones. in Am. 1, 3 p. 262 percutiet ... eos haereticos, qui laborant continentia et ieiuniis, xerophagiis, -is. tract. in psalm. 106 p. 178, 19 tibi servit caro mea: in ieiuniis, in -is *eqs.* epist. 52, 3 ieiunia, vigiliae et eleemosynae, -ae. GLOSS. V 351, 59 -ae eordraestae (*anglosax.*). *Stadler.*

chamūlcus, -ī, *χαμουλκός.* AMM. 17, 4, 14 *obeliscus* -is impositus tractusque lenius per Ostiensem portam.

chāmum, chāmus *v.* camus, *ubi addas*: HIER. in Is. 37, 26 p. 464 circulum sive chamum. in Hab. 2, 3 p. 661.

channē, -ae *f.*, *acc.* -ēn, *χάννη*, *nomen piscis.* OV. hal. 108 ex se concipiens -e, gemino sibi functa (fundata *cod., corr. Vollmer*) parente (*cf.* PLIN. nat. 32, 153 -en ex se ipsam concipere). PLIN. nat. 9, 56 in quodam genere *piscium* omnino non sunt mares, sicut ... c⟨h⟩a⟨n⟩nis, omnes enim ovis gravidae capiuntur. 9, 166 erythini et -ae vulvas habere traduntur, qui trochos appellatur a Graecis ipse se inire *traditur. de re v. Wellmann, PW. III 2110.*

de **chan⟨u⟩ecrēnōdō** (cane cre uto *et* ane crenodum *codd.*) LEX Sal. capit. 2, 2 *rubr. i. q.* channeclenod, channechrenod (*'Handkleinod'*), *i. munus in manum filiorum datum.* *Mbr.*

chaos,** -ī *n.*, *χάος. de formis cf.* GLOSS. Plac. V 9, 16 -os monoptoton est. facit enim hoc -os, huius -os, huic -os, o -os et ab hoc -os. sed Vergilius ... ablativo (*seq. georg. 4, 347 v. l. 70*): *nusquam legitur, contra genet.* chaī: PRISC. gramm. II 271, 17 SERV. Aen. 1, 664 (MYTHOGR. 2, 35). *dat.* chaō: PRVD. c. Symm. 1, 94. *abl.* chaō; VARRO ling. 5, 19. 20 VERG. georg. 4, 347 OV. met. 14, 404 Ib. 84 PAVL. FEST. p. 39. 46. SIL. 13, 439 QVINT. inst. 3, 7, 8 IREN. 2, 14, 1 LACT. inst. 1, 5, 8 PRVD. cath. 12, 40 c. Symm. 2, 96 apoth. 750 ham. 926 perist. 3, 55 HYG. fab. praef. p. 9, 2 HIL. in psalm. 51, 23. 118 vau 8 p. 415 LEO M. epist. 15, 6 SEDVL. carm. pasch. 1, 103 *al. nom.* chaus: ITALA Luc. 16, 26 (codd. d e; chaum cod. ff²). IV Esdr. 5, 8 (Sangerm. 4, *sed* cahos *C*, chaos *A). PRISC. gramm. II 271, 17 GRAMM. suppl. 179, 1. caus: GLOSS. IV 28, 52. kaus: GLOSS. IV 103, 18. 531, 54. haus: GLOSS. Plac. V 107, 33. *v. Loewe, glossae nom. p. 81; Landgraf, Archiv 9 (1896) 369.* caos: TAB. devot. Audollent 251, 2, 8. cahos: *saepius in libris, ex. gr.* RVFIN. Adamant. 2, 11 CARM. de Sod. 105 (*V*, chaos *L*) EVCHERIA anth. 390, 12 (*T*, coas *G*) *al.* *gen. masculinum*: ITALA Luc. 16, 26 (codd. b l q) -os (cod. e: -us) magnus. *legitur inde a* VARRONE, *potissimum apud poetas. v. Waser, PW. III 2112 sq.*

1 *i. q.* ***confusio*** *rerum atque elementorum, quae erat ante mundum conditum*: PAVL. FEST. p. 52 -os appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem, hiantem patentemque in profundum. p. 107 omnium rerum initium esse ... -os (SCAVR. gramm. VII 12, 10). SERV. Aen. 6, 265 rerum primordia, quae in elementorum fuerunt confusione. ISID. diff. 2, 29 materia facta caeli et terrae confusa atque informis, quam Graeci -os appellant. GRAMM. suppl. 207, 40 -os ... est primordialis confusio i. commixtio quattuor elementorum, antequam secernerentur ab invicem. GLOSS. IV 28, 52 prima rerum confusio, in qua mund⟨us⟩ ante discretione⟨m⟩ latebat (434, 3). 103, 18. 531, 54 prima elementorum confusio (IV p. XLII). V 546, 24 permixtio elementorum mundi fuit tamquam per species divideretur. 536, 21 duolma (*anglosax. i. q. 'torpor, hebetatio, confusio'*). *adde*: LACT. inst. 1, 5, 8 *-os* est rudis inordinataeque materiae confusa congeries. 2, 8, 8 -os in principio fuisse, id est confusionem rerum atque elementorum. ZENO 2, 2 p. 390 -os in principio fuisse, id est informem indigestamque naturae congeriem. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 466, 8 *materiae confusio χάος* graece dicitur (gen. c. Manich. 1, 5, 9). SEDVL. op. pasch. 1, 3 *confusa materies* -os dicta est. VERG. georg. 4, 347 aque -o densos divom numerabat amores (OV. Ib. 84 ab antiquo divi ... in nostrum cuncti tempus adeste -o [chori, cori, thori *codd.*]. SEDVL. carm. pasch. 1, 103 abusque -o). OV. ars 2, 470 in ... suas partes cessit inane -os. met. 1, 7 -os rudis indigestaque moles. 2, 299 in -os antiquum confundimur (LVCAN. 1, 74 antiquum repetens iterum -os. ALC. AVIT. carm. 4, 160. 554 ENNOD. carm. 1, 6 p. 522). OV. fast. 5, 11 post -os (CHALC. comm. 123 post ... -os, quam Graeci hylen, nos silvam vocamus. MACR. sat. 1, 17, 53 post -os ubi primum coepit confusa deformitas in rerum formas et in elementa enitescere). MANIL. 1, 125 permixta -os rerum primordia quondam discrevit. 2, 13. PAVL. FEST. p. 39 ex quo (*chao*) putabant *poetae* caelum esse formatum. SEN. Herc. O. 1115. 1134 caecum -os reddi decebat (OCTAVIA 391 *aether* in caecum -os casurus iterum ⟨est⟩. *v. p. 991, 1. 38. 59*). Thy. 832 iterum ... deos hominesque premat deforme -os. Ag. 487 atrum rebus induci -os. LVCAN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 634. Sil. 11, 453 -os, caecam quondam sine sidere molem, ... canebat. Stat. Theb. 3, 484 effusum -os in nova semina texens. Apvl. met. 2, 5 omnem istam lucem mundi...in vetustum -os submergere. Filastr. 38. Cypr. Gall. gen. 4 -os et nigrae fuscabant cuncta tenebrae. Prvd. ham. 44 *deus* ante -os genitus (c. Symm. 2, 96 *deus* -o anterior. *proverbialiter, cf.* cath. 12, 40 antiquius caelo et -o). Rvfin. Clement. 10, 30 primo fuisse -os sempiternum, immensum, ingenitum, ex quo omnia facta sunt; hoc sane ipsum -os non tenebras dixit esse, non lucem, non umidum, non frigidum, sed omnia simul mixta et semper unum fuisse informe. *cf.* 10, 17. hist. 11, 23 p. 1028, 12 terra dehiscens ilico solveretur in -os. Avg. c. epist. fund. 29 p. 229, 21 Macr. sat. 1, 8, 7. Mart. Cap. 9, 912 dissita ... ut semper metuant foedifragum -os. Drac. laud. dei 2, 203 ad nihilum reditura iterum sunt omnia, cum tu iusseris esse -os. Sedvl. op. pasch. 5, 20 ne ... praeceps in -os mundus effligeret. Pallad. hist. mon. II 9 p. 398A omnem subito mundum in -os deduceret *Iesus*. *per prosopopoiian*: Ov. fast. 1, 103 me (*sc. Ianum*) -os antiqui ... vocabant. Pont. 4, 8, 57 -os ex illa naturae mole prioris digestum partes ... habere suas. Iren. 2, 14, 1 *Antiphanes* de nocte et silentio -os emissum dicit, dehinc de -o et nocte cupidinem. Hyg. fab. praef. p. 9, 1 ex Caligine -os. 9, 2. Clavd. 15, 383. 17, 102. 22, 9 prima -os Clementia solvit. *translate vel in imagine*: Pomp. gramm. V 130, 1 Graeci ...-os fecerunt, totum confuderunt. Mar. Victorin. defin. p. 38, 17 turba reipublicae -os est legum. Hil. trin. 6, 3 considentium (*fort.* concidentium?) in -os cum populis suis repens urbium vastitas. Comment. Lucan. 2, 7 'informia regna' -os. Sedvl. carm. pasch. 1, 121 *Loth* Sodomae fugiente -os. *nota*: Maxim. eleg. 5, 110 non fleo privatum, sed generale -os (*i. calamitatem*).

2 *i. q.* ***inferi*** (*cf.* Gloss. IV 103, 18 inferni inferiora): Ov. met. 10, 30 per -os hoc ingens vastique silentia regni. 14, 404 Noctem Noctisque deos Ereboque -oque (Prisc. gramm. II 272 id est ... 'a -o') convocat. fast. 4, 600 inane -os (Sen. Thy. 1009 ad -os inane. Lvcan. 9, 101 per inane -os. *cf.* Stat. Theb. 8, 100). Prec. terr. 7 tu (*Tellus*) Ditis umbras tegis et immensum -os. Sen. Herc. f. 610 noctis aeternae -os ... vici (*cf.* Med. 9). 677 urguet ... avidum -os. 861 stat -os densum tenebraeque turpes. 1108 resonet maesto clamore -os. Herc. O. 47 nox et extremum -os in me incucurrit. 1946. Oed. 572 rumpitur caecum -os. Phaedr. 1238 recipe me dirum -os (Clavd. rapt. Pros. 2, 13). Tro. 400 Lvcan. 6, 617. Val. Fl. 2, 86 horrendum -os (Pavl. Petric. Mart. 2, 202 nos -os aeterna horrendum caligine saepsit). 4, 123. 5, 95 altum ...-os. 7, 402 profundum per -os. Sil. 13, 439 quicquid ab imo natum hominum extinctumque -o est. Stat. silv. 3, 3, 210 triste -os. 5, 1, 206 Tartareum -os (Theb. 12, 772 Orac. Sibyll. Aug. civ. 18, 23). Theb. 4, 520 panditur Elysium -os. Avson. 153, 15 obscurae -os insuperabile noctis. 417, 60 per ... atrum -os. Carm. de Sod. 105 Ps. Ambr. act. Seb. 28. Rvfin. Orig. in Ios. 8, 2 -os ... locum vel habitaculum esse ... contrariarum virtutum. Ps. Rvfin. in psalm. 6, 4 horridum -os inferni (75, 10). Prvd. c. Symm. 1, 94 latenti ... -o. 2, 903 penetrate -os, quo vos vocat ille praevius infernae ... noctis. apoth. 750 Taenara ... vasto in praeceps deiecta -o. 823 *anima* -os intret opertum. Clavd. 5, 525 infra ... recessus Tartareos ipsumque -os. rapt. Pros. 1, 28 Proserpina ... possedit dotale -os. 2, 196 verendum in -os. Leo M. epist. 15, 6 *diabolum* ex -o et tenebris emersisse. Sedvl. carm. pasch. 4, 148 in -os infernae lapsus penetrale gehennae. 4, 286 tremuit letale -os. Drac. Orest. 483 di, regitis quicunque -os crudele barathri. Ven. Fort. carm. 3, 9, 62. 87 poenale -os. Arator act. 1, 730 deum post triduum superasse -os. Evcheria anth. 390, 12. *personae loco*: Verg. Aen. 4, 510. 6, 265. Sen. Med. 741 comprecor ...-os caecum (*cf.* Oed. 572). Lvcan. 6, 696 -os innumeros avidum confundere mundos. Val. Fl. 1, 831 ingenti iacet ore -os. Stat. Theb. 8, 52 profanatum totiens -os hospite vivo perpetiar? 8, 100 testor inane -os. Qvint. inst. 3, 7, 8. Tab. devot. Audollent 251, 2, 8 per magnum -os vos adiuro.

3 *i. q.* ***tenebrae***: *cf.* Filastr. 38, 3 Silentium, quod poetae ... -os asserunt. Mar. Victorin. in Eph. 2, 1 p. 1253D -os id est tenebrae. Schol. Prud. cath. 5, 3 -os confusio noctis. Gloss. confusa caligo. immensae tenebrae. *cf. cod. Leid. 67 E f. 30v a* tenebrae exteriores. Stat. silv. 3, 2, 92 ibam ... *ad* Cimmerium ...-os. Avien. Arat. 21 *Iuppiter* -os altum lumine perrupit. 1550 per -os umbriferum vis flammea pervasit. Avson. 417, 60 per nubila et atrum perge -os. Prvd. perist. 3, 55. cath. 5, 3 merso sole -os ingruit horridum. 11, 81 fertur horruisse mundus noctis aeternae -os. Pavl. Nol. carm. 5, 15 obscurae -os insuperabile noctis. Avg. serm. ed. Mai 37, 2 factum est ... -os. Avell. p. 753, 22 caligo tenebrosa veluti -os alicuius. p. 753, 26. Drac. Orest. 784 extimuit natura -os, elementa tenebras. laud. dei 1, 8. 23 taetrum -os igne resolvens *deus*. 2, 13 mens. 7.

4 *i. q.* ***profundum*** (Gloss. IV 216, 17 profundum vel confusio rerum. Plac. V 107, 33 profundum [276, 28. 299, 38]. 421, 31 in -os in profundum vel in aera), *inane* (*cf.* Pavl. Fest. p. 46 cavum a -o dictum et eius inanitate), *hiatus* (Avg. epist. 164, 7 -os *est* quidam hiatus multum ea separans, inter quae non solum est, verum etiam firmatus est), *vorago ingens*: Aetna 139 prospectare ... -os ac sine fine ruinas. Sen. epist. 72, 9 Epicureum illud -os ... inane, sine termino. Itala (plur. codd.) *et* Vvlg. Luc. 16, 26 inter nos et vos -os (*var.* -us, -um, *v. p. 990, 41*) magnum firmatum est (*χάσμα μέγα. cf.* Avg. gen. ad litt. 12, 33 p. 429, 7 inter quorum [*Abrahae et Lazari*] requiem et illa interna tormenta legimus magnum -os [chasma *pars codd., v. p. 1003, 13*] firmatum). Itala Mich. 1, 6 (Weing.) et deducam in -os (*εἰς χάος*, Vvlg. in vallem) lapides eius. Itala *et* Vvlg. IV Esdr. 5, 8 chaus (*vel* -os, *v. p. 990, 41*) fiet per loca multa. Hil. in psalm. 51, 23 transire ... ad Abraham volens dives -o medio non sinitur. 118 vau 8 p. 415 alia ab alia *anima* -o impenetrabili separetur. 120, 16 *in Abrahae sinum* adire impios interiectum -os inhibet (*bis.* Avg. quaest. Simpl. 2, 3, 3 magnum -os interiectum esse). Zeno p. 377, 5 *divitem* -os immensum a pauperis felicitate discernit. Rvfin. Adamant. 2, 11 -os (cahos *cod.*, *χάσμα*) magnum medium esse (*bis*). Favst. Rei. epist. 3 p. 177, 24 peccatores a coetibus ... iustorum vastum illud -os tristi interiectione discriminat. Clavd. Mam. anim. 3, 9 p. 168, 26 -os (cahos *M*), quod inter sontes innoxiasque animas ... intersitum locis merita secernit. p. 170, 7 -os illud vel tam exiguum ... vel tam immensum, ut transmeari nequeat. Alc. Avit. carm. 3, 293 limes ... -os obiectum lato distinguit hiatu Drac. laud. dei 3, 68 immane -os. *nota*: Avg. serm. ed. Mai 48, 3 intra caecum uteri dehiscentis -os. *in imagine*: Avg. serm. ed. Mai 84, 1 -os quoddam inter divinam humanamque naturam scelerum securus *homo* infuderat.

syn.: confusio. inferi, Tartara (Lvcan. 9, 101). tenebrae (Drac. Orest. 784). hiatus, vorago, divortium (Avg. serm. ed. Mai 84, 1). *Hoppe.*

chara (*n.?*) [*vocabulum peregrinum. Th.*]. Caes. civ. 3, 48, 1 est etiam genus radicis inventum..., quod appellatur -a, quod admixtum lacte multum inopiam levabat *eqs. ad rem v. Daremberg-Saglio II 1147.* *Stadler.*

characātus, -a, -um [*tractum a gr. χάραξ, χαραχοῦν. cf.* characias. *Th.*]. *i. q. palis circummunitus*: Colvm. 5, 4, 1 *vineae*, quae defixis arundinibus circumvinctae per statumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur, eas nonnulli -as vocant (5, 5, 16 in vineis -atis). *inde* **characo,** -āvī, -āre: Orig. in Matth. 17, 7 saepe circumdedi et -vi *vineam.*

3 *in imagine: apud christianos*: ITALA Col. 2, 14 (Aug. epist. 149, 26) delens quod adversus nos erat -um in decretis (VVLG. -um decreti), quod erat contrarium nobis, tollens illud (VVLG. et ipsum tulit) de medio et affigens illud cruci (*cf.* HIER. in Is. 43, 25 *sqq.* p. 522 in Gal. lib. 2 praef. p. 358[B] epist. 21, 2, 4. 69, 7 PELAG. in Col. 2 p. 856[D]. FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 51, 5 *deus* damnationis antiquae -um generale delevit. PS. PRIMAS. in Rom. p. 441[C] Christi sanguis -um originale delevit. *saep. cf.* EVCHER. form. 9 p. 52, 3 -um: conscriptio hominis peccatoris cum diabolo per manum iniquitatis). TERT. pudic. 19 liberans hominem per lavacrum donato ei -o mortis (PACIAN. bapt. 4 p. 135 -um mortis absolvens. PAVL. NOL. epist. 23, 15 AVG. in psalm. 73, 25 *al.*). NOVATIAN. trin. 29 p. 944[C] pignus promissae hereditatis et quasi -um quoddam aeternae salutis. HIL. in psalm. 129, 9 *Christus* cruci suae -um legis affigens edictum damnationis veteris delevit (trin. 5, 31 configens cruci -um edicti anterioris. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 33 *al.*). PS. HIL. libell. 6 deletis nostris -is peccatorum (AMBR. Iac. 1, 5, 19 -um peccati quod deletum est in cruce Christi. RVFIN. Orig. in exod. 6, 9 symb. 15 Orig. in gen. 13, 4 p. 235[C] AVG. in psalm. 61, 22. 67, 30 CASSIAN. c. Nest. 4, 9, 4 LEO M. serm. 51, 7 *et saepe*). AMBR. fug. saec. 9, 57 affixa sunt illi patibulo tuorum delictorum -a (MAX. TAVR. hom. 12 p. 247[B] rescisso -o delictorum). apol. Dav. I 8, 42 remisso culpae totius debito -oque vacuato ab omni nexu liberi. RVFIN. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 5 signo Christi signabatur in fronte, meas (*i. diaboli*) voluntates et mea -a gerebat in corde. AVG. conf. 5, 9, 17 quae illa fideli pectore tenebat et semper orans tamquam -a tua ingerebat tibi. c. Iul. 1, 2, 4 Christum in evacuando -o paterni debiti (1, 6, 22. 26 debitum paterni -i. serm. ed. Mai 87, 3 PETR. CHRYS. serm. 123 p. 538[B] PS. FVLG. RVSP. praedest. 13 *al.*). AVG. serm. ed. Mai 82, 2. epist. 190, 23 illud propagine contractum -um rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius. in psalm. 138, 2 MAR. MERC. subnot. 8, 25 CASSIAN. inst. 3, 3, 3. LEO M. serm. 53, 1. epist. 124, 7 qui immaculato sanguine suo -um letale dilueret (165, 9). 139, 3 vim veteris -i ... pro omnibus solvendo vacuavit. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 17 FVLG. RVSP. praedest. 1, 31 *et passim similia.*

derivatum: chirographarius.

chīrogrillius *v.* choerogryllius. **chīrologus** *v.* chyrugilis.

c(h)īrōma, -atis *n., χείρωμα.* CHIRON 609 profluvia incadent in pedibus, qui appellatur -ta. 577 (*index*) de -bus.

chīromylon *n., χειρόμυλον.* CASS. FEL. 40 p. 91, 19 moles manuali mola, nam Graeci -n vocant.

chīrōnia, chīrōnion (*nomina herbarum*), **chīrōnius** (-a, -um) *v. nom. propr.* Chiron.

chīronomia, -ae *f., χειρονομία.* GLOSS. V 458, 55 gesticulum (502, 26). QVINT. inst. 1, 11, 17 haec -a, quae est, ut nomine ipso declaratur, lex gestus.

chīronomōn, -ūntis, *χειρονομῶν.* IVV. 5, 121 structorem ... saltantem spectes et -unta (SCHOL. *ad l.* manus ducentem) volanti cultello, donec peragat dictata magistri omnia. SIDON. epist. 4, 7, 2 si inter Apicios epulones et Byzantinos -untas hucusque ructaverit.

chīronomos (-us), *acc.* -on, *χειρόνομος.* IVV. 6, 63 -on Ledam molli saltante Bathyllo. NOT. Tir. 111, 14 -us.

chīrūrgia, -ae *f., χειρουργία.* cyrurgia: CAEL. AVR. acut. exc. 26 p. 731 ORIBAS. syn. 1 praef. GLOSS. *χειρουργική.* ferra-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mentorum incisio. *cf.* ISID. orig. 4, 9, 3 -a est ferramentorum incisio: nam ferro exciduntur *eqs.* *inde a* CIC. [*it. vet.* cirusia, *prov.* surgia. *M.-L.*] SCRIB. LARG. 200 quod neque -a sine diaetetica neque haec sine -a, id est sine ea parte, quae medicamentorum utilium usum habent, perfici possunt (CAEL. AVR. chron. 2, 12, 145 quod passio non -a, sed diaetetica traditur curatione). CHIRON 57 -a est, quodcunque in corpore natum manu ferro vel cauterio curare oportet. VEG. mulom. 2, 13, 1 de -a. -a appellatur quodcunque secatur ferro vel cauteriis uritur. AVG. mus. 1, 4, 9 quod genus curandi -am nominant, quo vocabulo satis significatur operaria quaedam in manibus medendi consuetudo. Ps. SORAN. quaest. med. 38 quid est -a? *sequitur explicatio.* VINDIC. med. 40 manuum officium, quod -am vocamus. SORAN. p. 83 si quod impedimentum ibi (*in matrice*) invenerimus, -a tollimus (p. 108). p. 97 si interiores partes matricis in alto collectiones habuerint ... et hac de causa sectiones -ae non admittant. p. 110 pridie quam ad -am accedat. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 148. 4, 1, 3 -am scribentes (5, 4, 63. 66). 5, 10, 91 usum -ae non exigunt. 5, 10, 127 apparet nunc -a ad exitum puri faciendum. 5, 10, 128 -a ramicis, quam Graeci *ἐντεροκήλην* vocant. *ibid.* facta detractione -ae. CASS. FEL. 17 p. 25 in schemate foliorum lauri aut myrtae -a uteris. 18 p. 27 -a uteris hoc modo. 19 p. 28 quotiens ulcera vel apostemata inerti -a fuerint secta. *nota in imagine*: CIC. Att. 4, 3, 3 ipse occidi potuit. sed ego diaeta curare incipio; -ae taedet (*i. vim et arma detestor*).

chīrūrgicus, -a, -um, *χειρουργικός.* GLOSS. III 296, 31 *χειρουργός.* [*it. vet.* cerusico. *M.-L.*] CELS. 1 praef. p. 2, 23 primam *partem medicinae διαιτητικήν*, secundam *φαρμακευτικήν*, tertiam *χειρουργικήν* Graeci nominarunt (Ps. SORAN. quaest. med. 12 medicina est ... tertia -a, quae manibus operatur). HYG. fab. 274 p. 150, 1 Chiron ... artem medicinam -am ex herbis primus instituit. FVLG. myth. praef. p. 9, 14 -ae carnificinae. HIER. epist. 40, 1 medici, quos vocant -os. *subst. masc.*: HIER. epist. 40, 1 (*in imag.*) -i spirituales secantes vitia peccatorum. THEOD. PRISC. gyn. 12 tunc a -is considerata mensura reserandae erunt *feminae.*

chīrūrgūmena, -ōrum *n., τὰ χειρουργούμενα.* CAEL. AVR. chron. 2, 12, 146 chirurgi ... in -is hoc memorare non ausi sunt. *ibid.* Thessalus ... nihil in -is memoravit.

chīrūrgus, -ī *m., χειρουργός.* CELS. 6, 7, 2 Ptolemaei -i medicamentum. 7 praef. p. 263, 6 esse autem -us debet adulescens aut certe adulescentiae propior; manu strenua, stabili ... acie oculorum acri claraque, animo intrepidus *eqs.* 7, 11 apud magnos -os non repperi. SCRIB. LARG. 200 compositiones, quae ad -os pertinent. 201 emplastrum -i Tryphonis. 202. 204 Thraseae -i. 206. 208. 209. 212. 215. 240. MART. 1, 30, 1 -us fuerat, nunc est vispillo Diaulus. PRVD. perist. 10, 501. AVG. civ. 22, 8 -us mirabilis. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 144 ut omnes approbant -i. 2, 12, 146. CORP. IX 3895, 1 Peticius -us. medicus -us (*cf. supra l. 31*): FIRM. math. 4, 10, 3 DIOSC. 4, 72. CORP. VI 3986 Hilarus ⟨medi⟩c. chirurg. 33882 Celadus medic. chirurg. XI 5400 medicus clinicus, -us, ocularius. *nota adi.*: PRIAP. 37, 4 -amque (chirurgicamque *codd. contra metrum*, chirurgique *unus*) manum miser timerem. *adde nom. propr.*

derivata (*graeca*): chirurgia, chirurgicus; *cf.* chirurgumena.

chitarus (-ī) *v.* cithara.

chlamyda, -ae *f. a* chlamys. *i. q. chlamys*: GLOSS. II 573, 20 c[a]lamida vestis quaedam regalis. VARRO Men. 212 cubo in Sardianis tapetibus, -a sed purpurea amiculo (clamidas et [*vel* clamida set] ... amicula *codd., corr. Oehler*). APVL. met. 10, 30 ephebica -a sinistrum tegebat umerum. 11, 24 umeris dependebat ... pretiosa -a. MART. CAP. 1, 5 iam pubentes genae seminudum eum incedere -aque indutum parva invelatumque cetera ... non sinebant. FRG. Bob. gramm. VI 623, 24 Nisus Aeolia -a caput integit alte.

chlamydāria (clamidaria *cod.*), -ae *f. titulus comoediae* NAEVII (EXPLAN. in Don. gramm. IV 559, 28). *a* chlamys.

chlamydātus, -a, -um [*a* chlamys. *Th.*]. *i. q. chlamyde indutus. cf.* GLOSS. V 655, 14 paludatus -us. PLAVT. Poen. 620 ille -us (clamid- *C*) quisnam est. 644 hunc -um (clamid- *CD*). Rud. 315 homines. Pseud. 963. 1101 (clamid- *codd. utrobique*). 1139 (*B*, clamid- *CD*). 1143 (clamyd- *B*, chlamid- *CD*). CIC. Rab. Post. 27 -um L. Sullam imperatorem. VAL. MAX. 3, 6, 2 Scipionis statuam -am. 3, 6, 3 SEN. dial. 7, 2, 2. VOPISC. Tac. 16, 2 semel *pictus erat Tacitus* togatus, semel -us. 16, 3. LIBERAT. 11 officium excubitorum et -orum.

***chlamys,** -ydis *f.*, *χλαμύς* *formae*: clamis (-ys) *saepe in codd.*: PLAVT. Curc. 611. 632 Men. 658 Merc. 912. 921 PACVV. trag. 186 (*Non. p. 87, 23*) LVCIL. 321 (*Non. p. 67*) VARRO ling. 5, 133 *et saepe* (*de* SVET. *codd. v. Ihm praef. p. LI*). chlamidem: EPIST. leg. pr. pr. (Corp. XIII 3162, 2) 9. *acc. plur.* -as: VARRO [Men. 212*?*] frg. Non. p. 542 PERS. 6, 46. -es: HOR. epist. 1, 6, 40 CAPITOL. Pert. 8, 2 Gord. 21, 4 TREB. Claud. 17, 6 CLAVD. 22, 88 SIDON. carm. 15, 154 CASSIOD. var. 12, 7, 2. *formam* chlamyda *v. supra l. 54 sqq.* NON. p. 538 paludamentum est vestis, quae nunc clamys dicitur. ISID. orig. 19, 24, 2 -s est, quae ex una parte induitur neque consuitur, sed fibula infrenatur (GLOSS. V 564, 47). GLOSS. *χλαῖνα.* vestis quaedam regalis. V 526, 15 stola: paenula vel ⟨l⟩acerna, toga, clamis, peplum, p⟨a⟩ludamentum *eqs.* *v. Amelung, PW. III 2342.*

1 *generatim i. q. sagum, paludamentum*: PLAVT. Curc. 611 audio: si vis tribus bolis vel in -em. 632 quaeratis -em et machaeram hanc. Epid. 436 suam qui undantem -em quassando facit. Men. 658 tuam nec -em do foras nec pallium cuiquam utendum. Merc. 921. Persa 155 cape tunicam atque zonam, et -em afferto. Pseud. 735 opust -e et machaera et petaso. 1184. CAECIL. com. 269 advehitur cum iligna corona et -e. PACVV. trag. 186 -e contorta. COM. pall. inc. 12. VARRO ling. 5, 133 parapechia, -es [Men. 212 -as et purpurea amicula *codd., v. p. 1011, 56*]. frg. Non. p. 537, 14 aulaea, -es, pallae, plagae. CIC. Rab. Post. 27 Scipionis ... non solum cum -e, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. VERG. Aen. 5, 250 victori -em auratam, quam plurima circum purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit. 8, 167. 588. 9, 579 stabat in egregiis Arcentis filius armis pictus acu -em. 11, 775 croceam -em *sacerdotis.* HOR. epist. 1, 17, 31 alter Mileti textam cane peius et angue vitabit -em (*codd. et Prisc.*, chlanidem *Cruquius, i. χλανίδα*). OV. met. 2, 733 -emque *Mercurius*, ut pendeat apte, collocat. 5, 51 indutus -em Tyriam. 13, 680. 14, 345 puniceam fulvo -em contractus ab auro. 14, 393. VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 SEN. Thy. 664. PERS. 6, 46 regum. PLIN. nat. 5, 62 ad effigiem Macedoniae -is orbe gyrato laciniosam. VAL. FL. 2, 409. 3, 118 -s imbelli. circumvenit ostro torta manum. 5, 512 accipe Taenarii -em de sanguine aeni. 5, 585 horrida signis -s (*cf.* STAT. Theb. 4, 235 -s horrida pendet). 6, 226 auro depicta -s. 6, 526 cuius discolor ... barbarica -s ardet acu (STAT. Theb. 5, 438 -s huic, -s ardet et illi). 6, 708 sanguine tunc atro -s ignea. SIL. 10, 571 auro intextam -em. 16, 164. 240. STAT. Theb. 6, 541 at tibi Maeonio fertur circumflua limbo pro meritis, Admete, -s repetitaque multo murice. 6, 570 torto -em diffibulat auro. 10, 139 obscuri sinuatam frigore caeli implevit -em. silv. 1, 1, 43 tergo demissa -s. FRONTIN. strat. 3, 2, 11. IVV. 8, 101 Spartana -s. SVET. Cal. 25 *Caesoniam* -e peltaque et galea ornatam ac iuxta adequitantem. Nero 25 distinctaque stellis aureis -e. APVL. met. 11, 8 illum succinctum -e crepides et venabula venatorem fecerant. AMPEL. 8, 5. ITALA prov. 31, 22 (Eucher. form. 7 p. 47, 17) -es (VVLG. stragulatam vestem) fecit viro suo. TERT. pall. 4 NEMES. cyn. 91. EPIST. leg. pr. pr. (Corp. XIII 3162, 2) 9 chlamidem Canusinam, Dalmaticam, Laodiciam. CAPITOL. Gord. 21, 4 quot paenulas quotve -es habuerit unusquisque principum. Pert. 8, 2 -es Graecanicas atque castrenses. VOPISC. quatt. tyr. 6, 4. Aurelian. 24, 1 elata purpurea -e (TREB. Gall. 16, 4 EPIT. Alex. 113. EVTR. 9, 26 prius imperii insigne in -e purpurea tantum erat. IORD. Rom. 299). VOPISC. Aurelian. 34, 2 -e coccea. LAMPR. Alex. 40, 7 -e coccinea (HIL. in Matth. 33, 3 VVLG. Matth. 27, 28 AVG. serm. ed. Mai 91, 3. BARNAB. 7, 9 [*ποδήρη*]. SEDVL. op. pasch. 5, 12 ORIG. in Matth. 18, 125 MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 3 *al.*). LAMPR. Alex. 67, 1. SPART. Hadr. 17, 12 cum auratis -bus. Sept. Sev. 19, 7 cum hirta -e umeros velaret. TREB. Claud. 17, 6 -es veri luminis limbatas duas. *ibid.* -em Dardanicam mantuelem unam. IVL. VAL. 2, 32 -e regia. 3, 31. EPIT. Alex. 58 ut suam -em atque ornamenta regia sumeret. LACT. mort. pers. 36, 5 candidis -bus ornatos. IVVENC. 4, 644 purpureamque illi (*Christo*) tunicam -emque rubentem inducunt. AVSON. 354, 3 SYMM. epist. 1, 20, 2 AMM. 16, 5, 11. 16, 8, 8. 22, 9, 11 ANON. Vales. 13, 77 HYG. fab. 273 p. 148, 18. HEGES. 4, 25, 2 sub conchyliatis -bus. HIER. epist. 1, 7 paludamento in cervicem retorto ... fibulam, quae -is mordebat oras excussit (*cf.* VVLG. I reg. 24, 5 praecidit oram -is Saul silenter). 60, 9. VVLG. I reg. 24, 12 cum praescinderem summitatem -is. COD. Theod. 14, 10, 1 (*a. 382*) nullus senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed -is terrore deposito quieta coloborum ac paenularum induat vestimenta. 7, 6, 4 (*a. 396*) fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis -bus, sed singulos solidos dari praecipias (COD. Iust. 12, 39 [40], 3). PRVD. c. Symm. 2, 301 pelle Libystidis ursae compositam -em (PALLAD. hist. mon. I 9 p. 282[A] -e ex pellibus facta). CLAVD. 8, 208 simili -s effluit auro. 22, 88 Sidonias -es. carm. min. 17, 15 reiectae vento -es. 46, 8 SVLP. SEV. Mart. 3, 2. 3. MACR. somn. 2, 9, 8 omnem habitabilem nostram *terram* extentae -i similem esse. MART. CAP. 9, 999 multa -e prodire doctis approbanda cultibus. SIDON. epist. 1, 11, 16. carm. 2, 6 Sarrana -s. 15, 154 VICT. VIT. 3, 36. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 74 duplicata -mis, quae frigus et imbrem ... geminato arceret amictu. CASSIOD. var. 6, 15, 2. 6, 21, 2. 8, 9, 3. IORD. Rom. 364 sub -em luricatum. GREG. TVR. Franc. 2, 38 VEN. FORT. carm. 8, 20, 5. 9, 2, 125 palmata -s. 10, 6, 26. 103. 10, 7, 57. 10, 10, 16. Mart. 1, 57 -is partitur amictum. 1, 64. 2, 453 CORIPP. Iust. 2, 119. 2 *speciatim*: *vestis puerorum*: LVCIL. 321 unde pareutactoe, -es (calamides *codd.*) ac barbula prima. VERG. Aen. 3, 484 Phrygiam Ascanio -em. SVET. Tib. 6 -ys et fibula, item bullae aureae *pro munere.* VLP. dig. 34, 2, 23, 2 puerilia *vestimenta* sunt, quae ad nullum alium usum pertinent nisi puerilem, veluti togae praetextae, aliculae, -es. *mulierum*: VARRO frg. Non. p. 542 ut puellae habeant potius in vestitu -as, encombomata atque arnacidas quam togas. VERG. Aen. 4, 137 *Dido* Sidoniam picto -em circumdata limbo. TAC. ann. 12, 56 ipse insigni paludamento neque procul Agrippina -e aurata praesedere. *citharoedorum*: RHET. Her. 4, 47, 60 uti citharoedus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum -e purpurea coloribus variis intexta. HOR. epist. 1, 6, 40 -es Lucullus, ut aiunt, si posset centum scaenae praebere rogatus. SEN. epist. 76, 31 quibus sceptrum et -em in scaena fabulae assignant.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APVL. flor. 15 p. 52 -e velat utrumque bracchium ad usque articulos palmarum. *nota in imagine*: PS. AMBR. act. Seb. 1, 2 sub -e terreni imperii Christi militem agebat absconditum.

derivata: chlamydaria, chlamydatus. chlamyda. *compos.*: sagochlamys.

chlanis *v. p. 1012, 16.*

chleuasmos *m., χλευασμός, fig. rhetorica.* IVL. RVF. rhet. 2 p. 39 *χλευασμός* sive *ἐπικερτόμησις*. haec figura risum excitat et severe proposita vafre excutit, eludens personarum aut rerum comparatione. PS. IVL. RVF. schem. dian. 10 p. 62 *χλευασμός* est ironiae proxima figura, cum aliquos amara oratione non sine derisu insectamur ac laedimus.

chlōreus *m., χλωρεύς, avis.* PLIN. nat. 10, 203 corvus et ch⟨l⟩oreus (*suppl. Turnebus ex Aristot.*) noctu invicem ova exquirentes.

chlōriōn, -ōnis *m., χλωρίων, avis.* PLIN. nat. 10, 87 -n, qui totus est luteus, hieme non visus, circa solstitia procedit. 18, 292 -em prodire ipso die solstitii.

chlōrītis *f.* [*χλωρῖτις. Th.*]. *gemma.* PLIN. nat. 37, 156 -is herbacei coloris est; eam in ventre motacillae avis inveniri dicunt Magi congenitam ei et ferro includi iubent ad quaedam prodigiosa moris sui. 1, 37, 56.

chlōr(os) (-us), -a, -on, *χλωρός.* **1** *masc. subst.* **chlōrus,** -ī *nomen avis*: GLOSS. II 477, 34 *χλωρὸς ὁ στρουθός.* **2** *fem. subst.* **chlōra,** *acc.* -ān *et* -am. **a** *gemma*: PLIN. nat. 37, 73 Iuba auctor est smaragdum, quam (quem *recc. codd.*) -an vocent, in Arabia aedificiorum ornamentis includi. **b** *medicamentum*: CHIRON 669 cloran immittes *in vulnus.* 927 -am sic compones [651 coram . . . immittere *codd.*, chloram *Oder*]. VEG. mulom. 3, 28, 3 -a medicamentum, quod facit ad omnia vulnera complete limpidanda vel sine difficultate claudenda. MARCELL. med. 33, 54 emplastrum viride, quod medici -an appellant. CASS. FEL. 19 p. 29 -an emmoton appellatam ex veteri oleo liquidius solutam. 22 p. 38, 15. *v. etiam* chloron. **3** *neutr. subst.* **c(h)lōron,** *χλωρόν. in sigillis medicorum oculariorum (idemne q.* chlora *medicamentum?).* CORP. VII 1320 c. XI 6714, 1 d. XIII 10021, 3. 24. 31. 56. 60. 105. 118. 181 *al. Spelthahn.*

? **c⟨h⟩lōrotura** praesicia (*i. pressicia*) GLOSS. III 184, 10 (*in capite* 'de escis'). *χλωρότυρα Bücheler, χλωρὸς τυρός Heraeus. Mbr.*

choaspītis (*nomen gemmae*) *v.* Choaspes *nom. propr.*

choax *v.* chus.

chodchod (חַדְכֹּד, LXX *χόρχορ*, ITALA Weing. chorco) *vox hebraica*: VVLG. Ezech. 27, 16 -od proposuerunt in mercatu tuo HIER. in Ezech. 27, 16 p. 313 -od . . . omnes interpretes, ita ut in Hebraeo positum est, transtulerant. . . . quid significet, usque in praesentiarum invenire non potui. aiunt Hebraei, omnes pretiosissimas merces hoc nomine significari vel speciem quandam esse pretiosarum mercium, quam Romanus sermo non resonet, vel communi vocabulo scruta vendentium. *Jacobsohn.*

choenica, -ae *f. mutatum ex gr. χοῖνιξ (f.). nomen mensurae.* PAVL. FEST. p. 52 chaenica mensurae genus. PALLAD. 11, 14, 5 unam floris mensuram, quam Syri (*v. infra l. 71*) -am (chinia, chynicam, chin-, kyn- *codd.*) vocant. 12, 20, 1 in olei metreta -as (conchas *G*) duas mitti. *postea forma graeca*: **choenix,** -icis *masc.* (*cf. osc.* koiniks CORP. X 793). *formae: acc. sing.* choenica: *l. 59 sq. acc. plur.* -es: EVCHER. *l. 62* (-as *l. 51 ad* choenica *pertinere videtur*). *in codd. variae corruptelae* (con- cen- coen-, *cf. supra l. 50*). ITALA Ezech. 45, 10—11 (Hier. *ad l.* p. 563) statera iusta et mensura iusta et -x iustus erit vobis ad mensuram; et -x similiter unus erit ad accipiendum, decima pars gomor -x (*χοῖνιξ*, VVLG. batus. *cf.* HIER. *ad l.* LXX etiam nomina *mensurarum* commutarunt . . . pro bato *interpretati sunt* -a . . . rursumque pro bato -a. in Ezech. 45, 13 p. 565 pro bato -a dixerant). HIER. nom. hebr. p. 13, 19 gomor mensura Atticorum -um trium (EVCHER. instr. 2 p. 159, 11 gomor mensura Attica habens conices tres, id est sextarios XII). CARM. de pond. 69 qui (*sextarius*) quater assumptus (*codd. et Isid.*, quis [*sc. cotylis*] . . . adsumptis *Endlicher*) fit Graio nomine -x (ISID. orig. 16, 26, 6); adde duos (*-es*), chus fit (*cf.* EVCHER. *l. 62.* POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549, 11 IIII sextarii -x. GLOSS. V 351, 46 conicem unum sextari IIII). EPIPHAN. de mensur. 9 p. 101 coenix et oephi una quidem mensura est, sed duplici nomini nuncupatur. sunt autem sextaria duo et aliquantula insuper pars (41 de cypro, de -e. . . . *cyprus* continens minora modia duo, quae apud eos [*sc. Ponticos*] -um quinorum esse dicuntur. -x vero apud eos duo sextaria continet. MARCELL. med. de mens. p. 3, 8 -x sextarii duo sunt). GROM. p. 375, 10 cenix autem quinque sextariis adimpletur. ISID. orig. 16, 27, 6 chi graecum in dextro bracchio supero o littera iuncta -x est. *de re v. Hultsch, PW. III 2356.*

sanction aut fasganion aut **choeradoletron** (quiradoletro *cod.*) DIOSC. 4, 131 (*gr.* 4, 136 *ξάνθιον . . . οἱ δὲ χοιραδόλεθρον, sim. CN*).

choeras, -adis (choerada, -ae) *f., χοιράς, nomen morbi scrofularum. formae: acc. plur.* -as: THEOD. PRISC. eup. faen. 26 *bis* (-es *br*). 27 (-es *br*). 29 (*B*, -es *br*). 30 CASS. FEL. 26 PS. APVL. herb. 3, 10 DIOSC. 1, 1 PS. DIOSC. herb. fem. 14. 15 (*estne acc. gr.* -ăs *an de fem.* choerada *acc.* -ās*?*). *abl. plur.* choeradīs: THEOD. PRISC. eup. faen. 27 *tit. in codd. variis corruptelis scribitur* (quir- cuir- cherchyr- coher- *al.*); *adde* chiradas *p. 1014,5*, choeriadas *p. 1014,8.*

THEOD. PRISC. eup. faen. 26 *si medici* ferbuncolos vel parotidas callositate permanente -das fecerint duriores, tunc ad -das eas . . . operam propensius adhibeamus. 27—30 de -dis *fusius.* 27 -das . . . frequenter in collo vel sub mento vel sub ascellis nasci novimus. 29 putrefient -des. 30 -das duras et difficiles. CASS. FEL. 26 scrofas Graeci chiradas vocant. PS. APVL. herb. 3, 10 herba quinquefolium . . . -das et omnes duritias *sanat.* DIOSC. 1, 1 ad quiradas (*χοιράδας*) etiam et duritias uteres *eqs.* PS. DIOSC. herb. fem. 14 choeriadas dissolvit. 15.

choerileum (*metrum*) *v.* Choerilus *nom. propr.*

choerogryllius (chīrogr-), -ī *m., χοιρογρύλλιος, nomen bestiae.* HIER. nom. hebr. p. 55, 20 safan chirogryllius, lepus vel ericius sive labium eorum (GLOSS. V 565, 39 chirogrillius ⟨e⟩ricius). *graece*: EVCHER. instr. 2 p. 158, 1 erinacei *χοιρογρύλλιοι* nuncupantur. HIER. epist. 106, 65 pro quo ('*erinaciis*') . . . omnes *χοιρογρυλλίοις* voces simili transtulerunt exceptis Septuaginta, qui lepores interpretati sunt. *inde* **choerogryllus,** -ī *m.*: VVLG. lev. 11, 5 -us, qui ruminat ungulamque non dividit, immundus est. deut. 14, 7 comedere non debetis . . . camelum, leporem, -um.

choeros, *acc.* -on, *χοῖρος.* VARRO rust. 2, 4, 17 nunc *Graeci* eum (*porcum*) vocant -on. 2, 4, 10 nostrae mulierés, maxime nutrices, naturam, qua feminae sunt, in virginibus appellant porcum, et Graeciae (*mulieres*) -on, significantes esse dignum insigne nuptiarum. *deriv. graec.*: choeras (*cf.* choeradoletron). *comp.*: choerogryllius.

✖**choicus,** -a, -um, *χοϊκός.* GLOSS. V 494, 71 coicus terrenus vel pulvis. *cf.* TERT. *l. 29 et 43* HIER. *infra l. 39 sq. nota: forma fem.* -us: TERT. adv. Val. 24 p. 201 *l. 43* (*quasi sit adi. graec. duarum terminationum*). ITALA I Cor. 15, 47 (Tert. resurr. 49 p. 101) primus homo de terra, -us (*ἐκ γῆς χοικός*, VVLG. de terra terrenus, TERT. *ad l.* id est limacius, id est Adam. *cf.* TERT. adv. Val. 24 p. 201 erit et -us et animalis. 25 p 202 animalem a Demiurgo, -um substantia *ἀρχῆς.* IREN. 1, 5 *deus* fecit et hominem -um [*χοικόν*]. HIER. in Eph. 4, 17 p. 622 non -orum et spiritualium natura varia, sed voluntas). ITALA I Cor. 15, 48 (Tert. resurr. 49 p. 101) qualis ergo -us, tales et -i; qualis caelestis, tales et caelestes (*χοικός . . . χοικοί*, VVLG. terrenus. *cf.* TERT. *ibid.* HIER. adv. Rufin. 1, 32 perire -um et nasci caelestem). I Cor. 15, 49 (Tert. resurr. 49 p. 102) sicut portavimus imaginem -i, portemus etiam imaginem supercaelestis (*τοῦ χοικοῦ*, VVLG. terreni. *cf.* TERT. *ibid. saep.* HIER. in Eph. 1, 3 p. 547. hom. Orig. in Luc. 39 p. 365 -i id est terreni [hom. Orig. in Ier. 5 p. 795. *cf.* GRAMM. suppl. 185, 15 ut Hieronymus 'terrenus id est -us', *ubi* cholcus *cod., corr. Heraeus*]. HIER. in Mich. 2, 6 p. 501). TERT. resurr. 49 p. 101 a -a qualitate. adv. Val. 24 p. 201 *homo est* quadruplex res, ut imago quidem -us deputetur, materialis scilicet, etsi non ex materia . . . similitudo autem animalis. 29 p. 205 *genus humanum* -um, saluti degeneratum (*ibid.* id est malas animas). *ibid.* -um statum *hominum* ex Cain. 32 p. 207 *homines* -ae et materialis notae. *neutr. subst.* choicum, -ī *i. q. natura terrena hominis*: TERT. anim. 40 nulla proprietas hominis in -o. adv. Val. 24 p. 201. 25 p. 201. *Mbr.*

cholagōgus, -a, -um, *χολαγωγός.* THEOD. PRISC. log. 77 assiduis purgationibus -is relevandi sunt. CASS. FEL. 54 p. 141 purgatorium -um.

cholānius, -a, -um *cf. c. χολή, χολαῖος.* HIPPOCR. aer. 7 necesse est mali coloris sint et pessima et -a (*χολώδεα*).

fellis flavi, quam Graeci xanthen **cholēn** vocant CASS. FEL. 24 p. 40, 9. 57 p. 145, 16 (ISID. orig. 4, 5, 4 *graece*). *deriv.*: cholanius. *graece*: cholagogus, cholera (choleureca*?*), cholicus.

✖**cholera,** -ae *f., χολέρα. tertiae declinationis formae v. p. 1015, 14.* GLOSS. *χολή.* ventris solutio. umores. III 601, 22 fel rufum: -a rubea. 597, 44 astian (*i. ἐστίαν*) -a cum ⟨e⟩sc(h)ara. ISID. orig. 4, 5, 4 -am Graeci vocaverunt, quod unius diei spatio terminetur, unde et -a, id est fellicula, nominata, hoc est fellis effusio.

1 *morbus, qui ex bile nascitur*: CELS. 4, 18 facienda mentio est -ae; quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest; nam simul et deiectio et vomitus est; praeterque haec inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit, primum aquae similis, deinde ut in ea recens caro lota esse videatur, interdum alba, nonnumquam nigra, vel varia. ergo eo nomine morbum hunc *χολέραν* Graeci nominarunt. 2, 1. 13. SCRIB. LARG. 90 tormina, gravedinem, -am, stomachi crebram nauseam PLIN. nat. 20, 67. 122 ⟨in⟩ -is destillationes stomachi inhiberi. 20, 146 torminibus, -is (31, 66). 20, 150. 218. 252 *blitum* ventrem adeo turbat, ut -am faciat aliquis. 22, 144 in -is et dysenteria. 23, 12 iecoris fellisque vomitionibus et in -is. 24, 120. FRONTO p. 87, 25 N. -a usque eo afflictus sum, ut vocem amitterem, singultirem *eqs.* TERT. ieiun. 16 populus carnis avidissimus usque ad -am (VVLG. Sirach 37, 33 et aviditas appropinquabit usque ad -am). CENS. 15, 2 cibi cruditate in -am solutus est *Diogenes.* PLIN. med. 2, 7 -a ventris vitium est malum. CHIRON 425 de -a sicca. VVLG. Sirach 31, 23 -a et tortura viro infrunito. MARCELL. med. 30, 62. THEOD. PRISC. log. 37 tit. de -a. *ibid.* -a passio molesta. CAEL. AVR. acut. 3, 19, 188 -a est umoris fluor celer ac parvi temporis, ventris atque intestinorum. 3, 19, 193. PETR. CHRYS. serm. 38 p. 308[B] quoties miserum hominem -ae inflammaverit incendium.

2 *i. q. bilis* (*cf.* VEG. mulom. 2, 114 bilis, quae -a appellatur vulgo): LAMPR. Alex. 17, 2 *ut* commotione animi stomachi -am evomeret

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

toto vultu inardescente. HIER. in Ier. 25,15*sqq.* p.1017 quidquid -ae et pituitae et noxii umoris in pectore est. epist. 54,4 amarissimam -am tuae sensere fauces. CHROMAT. beat. 4 qui -am amaram digessit, escam concupiscit et potum. VINDIC. med. 2 fel id est -a rubea. epist. ad Pentad. p. 486 *de quattuor umoribus corporis. corpus* habet in se sanguinem, -am rubeam, -am nigram et flegma. *ibid.* -a xanthe, id est rubea, *est* amara, viridis, ignea et sicca; mel(a)ena -a, id est nigra, acida, frigida et sicca. THEOD. PRISC. log. 84 aliquando eum etiam -a nigra cum inflatione sollicitat. 91 si -am cum cibis vomuerint. CAEL. AVR. chron. 4,2,15 -ae rubeae egestione plurima. CASS. FEL. 21 p. 33 -am (*al.* colera) vomunt, quam prasoiden vocant.

nota in imagine: HIER. epist. 50,4 quoties me iste ... stomachari fecit et adduxit ad -am (*i. iram movit*).

neutr. plur. **c(h)olera,** -um (*sing.* cholere *l. 23?*). *abl. plur.* -is *l. 22.* **1** *morbus*: SER. SAMM. 289 tit. tussi et -bus medendis. *ibid.* noxia si -um penitus saevire venena perspicies. PLIN. med. 2,7 tit. ad -a (*codd. duo optimi*). *in indice capitum* -bus. PELAGON. 377 *potio* ad -a. CHIRON 422,1 de -bus siccis. 422,3 de -bus humidis. AVG. mor. Manich. 2,16,39 in -bus, in morbo ictericorum. ANON. med. ed. Piechotta 138 facit et ad -a medicamentum. MARCELL. med. 16,1 ad tormina et gravedinem ventris et -a et stomachi crebram nauseam. 28,14 -a sanat. 30,62 ad -a reprimenda (30,64 prodest -is reprimendis). *ibid.* supprimere -a. *nota*: MARCELL. med. 30,63 -e (*sic cod.*) laborantibus. **2** *i. q. bilis*: VEG. mulom. 2,114 tit. de bili i. -bus. MARCELL. med. 30,54 omnia -a per os proicies. 30,55 ad -a et flegmata proicienda. DIOSC. 3,150 fleuma et -a deponit. 4,171. 181. 5,94. CAEL. AVR. diaet. pass. 151 et -um vel flegmatum vomitus. ORIBAS. syn. 1,2 robea *urina*...ex -um multitudine[m] esse ostenditur. 1,17 elleborus niger purgat -a maxime nigra et flegma. *ibid. saepius.* syn. 2 add. p. 841 centauria ...-a et flegma deducit. p. 844 ne forte ex nigris -bus initium fecerit aegritudo.

deriv.: choleriacus (*graece* cholericus).

choleriacus, -a, -um *a* cholera, *cf.* cholericus. *i. q. cholericus sub 1.* CHIRON 826 potio ad febricitantes ... ad coleriacum.

cholericus, -a, -um, χολερικός. **1** *subst. masc. i. qui cholera laborat* (*cf.* GLOSS. III 598,11 -us passio acuta quae latenter venit et subito accidit, aut ipsa die periet vel liberabitur): SCRIB. LARG. 256 malagma alterum stomachum, alvum, intestina soluta habentibus et -is prodest. PLIN. nat. 23,8 dysintericis, coeliacis, -is (23,100. 24,116. 27,114). MARCELL. med. 20,115 nec suspiriosus aut -us erit. 30,58. 59. CAEL. AVR. acut. 3,19,194 praecedit -os stomachi gravedo. 3,21,205. 206 epidemion -orum signa tradens. DIOSC. 5,104 -is et stomaticis medetur. **2** *adi. ad bilem vel ad morbum choleram pertinens*: HIPPOCR. progn. 11 sunt ... haec rasurae -ae (ξυσματώδεα καὶ χολώδεα) et sanguinolenta. aer. 9 fervens valde et -um *lac* (χολῶδες). VINDIC. med. 25 semen invitum moveatur, non ut pingue rationaliter, sed aut -um aut aquosum aut caenosum. CAEL. AVR. acut. 2,33,178 est -a gravis atque periculosa passio (3,19,188 -am passionem aiunt aliqui nominatam a fluore fellis. 3,19,189 CASS. FEL. 47 p. 120 ORIBAS. syn. 2 add. 841). ORIBAS. syn. 1,17 p.819 purgat aquosos umores, saepius et -os (1,25. 4,9 tit. quae -um umorem generant. *ibid.* mel facile in -o umore vertitur). 4,9 cinnaras sucus suptiles et -us est. 4,15 est *cacocymia* ... frigidior, est -a quemadmodum alia melancholicotera.

choleureca, -ae *f. cf. c.* cholera. *i. q. cholerica aegritudo*: CAEL. AVR. acut. 3,21,206 Hippocrates fel quoddam appellans choleurecam nominavit atque iliacae passionis esse particulam ... constituit.

chōliambus, -ī, *acc.* -on *m.*, χωλίαμβος, *nomen metri.* DIOM. gramm. I 504,9 in fine clodicans, quoniam expulso pyrrichio versa vice spondeus interpositus utpote contrarius adversarii crura frangit. MAR. VICTORIN. gramm. VI 136,30 -os multi veterum scripserunt. ATIL. gramm. VI 293,3 in iambico metro si paenultimam longam feceris, scazon vocatur, quem et -on et hipponaction vocant. RVFIN. gramm. VI 559,29. 562,19 est proceritatis eiusdem versus, qui unius pedis differentia nomen amittit. nam quod sexto loco, qui locus par est, non iambus sed spondeus vel trochaeus accipitur et a longa syllaba incipit, claudum carmen facit et -us nominatur. PRISC. gramm. III 426,21 iste versus cum sit -us, in quarto loco et quinto habuit dactylos. *adi.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 81,5 genera iambici metri sunt duo. nam ex his alia integra, alia clauda, quae scazonta seu -a vocant, inducuntur, quorum differentiam paenultima versus syllaba demonstrabit (RVFIN. gramm. VI 557,28).

cholicus, -a, -um, χολικός. ORIBAS. syn. 1,17 p.819 *euforbium* datur ... hydropicis et -is et quibus venter frigidus est. syn. 2 add. p.843 -is clysterem imprimis uteris butyru partes duas. p.844 propter frequentem dysinteriam et -am passionem.

chōlus *v.* colum.

chōma, -atis *n.*, χῶμα, *i. agger.* VLP. dig. 47,11,10 in Aegypto qui -ta rumpit vel dissolvit (hi sunt aggeres, qui solent aquam Niloticam continere) aeque plectitur extra ordinem. *ibid.* -ta et diacopi, qui in aggeribus fiunt. COD. Theod. 11,24,6,7 (*a. 415*) cefalaeotis, irenarchis, logografis -um et ceteris liturgis sub quolibet patrocinii nomine publicis functionibus denegatis. *cf.* AVG. loc. hept. 2,43 p.549,13 graecus habet 'aggerem terrae'; si tamen hoc verbo recte interpretatur, quod dictum est: τὸ χῶμα (choma, chima, chuma *var. codd.*) τῆς γῆς. *adde nom. propr.* *Spelthahn.*

chomer *v.* gomor. **chommodum** *v.* commodum.

chondrilla, -ae *f.*, χονδρίλλη, *nomen herbae.* *scribitur in codd.* condrille (-ile), chondrylla, condriles *al.*; *genet. sing.* -ēs *l. 13.* PLIN. nat. 21,89 reliqua vulgarium in cibis apud eos (*Aegyptios*) nomina: -a (candriala [-yala] *et* condriala *codd.*). 21,105 -ylla amara est et acris in radice suci (1,21,56 condrylla). 22,91 condrion sive condrille (condryle *RE*) folia habet intubi *eqs.* (*cf.* 1,22,45). DIOSC. 2,117 de condrilen. -em folia et ramu et flore simile cycoriona habet ... est et altera species condriles. ORIBAS. syn. 4,15 omnia ... silvatica olera, qualia sunt lactuca, condriles *eqs.*

chondrion, -ī *n.* [*gr.* **χονδρίον*; *cf.* chondrilla, χόνδρος. *Th.*]. **1** *nomen herbae*: PLIN. nat. 22,91 *v. l. 9.* **2** *nomen potionis*: GLOSS. III 184,50 *v. l. 23.*

chondris (-idis*?*) *f.* [*gr.* **χονδρίς, a* χόνδρος. *Th.*]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 25,93 pseudodictamnum ... a quibusdam -is vocatum. 26,49 alvum sistit -is sive pseudodictamnum. 1,25,53. 1,26,31.

chondros (-us), -ī *m.*, χόνδρος. *in codd. saepius* cond-. **1** *genus potionis*: DIOSC. 2,75 tragos simile est -o. 2,78 de condro. condro(s) fit de gemina zia. *huc pertinere videtur*: GLOSS. III 184,50 chrodidon (*χονδρίον Bücheler*) defrutum. **2** *cartilago*: PS. SORAN. quaest. med. p. 364,20 corpus humanum constat de ... -is i. e. cartilaginibus *eqs.* p. 365,7 quid est -us? corpus durius quidem ab nervo, sed mollius ab osso *eqs.* **3** *frumentum? v. l. 32.*

deriv. graeca: chondrilla, chondris, chondrion (chondrotos *vel* chondrites*?*). *Stadler.*

*?***chondrōtos** (-ī) *si vera lectio, cf. c.* χόνδρος, χονδρώδης, χονδρίτης. EPIPHAN. de mensur. 14 *in quibusdam canistris* solet reponi quaedam tritici species in duo divisa, quam -os vocant. *corrigendumne* chondros (*frumenti genus*) *an* chondrites*?* χονδρίτης *graece* AVG. quaest. hept. 1,131 (condriton *codd., i.* χονδριτῶν). *Mbr.*

chōra, -ae *f.*, χώρα. CORP. V 7870 procurator Augg. nn., item ducenarius episcepseos -ae inferioris. *dubiae interpretationis*: PAPYR. Genav. 1 II C 9 *exit ad* -a(m) anno VII Domitiani. *adde nom. propr.*

compos. gr.: choragros. chorepiscopus, chorobates, chorographus (-ia).

chorāgiārius, -ī *m. a* choragium. CORP. V 6795 VIVIR(o) Augustali -o. NOT. Tir. 106,81.

chorāgium, -ī *n.*, **χοράγιον*, *cf.* χορηγεῖον *et* choragus. coragium FVLG. *infra l. 66. adde* GLOSS. *l. 45.* PAVL. FEST. p. 52 -ag⟨i⟩um instrumentum scaenarum. GLOSS. ornatus mimicus (*vel* mimici) [hoc est timorum (*i.* mimorum*? Loewe, qui gloss. delet.*; thymelicorum*? Goetz*; id est tiara *cod. a*]. *dub.*: GLOSS. V 593,41 coragio puer⟨orum⟩ est ludus quando proverbia dicunt. alibi legitur: coragium pars est in ludis quando proverbia dicuntur (*sim. saep.*).

1 *proprie instrumentum scaenicum*: PLAVT. Capt. 61 comico -o conari desubito agere nos tragoediam. VITR. 5,9,1 habeat populus quo se recipiat ex theatro -aque laxamentum habeant ad comparandum. VAL. MAX. 2,4,6 *scaenam* argentatis -iis P. Lentulus Spinther adornavit. PLIN. nat. 36,115 reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cetero -o (corago *vel* chora *codd.*) fuit. APVL. apol. 13 si -um thymelicum possiderem. summum -um, *i. q. instrumentum scaenicum principale sive aedificium situm in regione tertia prope amphitheatrum Flavium apparatui scaenico destinatum; cf. Hirschfeld, Kais. Verwaltungsbeamt.*[2] *p. 293 sqq.; Reisch, PW. III 2405*: REG. urb. p. 5,9 (CVRIOS. urb. p. 4,8). CORP. III 348 (*in Phrygia*) proc(uratori) summi chorag(ii) (VI 297. 10083. XIV 1877 *suppl.*). VI 776 tabul(ario) s. c. (10086). 8950 contrascribtori rationis summi -ii. 10084 disp(ensatori) summi -gi. 10085 medicus rationis summi -gi. 10087. 29844,7.

2 *sensu latiore i. q. pompa, caerimonia*: RHET. Her. 4,50,63 aliquod fragile falsae -um gloriae comparetur. APVL. met. 2,20 anus in ipso momento -ii funebris (choroagi funeris *cod.*) ... alienam sepulturam antevortunt. 4,33 iam feralium nuptiarum miserrimae virgini -um struitur (FVLG. myth. 3,6 perfecto iamque -o puella ... rapitur. serm. ant. 36 -um dicitur virginale funus, sicut Apuleius in metamorfoseon ait: -o itaque perfecto omnes domuitionem parant. MYTHOGR. 1,231 perfecto igitur -o, id est virginali funere). AMM. 22,14,7 necatur -o pari (*Haupt,* horago arei *V*, eadem hora *Valesius*) bos femina. 29,1,29 mensulam imprecationibus carminum secretorum -iisque multis ac diuturnis ritualiter consecratam movimus tandem.

3 *translate pars hydraulae*: VITR. 10,8,4 haec regulae habent ferrea -a fixa et iuncta cum pinnis, quarum pinnarum tactus motiones efficit regularum continenter.

deriv.: choragiarius.

chōragros *m.* **χώραγρος*. GROM. p. 369,1 alii agrum ex graeco nominare manifestius credunt, unde et villa graece -os dicitur.

chorāgus, -ī *m.* [*ex dor.* χοραγός (*Epicharm. fr. 13. 104; Sophron. 150*). *Th.*]. corago *habet* LVCIL. 428 (*Non. p. 513*). *is qui choragii sumptus suscipit seu privatus seu magistratus; cf. Daremberg-Saglio II 1117; Reisch, PW. III 2406.* PLAVT. Persa 159 πόθεν ornamenta? :: abs -o sumito; dare debet: praebenda aediles locaverunt. Trin. 858 ipse ornamenta a -o haec sumpsit suo periculo. Curc. 464*sqq.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-us *ad spectatores loquitur*. LVCIL. 428 huic homini quaestore aliquo esse opus atque -o. CARM. Suet. Aug. 70 cum primum istorum conduxit mensa -um. DON. Ter. Eun. 967 ecce autem video rure redeuntem senem: -i est administratio, ut opportune in proscaenium.

deriv. gr.: choragium.

? **chorās** (*acc.* -ān*?*), *nomen herbae quae et batrachion.* GLOSS. III 633, 3 nomine erbe botracion omeus choras *eqs. cf.* 557, 55 -as i. butracion (622, 14). *fort. add.*: PS. APVL. herb. 9, *ubi T*: botrocion choran. *χοιράδας coni. Stadler.*

choraulēs (choraula), -ae *m.*, *χοραύλης. is qui choro tibiis praecinit.* PROB. inst. gramm. IV 85 hic et haec -a. *nom.* -ēs et -a. *acc. sing.* -en *et* -am. cor-: VEN. FORT. *bis.* HYG. fab. 273 p. 147 pythaules ... septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt, unde postea appellatus est -es. GLOSS. *χοραύλης*. coraula: mimus. iocularius. iocularis. princeps chori ludorum (ludiorum*?* *Goetz*), quo nomine potest dici totus chorus. cantator. *v. Jan, PW. III 2408.*

PETRON. 53 -en meum iussi latine cantare (AVG. in psalm. 121, 8 ut vellet videri ... -a, cum -a non esset ... canta, videamus utrum -a sis). 69 arundinibus quassis -as imitatus est. PLIN. nat. 37, 6 Ismenian -en multis fulgentibusque *gemmis* uti solitum. MART. 5, 56, 9 discat citharoedus aut -es (11, 75, 3 IVV. 6, 77). 6, 39, 19 duae sorores ... Croti -ae vilicique sunt Carpi. 11, 77, 6 convivium, in quo -es non erit. SVET. Nero 54 hydraulam et -am et utricularium. Galba 12 Cano autem -ae mire placenti. APVL. Socr. 13 p. 149 strepitu cymbalistarum et tympanistarum et -arum. met. 8, 26 iuvenis satis corpulentus, -a doctissimus. VOPISC. Car. 19, 2 centum salpistas ... -as centum etiam pythaulas centum. 20, 6 in -ae pallio tyrianthino. DIOM. gramm. I 492, 1 (*ex Suetonio*) nam et pantomimus et pythaules et -es in comoedia canebant. PROB. app. gramm. IV 197 locutio cum abl. casu ... 'delector -a'. EXPOS. mundi 32 Heliopolis -as *optimos* mittit. SERV. ecl. 5, 89 aut pastorem quendam pulcherrimum dicit aut -am significat. RVFIN. hist. mon. 19 Philemon ... -a famosissimus. AVG. in psalm. 96, 10 adduxerunt amicos aut ad pantomimum aut ad -am. c. Iul. 4, 3, 18 continentiam ... etiam -as et huiusmodi turpes ... habere. epist. 60, 1 sicut vulgares dicunt: malus -a bonus symphoniacus est (*cf. Otto, Sprichwörter p. 82*). SIDON. epist. 1, 2, 9 lyristes, -es, mesochorus. 9, 13, 5 vers. 78 ravulos -as. carm. 23, 300 citharistrias -as mimos. VEN. FORT. carm. 3, 6, 47 clericus ecce choris resonat, plebs inde coraulis. vita Radeg. 36, 82 inter coraulas (corollas *vel* car- *codd.*) et citharas. CORP. VI 10119 Daphnus -es. 10120 choraulae Actionicae et Sebastionicae. 10121 poetae et praec⟨oni*?*⟩...maximo chorau⟨lae⟩. XIII 8343 memoriae Ruphfi natione Greco (*sic*) Mylasei -(a)e.

fem. **choraulē**, -ēs *cf.* PROB. *supra l. 11.* CORP. VI 10122 Licinia ... Selene -e. *Σελήνη χοραυλίς. deriv.*: choraulicus.

choraulicus, -a, -um [*a* choraules. *Th.*]. DIOM. gramm. I 492, 11 (*ex Suetonio*) quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id est -is, artifex concinebat, in canticis autem pythaulicis responsabat. COMM. instr. 1, 32, 7 auro licet cenes cum turba -a semper.

[†**chorchia** *cod. SA* COLVM. 12, 49, 8, orchita *editt.*]

chorcolopis *v.* cercolopis.

chorco⟨r⟩ *i. q. hebr.* chodchod (ITALA Ezech. 27, 16 [Weing.]) *v. p. 1013, 40.*

chorda, -ae *f.*, *χορδή. legitur saepe in codd.* corda; *in titulis*: CARM. epigr. 489, 3. 607, 5. *cf.* GLOSS. III 491, 25 chorda corda. *editores in eligendis formis non consentiunt.* CAEL. AVR. acut. 3, 17, 144 nam veteres Graeci intestina -as vocaverunt. GLOSS. *χορδὴ τὸ ἔντερον. χορδὴ ἡ νευρά, χορδή. cf.* III 605, 39 sparruius (spasmus*?* *Goetz, an* chordapsus, *v. l. 65?*) cordarum tensio. *legitur inde a* CIC. VARRONE LVCR. [*val.* coardă, *it.* corda, *francog.* corde, *hisp.* cuerda. *M.-L.*]

I *proprie*: PETRON. 66 cocleas singulas et cordae frusta et hepatia. VESPA 80 (*in lusu verborum*) novit Apollo suas studiose tangere -as: et mihi per digitos texuntur quam bene -ae. CASS. FEL. 51 chordapsus est acutissima ... distentio cum tortione simili torturae -arum.

II *metonymice instrumentum ex intestinis vel nervis fabricatum*: **A** *pars lyrae* (*cf. Blümner, Technol. II 389*): **1** *de singulis filis*: CASSIOD. var. 2, 40, 12 hinc etiam appellatam aestimamus -am, quod facile corda moveat. ISID. orig. 3, 22, 6 chordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus -ae in cithara. CIC. de orat. 3, 216 voces ut -ae sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant. nat. deor. 2, 149 plectri similem linguam nostri solent dicere, -arum dentes. LVCR. 2, 412 musaea mele per -as organici quae mobilibus digitis expergefacta figurant. VARRO ling. 10, 46 e septem cordis citharae. *ibid.* quemadmodum crepat prima ad quartam cordam. HOR. sat. 1, 3, 8 modo summa voce, modo hac, resonat quae -is quattuor ima (PORPH. *ad l.* et a tetrachordo hoc sumptum, in quo est gravissimi soni -a, quae hypate dicitur). ars 348 nam neque -a sonum reddit, quam volt manus et mens. 356 citharoedus ... -a qui semper oberrat eadem. VITR. 5, 3, 8 organa in aeneis lamminis aut corneis *ἠχείοις* ad -arum sonitum claritatem perficiunt. 4, 8, 9 inter duo intervalla, cum -arum sonitus '...factus fuerit. 6, 1, 6 in organo -a, quae est proxima angulo. PAVL. FEST. p. 89 fides genus citharae dicta, quod tantum inter se cordae eius, quantum inter homines fides concordet. p. 163 cordarum ultima *νήτη* dicitur. p. 275 rasores fidicines dicti quia videntur cordas ictu radere. p. 324 ut in organo -ae, sic in machina intenduntur funes (*item* VEG. mil. 4, 21). PHAEDR. app. 12, 2 asinus iacentem vidit ... lyram ... et temptavit -as ungula. PLIN. nat. 7, 204 septem -is primum cecinit ... Terpander. HOMER. 882 illa lyrae graciles extenso pollice -as percurrit. IVV. 6, 382 radiant testudine tota sardonyches, crispo numerantur pectine -ae. HYG. astr. 2, 7 Mercurium ... septem -as instituisse ex Atlantidum numero (*cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 84 *sed ibid.* -as novem fecit a numero Musarum). PORPH. Hor. epod. 13, 9 corda, quam Mercurius invenit. ars 216 ante enim lyra septem -as habebat. CENS. 10, 8 *Pythagoras* -as aeque crassas ... tetendit. *ibid.* duas -as concinere. 10, 9 cum altera -a duplo maiore pondere quam altera tenderetur. 10, 12 inter tibiarum arumque naturam hoc interest. AVIEN. Arat. 619 curva religans testudine -as. AVSON. 336, 81 nomina sunt -is tria. SCHOL. Verg. Medic. ecl. 6, 67 huius in honorem IIII cord⟨a⟩s ⟨l⟩in⟨eas⟩ quae canerent fecit. PS. ASCON. Verr. p. 173 dextra plectro utitur ... sinistrae digitis -as carpunt. HIER. in Is. 16, 11 p. 275 si saltem una -a rupta fuerit (tract. in psalm. I p. 180, 12). 41, 17 p. 502 ne saltem una quidem -a de cithara domini ... deesse videatur (tract. in psalm. I p. 147, 4. *cf.* CASSIOD. in psalm. 146, 7). VVLG. psalm. 32, 2 in psalterio decem -arum psallite illi (*δεκαχόρδῳ. cf.* PS. RVFIN. in psalm. argum. p. 644^{C}. SEDVL. carm. pasch. 1, 23 [op. pasch. 1, 1 decacordo psalterio]). PS. DAMAS. epigr. 63, 3 quot digitis, citharam -is totidemque dicavit. CYPR. GALL. gen. 186 *Iobalus* musica plectra repperit et vario concordes murmure -as. PS. RVFIN. in psalm. 12, 1 percutiebat -as, resonabat organum. MART. CAP. 9, 955 tetrachordos est quattuor -arum ... divisio. SIDON. epist. 8, 9, 4 -ae lyricae violentius tensae. BOETH. mus. 1, 2. 3. 10. 20. 4, 5. arithm. 2, 50 p. 160 protensis -is. cons. 3, 12, 21 *Orpheus* blanda sonantibus -is carmina temperans. CASSIOD. in psalm. praef. p. 11^{B} vocalem citharam viventium -arum permixtione componunt. 4 -arum fila religata (150, 3). CARM. epigr. 607, 5 murmurant et chitari corde cum voce decores. *nota in imagine*: HIL. in psalm. 143, 20 in decacordo igitur psalterio id est vel quod decem -arum illud psalterium sit ... vel quod homo ipse decem quibusdam -is manibus ac pedibus extentus ... sic psallat. HIER. in Nah. 3, 7 p. 569 citharoedus, qui possit dissonantes -as eius in unam harmoniam contrahere. in Is. 23, 15 p. 327 universae -ae virtutum quae quondam fuerant relaxatae, in laudes domini componantur. tract. in psalm. I p. 147, 3 omnes -ae vestrae vocales sint. CASSIOD. in psalm. 32 concl. tales siquidem mandatorum -ae sonuerunt, ut si eas internis auribus recipiamus *eqs.* **2** *latiore sensu fere i. q. lyra, fides sim. imprimis apud poetas numero plurali* (*cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 17, 18 fides autem -ae dicuntur): CASSIOD. in psalm. 150, 4 quoniam praeter psalmum et citharam ... alia inveniri poterant, quae -arum tensionibus personarent, generaliter -as posuit, ut omne ipsum instrumentum musicum domini laudibus imputaret. LVCR. 2, 505 Phoebeaque daedala -is carmina. 4, 584 -arumque sonos fieri dulcisque querelas, tibia quas fundit. 4, 981 citharae liquidum carmen -asque loquentes auribus accipere. NEP. Epam. 2, 1 cantare ad -arum sonum. CIRIS 178 non arguta sonant tenui psalteria -a (STAT. silv. 4, 4, 53). COPA 7 cyathi, rosa, tibia, -ae. HOR. carm. 4, 9, 4 verba loquor socianda -is. TIB. 2, 5, 3 vocales impellere pollice -as (OV. met. 10, 145 CLAVD. carm. min. app. 2, 17). OV. am. 2, 4, 27 querulas habili percurrit pollice -as (met. 5, 331). rem. 336 non didicit -as tangere (DRAC. Romul. 9, 205 VEN. FORT. carm. 2, 9, 5). fast. 2, 108 reddidit icta suos pollice -a sonos (LYGD. 4, 70). MANIL. 5, 329 hinc venient vocis dotes -aeque (boreae, horeae *v. l.*) sonantis. SEN. Ag. 338 licet et -a graviore sones. Med. 626 *Orphei* ad -as modulante plectro restitit torrens. Tro. 833 tinnulas plectro feriente -as (cordas *E*). epist. 87, 12 tibia aut -a aut organum aliquid aptatum ad usus canendi. *cf.* 87, 14. PERS. 6, 2 lyra et tetrico vivunt tibi pectine -ae*?* LAVS Pis. 241 carmina Romanis etiam resonantia -is. STAT. Ach. 1, 187 leviterque expertas pollice -as dat puero. silv. 5, 5, 31 eburno pollice -as pulso, sed incertam ... scindo chelyn. IVV. 3, 63 Orontes ... cum tibicine -as obliquas nec non gentilia tympana secum vexit. 15, 5 dimidio magicae resonant ubi Memnone -ae. AVSON. 44, 3 et -as et plectra et barbita conde. SERV. georg. 3, 2 *Apollo* Nomius vocatur ... *ἀπὸ τῶν νόμων*, id est a lege -arum. AMBR. Iac. 2, 9, 40 hac suavitate cordarum inferna calcavit. VVLG. psalm. 150, 4 laudate eum in -is (*χορδαῖς*) et organo. PRVD. cath. 9, 5 concinebat voce, -a et tympano. SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 16 -a, voce, metro. carm. 6, 30 *Orpheus* docuit -as dicere Calliopam. DRAC. Romul. 7, 81 quatiant dulces Museo pectine -as (9, 107). CORIPP. Ioh. 4, 579 non -ae, non aera gemunt. MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 3 *ars* cogitur vitio servire -arum. HIST. Apoll. rec. A 16 cum nimia dulcedine vocis cordarum sonos miscebat. *ibid.* miscetur vox cantu modulata -is. VEN. FORT. carm. 7, 1, 1 Orpheus orditas moveret dum pollice -as. 9, 7, 15 eloqui -is mea dextra nescit pollice dulci. 10, 11, 2 dulcibus et -is admodulare lyram. carm. app. 12, 5 sed quamvis dubio trepidet mea -a relatu. spur. 1, 22 cum daret arte melos vox lyra -a chorus. CARM. epigr. 489, 3 pulsabat pollice -as.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *i. q. nervus arcus*: Ps. Cens. frg. 12, 4 -ae sonantis suavitatem in arcu.

C *i. q. funis*: Gloss. πλεκτή. cordam ex aqua: πλεκτὴν ἐξ ὕδατος. Amm. 13, 4, 2 *stilus ballistae* multiplici -a nervorum tortilium illigatus. Anon. Vales. 14, 87 accepta -a in fronte diutissime tortus ... fuste occiditur. Sidon. epist. 1, 2, 5 languentem -ae laqueum vagantis. Vict. Vit. 1, 43 diu ac saepius tibias torquendo tinnientibus cordis. *ibid.* ubi tortores nervicas -as diruptas esse viderunt, allatis ... fortioribus -is atque cannabinis. Ven. Fort. vita Leob. 5, 18 frontem eius -is fortiter circumdantes et pedes fustibus astringentes.

deriv.: chordula. *compos.*: chordifex (*graece*: chordapsus *v. infra l. 18 sq.*).

chordapsus, -ī (*acc.* -on *l. 18*) *m.*, χορδαψός, *nomen morbi.* Cels. 4, 20 Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χορδάψον, plenioris εἰλεόν nominavit. Chiron 206 cordapsus. 211. 232 (Veg. mulom. 1, 41 exoritur et alia causa doloris asperior, quae graece -us appellatur. 1, 49 nam hac passione -us fieri consuevit). Cael. Avr. acut. 3, 17, 144 alii hanc passionem -on vocaverunt, quod non aliter quam chordae intestina tendantur. Cass. Fel. 51 ileos ... sive -us est acutissima ... distentio cum tortione simili torturae chordarum. Cael. Avr. acut. exc. p. 479 cap. tit. 16 Oribas. syn. 2 add. p. 842 qui yleos dolore patiuntur aut cordapsu. Gloss. III 598, 33 flegma frigida longaone illigata. 605, 39 *v. p. 1017, 58.*

c(h)ordifex, -ficis *m.*, *cf. c.* chorda *et* facere. Gloss. V 550, 33 (565, 54) qui cordas facit.

c(h)ordula, -ae *f. a* chorda *deminutive.* Veg. mulom. 1, 56, 17 cum pedibus suis et cordulis intestinorum mundis.

chordus *i. q.* cordus.

chorēa, -ae *f.*, χορεία. Serv. Aen. 6, 644 -re- corripuit propter metrum, alibi ait secundum naturam (*9, 612*) ... ergo aut systolen fecit aut antithesin i pro ει ponens, nam graecum est nomen. Schol. Hor. carm. 1, 9, 16 -ae a choro dictae, quod iunctis manibus saltetur. *acc.* -ān: Varro Men. 269 -an astricen. *scribitur* corea Corp. IV 1337. Gloss. *saep.* *paenultima corripitur*: Verg. Aen. 6, 644 Tib. 1, 3, 59 Prop. 2, 19, 15 Vers. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 95 Avson. 393, 50 Carm. epigr. 1282, 8. *producitur*: Lvcr. 2, 635. 636 Catvll. 64, 287 Verg. *bis* Hor. *ter* Tib. 1, 7, 49 Prop. *quater* Ov. *quater* Cvlex *bis* Manil. *bis. al. cf.* Serv. *l. 31 et* Aen. 9, 612. Prisc. gramm. II 24 χορεία -a, e paenultima modo correpta modo producta. Isid. orig. 6, 19, 6 -ae ludicrum cantilenae vel saltationes classium sunt (*cf.* Gloss. V 185, 28). Gloss. graece saltatio cum cantilena classium concinentium. -ae: cantus cantantum. -as: sonus [in]ludorum a choro dictum. cantica a choro tractum. Not. Tir. 106, 18 -ae. *inde a* Catvllo Lvcr. Varrone Men. *apud poetas in usu est, e scriptoribus habent* Apvl. *ter, postea* Hier. *al.* *locus corruptus*: Mart. 10, 70, 9 nunc consul praetorve tenet reduces †-eae.

1 *sensu proprio i. q. saltatio*: Lvcr. 2, 635 cum pueri circum puerum pernice -a ... pulsarent aeribus aera. Catvll. 64, 287 *Tempe* Naiasin (*Haupt*) linquens †doris celebranda -is (Cvlex 19). Verg. Aen. 6, 644 pars pedibus plaudunt -as et carmina dicunt (*in versu Homerico* ϑ 264 χορός *locum significat, ubi saltatur*). 9, 612 iuvat indulgere -is (Claud. rapt. Pros. 3, 102. Anth. 17, 185). 10, 224 agnoscunt longe regem lustrantque -is. Cvlex 120 quantum te *tenuit*, pernix, remorantem, diva, -a (pernix *cum* diva *coniungendum, cf. Leonis adn.*) Hor. carm. 1, 9, 16 sperne puer neque tu -as. 2, 19, 25 -is aptior et iocis. 4, 6, 15 laetam Priami -is falleret aulam (Claud. carm. min. 30, 143). Tib. 1, 3, 59 hic -ae cantusque vigent. 1, 7, 49 genium ludo geniumque -is concelebra (Hier. in Zach. 2, 8 p. 839). Prop. 1, 3, 5 Edonis fessa -is ... concidit. 2, 19, 15 nuda -as imitabere sura (Manil. 5, 239). 3, 10, 23 tibia nocturnis succumbat rauca -is. Ov. met. 8, 582 immemores nostri festas duxere -as (8, 746. 14, 520. fast. 3, 537 Bvc. Eins. 2, 18 Hyg. fab. 88 p. 85 astr. 2, 21 [*de stellis.*] Pavl. Nol. carm. 26, 44 Cypr. Gall. exod. 1151 Drac. Romul. 7, 11 Carm. epigr. 358, 2. Avien. orb. terr. 1002 Maeonis hic etiam deducit turba -as). Germ. 666 cum ... Doridos et Panopes spectasset stulta -as. Colvm. 10, 269 Cereris proles vestris intenta -is. Petron. frg. 19 Aegyptias -as. Calp. ecl. 4, 129 licet et cantare -is (-as *dett. et* Drac. Romul. 6, 33). Apvl. met. 10, 29 ludicris scaenicorum -is. Socr. 14 p. 149 *gaudent* Graeca *numina* plerumque -is. Ter. Mavr. 2144 pendeat ex umeris dulcis chelys apta -is. Vers. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 95 vocat ... acris -is. Diom. gramm. I 479 *et* Sacerd. gramm. VI 498 *v. p. 1020, 44.* Symm epist. 1, 8 vers. 8 simul innatat -is. Opt. Porf. 20[a], 21 votaque iam theatris reduntur et -is. Ivvenc. 2, 366 qui sponsi laetis comitantur vota -is. 3, 57 compositas cantu iungit modulante -as. Clavd. 12, 11 Athesis strepat -is. 15, 448 imploret citharas cantatricesque -as. 22, 381 iam prata -is pulsent (Victric. 8). carm. min. 25, 22 mixtaeque -is auditae per rura lyrae. Ps. Rvfin. in Os. 2, 11 cum tota regio -is ... lasciviret. Pavl. Nol. carm. 14, 109 pariter castis date carmina festa -is. 21, 83 quod ... casto regat ore -as. Mart. Cap. 1, 1 seu tibi quod Bacchus pater est placuisse -as. 9, 888 lepidisque assueta -is non valeo tristes cernere Cecropidas. Cypr. Gall. exod. 1206 bacchantis cernit populi fervere -as. Sidon. epist. 9, 13, 5 dape, poculis, -is. carm. 5, 219 Scythicisque -is. 22, 175 tacitis Cererem venerata -is. Drac. laud. dei 2, 802 magnas in laude -as certatim resonant. Carm. epigr. 1282, 8 nec saltus vitam protulit aut -ae. Corp. IV 1336 Phosphor tuis -is (1337). 1338 *et* 1341 Restituta tuis -is.

nota de sideribus: Varro Men. 269 cum pictus aer ... caeli ⟨ch⟩orean astricen ostenderet. Manil. 1, 672 *planetae* exercent varias naturae lege -as. Hyg. astr. 2, 21 *v. p. 1019, 64.* Chalc. transl. p. 39[B] omniumque octo motuum perspicua esset -a. p. 40[C] stellarum vero -as. comm. 65 ad spectaculum caelestis -ae. 124 stellarum errantium opera, quae propter modulatam et consonam celebrantur agitationem, quam *Plato* appellat -am *eqs.* Avien. Arat. 143 *draconem* compta Lycaoniis includunt plaustra -is. Clavd. carm. 21, 84 tunc exultasse -is astra ferunt. Mart. Cap. 2, 126 beata virgo, tantis quae siderum -is thalamum capis iugalem. *de bestia*: Mart. 1, 104, 9 molles dare iussa quod -as nigro belua non negat magistro. *in imagine de carmine componendo*: Prop. 2, 10, 1 sed tempus lustrare aliis Helicona -is. *fere i. q. homines saltantes*: Prop. 2, 30, 37 hic ubi me prima statuent in parte -ae. Clavd. carm. 10, 337 insere te nostris contempto iure -is. **2** *sensu latiore i. q. caterva, ordo*: Apvl. Plat. 2, 23 *animam* habituram loco (loca *Scaliger*) deorum -is semideumque permixtam. Ivvenc. 1, 292 vatumque -is invenit insertum *Iesum mater.* Avson. 393, 50 virgineas inter -as Deoida raptam (Prvd. psych. 242). Prvd. cath. 9, 1 -is ut canem fidelibus dulce carmen.

chōrepiscopātus, -ūs *m. a* chorepiscopus. *munus chorepiscopi*: Canon. Migne 56, 762[B] providendum est locum ubi aut corepiscopatus aut presbyterii sit. 67, 149[C] providebit ei aut -us (χωρεπισκόπου) aut presbyterii locum.

✕chōrepiscopus, -ī *m.*, χωρεπίσκοπος. Canon. Migne 56, 827[D] -us id est vicem ad consuetudinem episcopi. Isid. eccl. off. 2, 6, 1 -i id est vicarii episcoporum, iuxta quod canones ipsi testantur ... tanquam consacerdotes *eqs.* Canon. Migne 56, 395[A] ut sit in parochia -us. 56, 438[B] vicariis episcoporum, quos Graeci -os dicunt. *cf.* 56, 446[A]. 67, 154[A] -is non licere presbyteros aut diaconos ordinare Epist. pontif. 874 Migne 65, 20[D] ab episcopis et non a -is ... missis celebrare. Pallad. hist. mon. I 37 p. 324[D] Timothei ... -i.

deriv.: chorepiscopatus.

choreuontes Not. Tir. 106, 17 (chareontes *codd. plur.*, careuntes *Guelf.*) *inter* gymnasium *et* choreae. χορεύοντες. *fem. graece*: Varro rust. 3, 17, 4 cum eodem tempore insulas Lydorum ibi χορευούσας vidisses.

chorēus (**chorīus**), -ī *m.*, χορεῖος. Mar. Victorin. gramm. VI 45 -ius ἀπὸ τῆς χορείας. Diom. gramm. I 479 -ius autem ideo dictus, quia choreis huius compositio convenit. Sacerd. gramm. VI 498 *trochaeum* alii -ium appellant, quia ad choros aptam modulationis continet rationem. *nom.* -os: Ter. Mavr. 1488. *acc. sing.* -on: Ter. Mavr. 1874. 2152. Diom. gramm. I 477. *corripitur secunda syllaba* chorĭos (-on): Ter. Mavr. 1488. 1874. 2152. *exaequatur*: **1** *trochaeo*: Cic. orat. 193 trochaeum autem, qui est eodem spatio quo -eus. 212 duo extremi -ei sunt, id est e singulis longis et brevibus. Qvint. inst. 9, 4, 80 *iambo* contrarium e longa et brevi -eum, non ut alii trochaeum nominemus (140. Ps. Bass. gramm. VI 307. *cf.* Diom. gramm. I 477). 9, 4, 82 tres breves trochaeum *efficient*, quem tribrachyn dici volunt qui -eo trochaei nomen imponunt. 9, 4, 137 *iambi* meliores -eis qui ab longis in breves cadunt. Prob. cath. gramm. IV 42 -ius id est trochaeus (*cf.* Sacerd. gramm. VI 494. 499 Fortvn. gramm. VI 288 Mar. Victorin. gramm. VI 128. 207 Avg. mus. 2, 8, 15). Ter. Mavr. 1386 χόριος (χορεῖος *M*) idem (*i. e. trochaeus*) nuncupatur a magistris plurimis 1488 nam qui -ios dicitur et trochaeus idem est. 1874 praemonui -ion dici quem saepe trochaeum dicimus. Ps. Cens. frg. 13, 2 -ius ex longo et brevi. Mar. Victorin. gramm. VI 86 nam trochaeum veteres -ium appellant. *cf.* 127. 128 duabus brevibus *tribrachi* in unam coeuntibus, quae iambum seu -ium efficiant. **2** *tribracho*: Cic. orat. 217 par -eo trochaeus (*huc posuit Meyer, post* breves *Rufin., om. codd.*) qui habet tris breves. Diom. gramm. I 479 tribrachys ... quem ... plerique -ium nuncupant. Cledon. gramm. V 30 tribrachus: hic etiam -ius dicitur. Ivlian. Tol. gramm. V 323 tribrachus qui et -eus.

Cic. de orat. 3, 193 tres fere sunt extremi servandi ... pedes ... quos aut -ios (-eos *I*) aut heroos ... esse oportebit. orat. 217 si est extremus -eus. Qvint. inst. 9, 4, 95 dichoreus ... qui constat e duobus -eis. itemque paean qui est ex -eo et pyrrhichio. 9, 4, 102 bacchius ... vel -eum et spondeum ante ⟨se⟩ amat. 9, 4, 103 *sq.* 106 *sq.* 111. Ter. Mavr. 1905 pro -io tribrachys hic bis datus invenitur. 1907 ut -ius solvitur ita tribrachys est iambus. 2152 -ion solet *Sappho* admiscere. Ps. Cens. frg. 9, 1 -ium catalecticum tetrametron composuerint. 13, 4 uterque trinorum temporum iambus et -ius. 14, 4. 5. 10. Sacerd. gramm. VI 494 -ius et paeon tertius facient illam structuram Tullio peculiarem: 'esse videatur'. Fortvn. gramm. VI 280 ex -io et iambo choriambus ... ex iambo et -io antispastus. Mar. Victorin. gramm. VI 68 cum superiorem versum plerumque -ius, sequentem iambus terminet. Avg. mus. 3, 4, 9 nam -ius est quidem posterior et totidem temporum, sed non eodem modo plauditur *atque iambus.* Mart. Cap. 9, 993 dactylicus per -ium, qui ex iambi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

similitudine exordium mutuetur, dactylicus per -ium, qui ex similitudine trochaei videatur expressus. *nota*: MART. CAP. 9, 992 sunt sane qui etiam irrationabiles esse dicuntur, quos alogos vocitamus, quos etiam -ios appellare consuevimus. *nota adiective*: SACERD. gramm. VI 530 trimetrum brachycatalectum colurum -ium palintrochaicum fit cum *eqs.* *corrupte*: PLIN. nat. 10, 203 *v. p. 1013, 13.*

deriv.: choriacus.

choreutēs, -ae *m.*, *χορευτής.* HYG. astr. 3, 1 *Vrsae minoris stellae* duae -ae dicuntur, quod circum polum versantur. SCHOL. Germ. Bas. p. 60 praedicti autem duo reliqui vocantur -ae (*vocantur* SCHOL. Germ. Strozz. p. 115 ludentes; Sang. p. 116 circenses). *cf. Boll, Sphaera p. 259.*

choriacus, -a, -um *a* choreus. *neutr.* -on *l. 18.* PS. CENS. frg. 14, 6 tetrametros qui latine quadratus vocatur, -us talis est. MAR. VICTORIN. gramm. VI 82 pauca etiam de -o metro dicere quod est frequens in tragoediis. 168 ab Alcaeo sumptum -um heptasyllabum. FORTVN. gramm. VI 302 Philoxenus ait hoc heptasyllabon -on vocari et esse dimetron catalecticon Euripidion.

choriambicus, -a, -um, *χοριαμβικός.* *nom. acc. neutr. et acc. masc.* -on: BASS. gramm. VI 259 anacreonteon metrum ... quod musici bacchicon vocant, grammatici -on. 263. 270. PS. BASS. gramm. VI 305 trimetron -on catalecticon. TER. MAVR. 1862 pentameter metrum quod erit -on edet. 2614 pedem dicunt quem -on. SACERD. gramm. VI 296 dimetron -on. GRAMM. VI 274. BASS. gramm. VI 268 convenit cum -o metro quod bacchicon musici vocant (TER. MAVR. 2607 SACERD. gramm. VI 534 FORTVN. gramm. VI 288. 300 MAR. VICTORIN. gramm. VI 86. 94. 149. 165. 178 DIOM. gramm. I 505 SERV. gramm. IV 463 MALL. THEOD. gramm. VI 597 SCHOL. Hor. carm. I 8 *init. omittitur* metrum: BASS. gramm. VI 264. PS. BASS. gramm. VI 312 SACERD. gramm. VI 500 FORTVN. gramm. VI 283 MAR. VICTORIN. gramm. VI 101. 127. 167 PRISC. gramm. III 459). SACERD. gramm. VI 534 -um dimetrum catalecticum (FORTVN. gramm. VI 297 MAR. VICTORIN. gramm. VI 145. 146. 172). FORTVN. gramm. VI 285 -um est trimetrum acatalectum (MAR. VICTORIN. gramm. VI 130). MAR. VICTORIN. gramm. VI 53 -i tetrametri acatalecti (172). 73 *et* 86 -um monometrum hypercatalectum. 152 octosyllabo qui -a compositione formatur. DIOM. gramm. I 501 -a *forma.* 508 -us est qui constat choriambo (-ico *A B M*) pede. 509 integer est -us. SIDON. epist. 8, 11, 7 in -o gravis. 9, 13, 2 vers. 3 hendecasyllabos ... cantare magis pro -is.

choriambus, -ī *m.*, *χοριάμβος.* *nom.* -os: TER. MAVR. 1877 iam sedeat -os item. *acc.* -on: AVSON. 393, 93 ut cludat -on antibacchus. TER. MAVR. 1487 est ante trochaeus, sequitur dehinc iambus: idcirco gemellum vocitarunt *χοριάμβον*: nam qui chorios dicitur et trochaeus idem est (*cf.* 1872 PS. BASS. gramm. VI 308 SACERD. gramm. VI 498. 499 FORTVN. gramm. VI 280 MAR. VICTORIN. gramm. VI 47. 87). DON. gramm. IV 370 *antispasto* contrarius est -us *eqs.* (DIOM. gramm. I 481 AVDAX gramm. VII 335). AVG. mus. 2, 18, 15 PRISC. gramm. II 287. III 459. *aliter* ISID. orig. 1, 16, 16 -us vero quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum est. BASS. gramm. VI 259 duos -os. TER. MAVR. 1882 nec enim cludit -us honeste. MAR. VICTORIN. gramm. VI 42. 64. 86. 127. 144. 208 DIOM. gramm. I 504. 505 AVG. mus. 4, 17, 35 SCHOL. Hor. expos. metr. p. 4, 10. *nota adiect.*: AVSON. 399, 37 -um carmen.

deriv.: choriambicus.

[volutatione in palaestra varia, quam Graeci celadian atque **choricomachiān** vocaverunt CAEL. AVR. chron. 5, 11, 133. *corrigendum* corycomachian, *q. v.*]

choricus, -a, -um, *χορικός.* *neutr. nom.* -on: CHAR. gramm. I 289 ita et melos nomina invenit, ut dicatur -on. DIOM. gramm. I 492, 11 (*ex Suet.*) quando enim chorus canebat, -is tibiis id est choraulicis artifex concinebat. SACERD. gramm. VI 524 tetrametrum -um hypercatalectum. *subst. masc.*: FIRM. math. 3, 12, 1 facient enim musicos -os et qui musicos modos faciant. *subst. neutr. i. q. metrum, cantus chori*: TER. MAVR. 1965 inserit haec aeque Pomponius in -is sic. DIOM. gramm. I 511 anapaesticum -um habemus in Seneca (517. AVSON. 350, 6. SERV. gramm. IV 462 de -o *sc. anapaestico*).

chorifis *v.* corofis.

chorion *n.*, *χορίον.* VARRO rust. 2, 1, 19 agni cordi, qui ... remanserunt in volvis intimis vocant -on, a quo cordi appellati. *cf. Aristot. hist. anim. 6, 10, 58.*

chorīus *v.* choreus.

chōrobatēs, *acc.* -ēn, *abl.* -ē, *m.* (-us, -ī *l. 79*), *χωροβάτης.* *t. t. architecturae s. geometriae.* VITR. 8, 5, 1 libratur autem dioptris aut libris aquariis aut -e, sed diligentius efficitur per -en ... -es autem est regula longa circiter pedum viginti *eqs.* 8, 5, 2 item eo -e cum perlibratum ita fuerit. 8, 5, 3 exemplar autem -i erit in extremo volumine descriptum. *v. Hultsch, PW. III 2439.*

chorocitharis⟨is⟩ NOT. Tir. 106, 83 (chorocitharis *sim. codd., corr. Schmitz, alii* chorocitharistria). **χορωκιθάριδες? cf.* chorocitharistes.

chorocitharistēs, -ae *m.*, **χορωκιθαριστής.* SVET. Dom. 4 certabant ... praeter citharoedos -ae quoque et psilocitharistae. NOT. Tir. 106, 84 choricitarestis *sim., corr. Schmitz.*

chorodidascalus, -ī *m.*, *χοροδιδάσκαλος.* HIER. tract. in psalm. I 77 p. 58, 9 *sq.* Asaph unus fuit de -is ... ergo de ceteris -is et iste unus est propheta.

chōrographia, -ae *f.*, *χωρογραφία.* VITR. 8, 2, 6 capita fluminum ... orbe terrarum -iis picta itemque scripta. DIVISIO orb. 1 divus Augustus ... per -am ostendit. *in titulis librorum*: PRISC. gramm. II 100 Varro in -a. 267 Cicero in -a. SVBSCR. Melae cod. Vat. 4229 (*cf. O. Jahn, Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. III [1851] 345*) Pomponii Melae de -a libri tres.

chōrographus, -ī, *m.* *χωρογράφος.* SERV. Aen. 3, 104 apud -os legimus. 6, 532 secundum -os et geometras. 7, 563 hunc locum umbilicum Italiae esse -i dicunt. CORP. VIII 12914 Aug(usti) cho-⟨rogr⟩apus pius vixit. *cf. Momms. suppl. p. 1337.*

choromagister, -trī *m. a* 1. chorus *et* magister. CORP. VIII 22643, 2 (*in lucerna*) vita Donato coromagistro. *v. Wölfflin, Archiv 2 (1883) 227; Gutjahr-Probst, ibid. p. 612.*

chorōna *v.* corona.

Graecis dicitur acoros **choros** (?) aphrodisias PS. APVL. herb. 7. *estne χορὸς ἀφροδισίων an dittographia?*

chōrs, chōrtālis, chōrtēs *v.* cohors, cohort-.

chortinon, -ī *n.*, *χόρτινον.* PLIN. nat. 15, 30 gramine herbae, quod -on vocant. 1, 22, 3 de oleo -o.

chortoplinthos, -ī *m.*, *χορτόπλινθος.* GLOSS. II 525, 56 cespes carthoplinthos. GLOSS. V 445, 50 cespite: -o, id est domus palearum. *cf.* II 478, 7 (*al.*) *χορτόπλινθον* caespes.

***1. chorus,** -ī *m.*, *χορός.* ISID. orig. 5, 39, 11 -us in Graecia inventus est. 6, 19, 5 -us est multitudo in sacris collecta (*item* SERV. Aen. 6, 517 GLOSS. Plac. V 12, 37) et dictus -us, quod in initio in modum coronae circum aras et ita psallerent (*contra* PAVL. FEST. p. 37 corona cum videatur a -o dici, caret tamen aspiratione), alii -um dixerunt a concordia, quae in caritate consistit (*spectat ad* VVLG. psalm. 150, 4 *cf. p. 1023, 22 et ibid. interpretes*). TER. MAVR. 221 *de* h *littera*: solas patitur quattuor ante consonantes, graecis quotiens nominibus latina forma est, si quando -os Phyllida rhamnos thyma dico. *cf.* 788. *legitur* corus: CARM. epigr. 661, 3. INSCR. christ. Hisp. 172, *saepius in codd.* quorus: APRING. in apoc. 4, 4. *vocativus* -us: SIDON. carm. 22, 18. *acc. plur. graecus* chorūs? *fort.* CVLEX 116 *v. infra l. 66.* *de significatione*: *Homerica notio localis, quae vocis antiquissima videtur esse (cf. Daremberg-Saglio II 1119; Reisch, PW. III 2374), latine non legitur.* SERV. georg. 1, 346 -us proprie est coaevorum cantus atque saltatio (ISID. eccl. off. 1, 3, 2, GLOSS.). AVG. in psalm. 149, 7 -us est consensio cantantium. CASSIOD. in psalm. 150, 4 -us est plurimarum vocum ad suavitatis modum temperata collectio. ISID. orig. 6, 19, 6 cum multi *canunt*, -us *appellatur.* GLOSS. *χορός.* lusus. -os: saltationes. -os exitare: cantus dicere. *multis locis distingui non potest, utrum vox de actione (I A) an de actore (I B) usurpetur.* *occurrit vox inde a* NAEVIO (*sed deest* PLAVTO TER.) *apud poetas; apud scriptores*: *singulis locis*: VITR. TAC. PLIN. epist. SVET., *bis*: SEN. phil. (trag. *11ies*), CIC. *6ies*, APVL. *18ies*, VVLG. *22ies*. *loci dubii*: VARRO Men. 466. MART. 1, 76, 3.

I ***sensu proprio:*** **A** *saltatio cum cantu acta*: **1** *generatim*: CARM. epigr. 55, 12 quae modo nobilium ludos decoravi -o. VERG. georg. 4, 533 nymphae, cum quibus illa -os lucis agitabat in altis (SEN. Herc. f. 879 AVIEN. orb. terr. 708). Aen. 1, 499 qualis in Eurotae ripis ... exercet Diana -os, quam mille secutae ... oreades (CLAVD. 28, 622 *de pyrrhicha.* CARM. epigr. 661, 3). 4, 145 Delum maternam invisit Apollo instauratque -os. 6, 517 *Helena* -um simulans, euhantes orgia circum ducebat Phrygias (VAL. FL. 2, 188 STAT. Ach. 1, 319. GLOSS. ludos fingens). 6, 657 conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam vescentes laetumque -o paeana canentes. 7, 390 mollis tibi (*Baccho*) sumere thyrsos, te lustrare -o, sacrum tibi pascere crinem (CARM. c. pag. 72). 11, 737 ubi curva -os indixit tibia Bacchi. catal. 9, 8 sanctos dignus inire -os. CVLEX 116 et satyri dryadesque -os (-us *var. lect., v. l. 39*) egere puellae Naiadum coetu (PROP. 2, 3, 18). HOR. carm. 1, 1, 31 me ... nympharumque leves cum satyris -i secernunt populo. 1, 4, 5 Cytherea -os ducit Venus (4, 7, 6 TIB. 2, 1, 56 Ov. trist. 5, 12, 8. LVCAN. 1, 597 Vestaiemque -um ducit vittata sacerdos. VAL. FL. 5, 344. AVIEN. orb. terr. 890 deduxere -os, Nysaei ludicra ritus. HIER. epist. 96, 16. 133, 4 VVLG. iud. 21, 21. 23 I reg. 18, 6 Iudith 3, 10 CLAVD. 9, 10 carm. min. 29, 28 rapt. Pros. 2 pr. 52 AVG. serm. ed. Mai 106, 2 PASS. Thom. 116, 17 *et* 157, 10). HOR. carm. 2, 12, 17 quam nec ferre pedem dedecuit -is. 3, 4, 25 vestris amicum fontibus et -is (*sc. Camenarum*). TIB. 1, 7, 44 -us et cantus et levis aptus amor. 3, 8, 24 dignior est vestro (*Musarum*) nulla puella -o (thoro *codd. vet., corr.* ς). PROP. 1, 17, 26 candida felici solvite vela -o, *Nereides.* 1, 20, 46 puellae miratae solitos destituere -os. 2, 28, 60 munera Dianae debita redde -os. 3, 1, 4 Itala per Graios orgia ferre -os. 4, 6, 70 Apollo ... ad placidos exuit arma -os. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 21 -osque habendos frequentes. Ov. met. 3, 685 inque -i ludunt speciem lascivaque iactant corpora (CLAVD. 17, 326 PROSP. in psalm. 150, 4). SEN. Ag. 317 tu quoque nostros Thebais hospes comitare -os. Herc. O. 366 Arcadia

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nempe virgo, Palladios -os dum nectit. 593 nos ... virgineos celebrare -os. VAL. FL. 2, 282 non similes iam ferre -os — semel orgia fallunt — audet (5, 239). HOMER. 881 resonant castae paeana puellae dantque -os molles (MART. 4, 54, 4). STAT. Theb. 2, 722 sive Aonia devertis Ithone laeta -is, *Pallas*. 4, 209 cum te mihi sospite templa votivis implenda -is. silv. 1, 5, 3 nec ... te, Phoebe, -is et te dimittimus, Euhan. Ach. 1, 296 effulget tantum regina decori Deidamia -i. 1, 370 sociare -os ... hortantur. 1, 822 Scyreides ibant ostentare -os. 1, 838 rumpitque -os et plurima turbat *Achilles*. MART. 4, 55, 16 Tutelamque -osque Rixamarum. IVV. 11, 163 ut Gaditana canoro incipiant prurire -o. SVET. Cal. 37 inter -os ac symphonias litora Campaniae peragraret (VVLG. Luc. 15, 25 SERM. Corp. Vind. 21 p. 249, 21 RVRIC. epist. 2, 24). APVL. met. 4, 31 assunt Nerei filiae -um canentes (5, 15. 6, 24). 10, 32 Horae ... scitissimum construxerant -um (INSCR. christ. Hisp. 172 [= 401]). NEMES. ecl. 3, 55 omnia ludus habet cantusque -ique licentes (HIL. in Matth. 12, 22 cum -is canticisque saltatum. SCHOL. Germ. Bas. p. 90). SOL. 24, 10 *Atlas* -is Aegipanum undique personatur. AVSON. 336, 13 in causis numeros imitata -orum. Mos. 180 satyros vitreasque sorores consortes celebrare -os. AMBR. hex. 2, 2, 6 David ... caelos caelorum in ... laudantium deum constituit -o. VVLG. exod. 15, 20 egressae ... cum tympanis et -is (*cf.* iud. 11, 34 psalm. 150, 4 [AVG. *ad l.* EVCHER. form. 9 p. 57, 7 -us: concordia. PROSP. *ad l.*] SVLP. SEV. chron. 1, 26, 6). exod. 32, 19 vidit vitulum et -os (*cf.* ITIN. [Silv.] 5, 4). iud. 9, 27 factis cantantium -is. I reg. 21, 11 nonne ... huic cantabant per -os (29, 5 in -is. SORAN. p. 12, 6 *cf.* 18, 19). psalm. 149, 3 laudent nomen eius in -o (*ἐν χορῷ*. *cf.* PROSP. *ad l.* -i nomine concordia significatur laudantium, quorum voces nisi fuerint consonae, placare non possunt). VVLG. cant. 7, 1 quid videbis in Sulamite nisi -os castrorum? (*cf.* OPTAT. p. 72, 18 Elamitae latina lingua dicuntur -i castrorum). DICT. 6, 7 ut quisque eorum regum ... -o modulisque carminum praevaluerat. CLAVD. 4, 2 permissis iam licet ire -is. 5, 35 assuetumque -is ... Orontem. 10, 154 tranquillumque -is quatitur mare. 15, 188 tales audire -os. 19, 63 insula laeta -is. 20, 584 aula -is epulisque vacat. 22, 101 deae iunxere -os. 22, 421 nec minor in caelo -us est. 25, 2 Romanis fruitur nostra Thalia -is. 26, 368 inter vina -osque. 28, 492 exere nunc doctos ... -os. carm. min. 25, 99 iam fistula commodat usum responsura -is. rapt. Pros. 2, 149 aspernata -os. 2, 355 turbida sacris obstrepitant lamenta -is. 3, 288 vestros an forte petebat importuna -os? COMM. instr. 2, 19, 22 hymnificato -o placitoque Christo servite. DRAC. Romul. 6, 33 mixtis saltare -is, cantare choreas. CASSIOD. var. 2, 40, 13 hinc variis sonis efficitur quidam suavissimus -us. NICET. symb. p. 39, 6 fornicationibus, ebrietatibus, -is atque mendaciis (*paene i. q. lusus. cf.* GLOSS. Plac. V 59, 9 corus lusus. *Weyman, Archiv 14 [1906] 488*). VEN. FORT. carm. 3, 6, 47 clericus ecce -is resonat, plebs inde coraulis. CARM. epigr. 1387, 12 alterutrum tendere voce -um. *de piscibus*: AVSON. Mos. 83 squamigeri gregis ede -os. *in imagine de carmine quoque*: PROP. 2, 34, 42 ad molles membra resolve -os. 3, 2, 14 nec defessa -is Calliopea meis. 3, 5, 20 me iuvat ... Musarumque -is implicuisse manus. OV. trist. 5, 3, 10 egi in studiis vitam Pieridumque -o.

2 *de sideribus*: TIB. 2, 1, 88 currumque sequuntur matris (*i. Noctis*) lascivo sidera fulva -o (*G*, thoro *AVE*). *sim. sed magis ad notionem II accedunt*: HOR. carm. 4, 14, 21 Pleiadum -o scindente nubes (PROP. 3, 5, 36. *cf.* AVIEN. Arat. 592 germanoque -o subolis †lacerata ruinis. HYG. fab. 192 p. 123). MANIL. 2, 118 signorumque -os ac mundi flammea tecta. VAL. FL. 5, 565 qualis ab Oceano nitidum -us aethera vestit *stellarum* (APVL. mund. 1. 29 PS. MAR. VICTORIN. phys. 1 HIER. epist. 98, 2 CLAVD. 9, 16 RVFIN. Basil. hom. 2, 6). STAT. silv. 3, 3, 54 servit et astrorum velo -us (Ach. 1, 643 HIER. adv. Iovin. 2, 25 AVG. civ. 18, 23 SISEBVT. anth. 483, 49 IGNAT. ad Eph. 19, 2). APVL. met. 6, 19 ad istum caelestium siderum redies -um (MAR. VICTORIN. ad Iust. 2). Plat. 1, 10 si hic olim -us antiquus steterit. Socr. 2 p. 120 radiantes deos, quibus caeli -um comptum et coronatum ... visimus (IVL. VAL. 1, 8). AVSON. 369, 4 fortuna ... septeno moderanda -o *i. planetarum*. CLAVD. MAM. anim. p. 149, 12 distinctis numerose -is et musicis intervallis aetherem pingunt *sidera*.

B *personae quae saltant vel cantant vel homines vel nymphae sim.*: **1** *generatim*: NAEV. com. 75 quasi in -o [pila] ludens datatim dat se[se] et communem facit *puella*. VARRO Men. 438 cum sex pueri et puellulae pariter item sex aut septem in utroque cum -o pari vagarunt. CIC. Phil. 5, 15 saltatores citharistas, totum denique comissationis Antonianae -um in tertiam decuriam iudicum ... coniectum. VERG. georg. 1, 346 omnis quam -us et socii comitentur ovantes. Aen. 5, 240 audiit omnis Nereidum Phorcique -us Panopeaque virgo (*cf.* 5, 816 tum variae comitum facies, immania cete et senior Glauci -us Inousque Palaemon. SEN. Oed. 446 PLIN. nat. 36, 26 STAT. silv. 2, 2, 19 MART. epigr. 26, 1 APVL. apol. 31 MART. CAP. 9, 915 SIDON. carm. 22, 18 DRAC. Romul. 7, 147). VERG. Aen. 8, 287 iuvenum -us, ille senum, qui carmine laudes Herculeas et facta ferunt. HOR. carm. saec. 75 doctus et Phoebi -us et Dianae dicere laudes. epist. 2, 1, 134 poscit opem -us (PORPH. *ad l.* quod quis per -os a dis impetrat puerorum ac virginum poetae ascribendum esse). PROP. 1, 19, 13 illic (*apud inferos*) formosae veniant -us heroinae. 3, 22, 10 tu licet aspicias ... Hesperidumque -os (*cf.* LVCAN. 9, 362 virgineusque -us). ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 3 ⟨bi⟩ni -i. OV. ars 3, 406 praemiaque antiqui magna tulere -i. met. 2, 441 suo comitata -o Dictynna per altum Maenalon ingrediens (*cf.* COLVM. 10, 264 Maenaliosque -os dryadum. STAT. Theb. 2, 521 silv. 1, 3, 77). OV. fast. 1, 512 et nemorum silvae Naiadumque -i este bonis avibus visi. CARM. de bell. Aeg. frg. ed. Ferrara [1908] 1627a ⟨vir⟩gineos parat illa choros (*cf.* PLIN. nat. 35, 96 Dianam sacrificantium virginum choro mixtam *et p. 1025, 62*). SEN. Ag. 373 te (*Pallada*) permixto matrona minor maiorque -o colit. 454 nunc prima tangens rostra lascivit -us. Tro. 202 Tritonum ab alto cecinit hymenaeum -us. benef. 1, 3, 4 quid ille consertis manibus in se redeuntium -us (*sc. Gratiarum?* APVL. met. 2, 8). epist. 84, 9 non vides, quam multorum vocibus -us constet? (*cf.* MACR. sat. 1 praef. 9. PS. SORAN. epit. 49). 84, 10 de -o dico, quem veteres philosophi noverant. COLVM. 12, 2, 4 ubi -us canentium non ad certos modos ... consentit. PETRON. 31 pantomimi -um, non patris familiae triclinium crederes. 34 gustatoria pariter a -o cantante rapiuntur. VAL. FL. 1, 845 ubi ... thiasique -ique virorum carminaque. SIL. 4, 692 nympharumque intima maestus implevit -us attonitis ululatibus antra (DRAC. Romul. 2, 53). STAT. Theb. 2, 615 hunc utero quondam Dryope Phoenissa gravato rapta repente -is ... ferebat. 5, 195 conticuere -i (CLAVD. rapt. Pros. 1, 210). silv. 1, 2, 17 te concinit iste ... -us (HIER. epist. 46, 2 NICET. psalm. p. 80, 9). Ach. 1, 622 consedere -i. PLIN. epist. 7, 17, 3 lyrica, quae non lectorem sed -um et lyram poscunt. AFRIC. dig. 21, 1, 34 pr. cum eiusdem generis plures res simul veneant veluti comoedi vel -us. APVL. met. 5, 3 ut quamvis hominum nemo pareret, -us tamen esse pateret. 10, 34 Venus ... laetitiam suam saltando toto cum -o professa est. 11, 9 sequebatur -us, carmen venustum iterantes. mund. 29 in -is, cum dux ... praecinit, concinentium vulgus ... resonant (HIER. epist. 54, 13 PS. RVFIN. in Os. 2, 14). 35 praecentor in -is. HIL. hymn. 2, 65 hymnos perennes angelorum cum -is (HIER. epist. 98, 1 RVFIN. hist. mon. 2, 16 AVG. in euang. Ioh. 1, 5 ZACCH. 2, 16 VAL. CEM. hom. 3, 3. DRAC. laud. dei 2, 209 -us angelicus [CARM. epigr. 1365, 20 *a. 506* INSCR. christ. Leblant II 650[A]]. ENNOD. opusc. 5, 6 p. 395, 3 PALLAD. hist. mon. I 13). FILASTR. 129, 5 David ... quattuor -os posuit (*cf.* VVLG. II reg. 6, 12). HIER. epist. 46, 10 tot paene psallentium -i (VVLG. thren. 5, 14 CONC. Turon. a. 567 p. 123, 21. 128, 7 BENED. reg. 43). 54, 13 fidicinas et psaltrias et istiusmodi -um diaboli. VVLG. II Esdr. 12, 31 statui duos magnos -os laudantium. 12, 37. 39. Ier. 31, 4 et egredieris in -o ludentium. 31, 13 tunc laetabitur virgo in -o. thren. 5, 15 versus est in luctum -us noster. PANEG. 12, 37 hic tibi triumphum -us ... dicebat. AMM. 14, 6, 19 tria milia saltatricum cum -is totidem remanerent. CLAVD. 28, 158 nymphasque -is iam redde sorores. NICET. psalm. p. 71, 3 Moyses ... Israhelis -os instituit (ISID. eccl. off. 1, 3, 1 *sq.*). DRAC. Romul. 10, 523 saltantum fugere -i. CASSIOD. var. 4, 51, 9 assistunt consoni -i diversis organis eruditi (9, 21, 3 consonantibus -is). BENED. reg. 43 non stet in ordine suo in -o. *cf.* 44. 63. CONC. Cabil. a. 639/54 p. 212, 15 cum -is feminis turpia quidem decantare videantur.

2 *speciatim*: **a** *de Musis*: VERG. ecl. 6, 66 utque viro Phoebi -us assurrexerit omnis (catal. 4, 7). PRIAP. 2, 7 castas, Pierium -um, sorores auso ducere mentulam ad Priapi (OV. Pont. 1, 5, 58 LAVS Pis. 244 MART. 7, 69, 8. 12, 3, 8. *sim.* AVIEN. orb. terr. 9). PROP. 2, 30, 34 hic quoque non nescit quid sit amare -us. OV. ars 3, 168 *crines* palam venire videmus Herculis ante oculos virgineumque -um (*de templo Herculis Musarum*). met. 5, 270 in partem ventura -i Tritonia nostri. fast. 5, 80 prima sui coepit Calliopea -i. PHAEDR. 3 prol. 19 sancta Mnemosyne Iovi fecunda novies artium peperit -um. VAL. FL. 5, 693 Musarum -us et citharae pulsator Apollo assunt (APVL. met. 5, 28 PS. APVL. Ascl. 9 MART. CAP. 2, 117 SIDON. epist. 5, 17, 9). MART. CAP. 9, 908 honoratior fontigenarum virginum -us Pegaseae vocis nectare diffluebat. **b** *de Corybantibus*: CATVLL. 63, 30 citus adit Idam properante pede -us. MAECEN. *v. p. 1025, 39*. VERG. Aen. 9, 111 ingens visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus Idaeique -i (GLOSS. IV 434, 7 multitudines sacrae. *cf.* PROP. 3, 17, 36). PROP. 4, 7, 62 quaque aera rotunda Cybebes mitratisque sonant Lydia plectra -is. SEN. Phaedr. 106 Atthidum mixtam -is iactare ... faces. VAL. FL. 2, 537 Idaeaque mater et -us ... ululârunt. SIL. 17, 20 semivirique -i ... qui Idaea iuga et lucos novere silentes. STAT. Theb. 12, 226 pinigeri rapitur Simoentis ad amnem dux vesana -i. IVV. 6, 512 furentis Bellonae matrisque deum -us intrat. **c** *de Bacchis*: PROP. 2, 32, 38 hoc et hamadryadum spectavit turba sororum Silenique senes et pater ipse -i. 3, 17, 22 Indica Nysaeis arma fugata -is (*cf.* CLAVD. 8, 604 transferret ... in te Nysa -os). OV. met. 11, 86 cumque -o meliore sui vineta Timoli Pactolonque petit. fast. 3, 764 femineos thyrso concitat ille -os (STAT. Theb. 9, 479 AVIEN. orb. terr. 1005). 6, 510 non venit haec nostris hospes amica -is. STAT. Theb. 4, 379 silvestris regina -i decurrit in aequum. Ach. 1, 647 Bacchi comites ... signa -is indicta putant. TAC. ann. 11, 31 strepente circum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

procaci -o *Baccharum*. AVIEN. orb. terr. 752 -us ingens feminei coetus pulchri colit orgia Bacchi. AMM. 22, 8, 23 Liber ... orgia pristina reparavit et -os. d *de choro dramatis*: α *de choreutis*: HOR. ars 193 actoris partes -us officiumque virile defendat neu quid medios intercinat actus (PORPH. *ad l.* ne viris agentibus feminarum inducatur -us neve feminis virilis). 204 tibia ... aspirare et adesse -is erat utile. 283 -usque turpiter obticuit sublato iure nocendi (*in nova comoedia*). MANIL. 5, 484 aequabitque -os gestu. PHAEDR. 5, 7, 25 tunc -us ignotum mo⟨do⟩ reducto canticum insonuit. SEN. suas. 2, 13 dixerunt enim non omnes semel (simul *v. l.*) tamquam in -o. DON. Ter. Andr. praef. 2, 3 ubi et quando scaena vacua sit ab omnibus personis, ita ut in ea -us vel tibicen obaudiri possint. CLAVD. 20, 364 his necdum commissa -o cantatur Agaue. β *i. q. pars fabulae*: ACC. carm. frg. 13 sed Euripides, qui -os temerius in fabulis. VARRO ling. 6, 60 in -o in quo est: 'Aenea!' *eqs.* 6, 94 'illici' et 'inlicis' quod in -o Proserpinae est. VITR. 5 pr. 4 poetae comici interponentes e -o canticum diviserunt spatia fabularum. BASS. gramm. VI 272 *libri*, quos de melicis poetis et de tragicis -is scripturi videmur (TER. MAVR. 1958. 2135 MAR. VICTORIN. gramm VI 115. 121. 171 fabularum -os. *sim.* GRAMM. VI 274). GELL. praef. 20 mutuabor ex Aristophanae -o anapaesta pauca. 19, 10, 12 in eius tragoediae -o inscriptos esse hos versus legimus. COMM. instr. 2, 16, 22 et -os historicos et cantica musica quaeris. EVANTH. de com. 3, 1 comoedia vetus ab initio -us fuit *eqs.* ... latinae igitur, comoediae -um non habent. MAR. VICTORIN. gramm. VI 99 hoc metro veteres satyricos -os modulabuntur. DIOM. gramm. I 490 'aut agitur res in scaenis aut acta refertur' (*Hor. ars 179*) sicut in -o. 491 membra comoediarum ... diverbium, canticum, -us. HIER. chron. a. Abr. 1995 Pylades Cilix pantomimus ... primus Romae -um et fistulam sibi praecinere fecit.

II ***sensu latiore*** *i. q. caterva, comites, conventus* (*cf.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 21 *essentia* disiuncta ... et quasi acervatim in unum redacta concilium, ut grex, populus, -us, acervus. GLOSS. multitudo. V 516, 18 tagma curia seu corus): A *de hominibus*: 1 *generatim*: LVCIL. 93 chaere, inquam, Tite, lictores, turma omnis -usque. VARRO Men. 308 quis poculis ‡argenteum (marcentium *Bücheler*) -um intro ibit popino? CIC. Mur. 49 Catilinam *videbant* stipatum -o iuventutis. Att. 14, 8, 2 Baiana negotia -umque illum... describam. MAECEN. carm. frg. 5 latus horreat flagello, comitum -us ululet (*de Magnae Matris choro?* VERG. Aen. 10, 219). VERG. georg. 4, 460 at -us aequalis dryadum clamore supremos implerunt montes (OV. fast. 4, 451 CLAVD. rapt. Pros. 2, 239). Aen. 5, 581 olli discurrere pares atque agmina terni diductis soluere -is (SERV. *ad l.* -is aciebus. CLAVD. DON. *ad l.* in -os solverunt agmina id est in partes). 5, 718 omnibus in templis matrum -us. HOR. carm. 2, 5, 21 Gyges, quem si puellarum insereres -o (HIER. epist. 22, 7 CONC. Autiss. a. f. 573—603 p. 180, 15). ELEG. in Maecen. 1, 129 quaesivere -i iuvenem (-um *Scaliger*) sic Hesperon illum. OV. fast. 2, 156 Callisto sacri pars fuit una -i (*sc. Dianae*; ARATOR act. 2, 68 INSCR. christ. Rossi II p. 295). 2, 590 *Iuppiter* convocat... nymphas... et iacit in medio talia verba -o. 5, 352 *Flora* volt sua plebeio sacra patere -o. Ib. 84 divi veteresque novique in nostrum cuncti tempus adeste -i (cori, thori *codd.*, chao *ed. Ven. a. 1474*). SEN. Med. 93 haec cum femineo constitit in -o (SIL. 7, 76 . PETRON. 124, 255 emergit late Ditis -us. CARM. epigr. 1109, 34 omnis caelicolum te -us exc⟨ipiet⟩. STAT. silv. 2, 3, 26 pudici decrescet mihi turba -i (*sc. Dianae*). MART. 5, 51, 2 notariorum ...-us lēvis. 7, 50, 4 Ganymedeo luceat unda -o (*i. pueris pulchris*). 10, 62, 3 et delicatae diligat -us mensae. CELS. dig. 32, 79 pr. si -us aut familia legetur. APVL. met. 8, 26 sed illae puellae -us erat cinaedorum. ARNOB. nat. 7, 10 universus ille doctissimorum -us. IVVENC. 4, 465 vestrosque -os docebo (*Christus*). FIRM. err. 19, 6 huius sponsi adventum sapientium virginum -us expectat (HIER. epist. 108, 2 SVLP. SEV. epist. 3, 19 VICTRIC. 5. *cf.* PS. AMBR. laps. virg. 6, 22 processus in ecclesiam inter virgineos -os. HIER. epist. 22, 41 CARM. epigr. 1355, 10 *et p. 1024, 10*). CHALC. comm. 189 *animae* ad immortalis dei et aeternarum potestatum divinarum -os revertantur. CARM. epigr. 1530^{b}, 3 tendit dextras -us inde deorum (*cf.* CLAVD. 27, 16 plaudebant numina dictis et circumfusi sacra corona -i). TRACT. in Luc. 1, 1 ut dicamus cum apostolico -o. *cf.* HIER. in Is. 21, 11 p. 307 dominus loquitur ad apostolorum -um (28, 10 p. 378. 40, 9 p. 483 RVFIN. hist. 3, 32, 8 AVG. serm. ed. Mai 134, 3 NICET. hymn. te deum p. 84, 7 VICT. VIT. 3, 40 APRING. in apoc. 4, 4. 21, 12). HIER. epist. 3, 1 monachorum invisere -os (46, 10. c. Ioh. 4). 54, 5 omnis consonat -us et latrant universa subsellia. *cf. p. 1024, 50.* 60, 7 *Nepotianum* sanctorum mixtum -is (65, 22 adv. Rufin. 3, 22 RVFIN. hist. 5, 1, 11 ALC. AVIT. carm. 6, 506 APRING. in apoc. 1, 13. 21, 18 INSCR. christ. Leblant I 52). HIER. epist. 60, 10 aut ad Aegypti monasteria pergere aut Mesopotamiae invisere -os. 98, 9 indignus et profanus -o Christi. c. Ioh. 11 tu et -us tuus canino rictu ... loquebamini. RVFIN. hist. 8, 13, 4 martyrum sociatus est -is (HIER. in Mich. 6, 2 p. 501 universus martyrum -us fortia fundamenta sunt terrae). CLAVD. 1, 175 extemplo strepuere -i. carm. min. 31, 52 me sancto cingeret aula -o. CARM. epigr. 1347^{B}, 27 hunc tu, Christe -is iungas caelestibus. AVG. civ. 6, 7 in -o meretricum abscisus aut mollis intravit. EPIST. MAXIM. Aug. in psalm. 36 serm. 2, 20 a sacerdotali -o perpetuo esse damnatum. QVEROL. p. 18, 20 suscipe quod exoptas toto cum -o. MART. Cap. 1, 32 Parcarum -us humana pensat. 2, 167 longaevorum -i qui ... appellantur ... Panes Fauni Fontes. VAL. CEM. hom. 14, 6 acclamantium -os. 19, 1 laetantium -us. SIDON. epist. 2, 2, 10 clientularum sive nutricum loquacissimus -us. VICT. VIT. 2, 52 unum ex ipso -o doctorum ... incendio concremavit. ENNOD. carm. 2, 130, 4 mens *mortui* est niveis quam bene iuncta -is. CONC. Turon. a. 567 p. 134, 17 circumsaepto clericali -o. PALLAD. hist. mon. I pr. p. 247 Petrus ... cum reliquo discipulorum -o. INSCR. christ. Rossi II p. 128 caecorumque -us dux tibi lucis erit. p. 285 trahis victor ad astra -os. Leblant I 54, 25 curvorum hinc -us helciariorum. *nota de societate fidelium*: ALC. AVIT. hom. 25 p. 146, 4 cuius fundamentum Christus est, fides machina ...-us ecclesia. *cf.* CASSIOD. hist. 6, 33 ad christianorum translatus est -um. *de bestiis*: LACT. Phoen. 157 alituum stipata -o volat illa per altum. *in imagine*: LACT. epit. 34, 4 Diogenes *Cynicus* cum -o canum suorum. INSCR. christ. Leblant I 594 alleluia novis balat ovile -is. *rerum incorporearum pro personis*: HIL. trin. 2, 32 omnes patriarchas, prophetas et omnem -um legis illuminans. PS. AMBR. laps. virg. 3, 10 quid facies coram Maria ... et immaculato -o puritatis? HYMN. Ambros. 1, 1, 11 omnis errorum -us vias nocendi deserit. HIER. epist. 22, 41 alius castitatis -us (30, 14). 117, 4 sanctum pudicitiae -um. tract. in Luc. p. 378, 25 ut *angeli* -um laetitiae faciant. PETR. CHRYS. serm. 4 p. 194^{B} invidum fugat symphonia pietatis, -us caritatis excludit. SEDVL. op. pasch. 1 p. 176, 13 inter beati dogmatis -os (carm. pasch. 1, 24 sanctoque ... -o).

2 *speciatim i. q. schola, ordo*: CIC. fin. 1, 26 totum Epicurum paene e philosophorum -o sustulisti (ARNOB. nat. 2, 34 si nobis haec gaudia ... Plato ... promisisset aliusve ex hoc -o). CARM. epigr. 961 Stallius... ex Epicureio gaudivigente -o. HOR. carm. 4, 3, 15 dignatur suboles inter amabiles vatum ponere me -os. epist. 2, 2, 77 scriptorum -us omnis amat nemus. OV. ars 3, 534 hic -us (*sc. poetarum*) ante alios aptus amare sumus. Pont. 3, 4, 68 sunt mihi vobiscum communia sacra, poetae, in vestro miseris si licet esse -o (ARNOB. nat. 4, 16 omnis ... poetarum -us). trist. 5, 3, 52 ubi est nostri pars modo Naso -i? STAT. silv. 2, 7, 23 Romani colitur -i sacerdos (*sc. Lucanus mortuus*). 5, 3, 56 sed Phoebi simplex -us. COMM. instr. 2, 1, 11 sanctorum -us prophetarum ad illam consurgeret plebem (HIER. epist. 96, 12 tract. in psalm. II p. 65, 21 in Gal. 3, 1 p. 418 RVFIN. hist. mon. 16 VAL. CEM. hom. 10, 5 APRING. in apoc. 5, 6. CASSIOD. inst. div. 3 prophetico -o). FIRM. err. 4, 2 hoc numen est, cui aliter servire sacerdotum suorum -us non potest. CLAVD. 28, 422 hunc civis dignare -um *principum* conspectaque dudum ora refer. RVFIN. hist. 4, 22, 9 omnis antiquorum -us. BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 4 p. 209, 2 cum Plato tum plurimus doctorum -us arbitratus est. APRING. in apoc. 4, 10 patrum -us scribitur adorare (5, 2 CASSIOD. inst. div. 17). 21, 12 omnem patriarcharum -um. NOVELL. Iust. 6, 2 expellatur a sacro episcoporum -o.

B *de rebus*: CIC. Tusc. 5, 13 iste -us virtutum in eculeum impositus imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate (off. 3, 116 HIER. epist. 78 mans. 20. 98, 2. 100, 3 in Is. 49, 1 p. 562 MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 2). AVIEN. Arat. 37 istius ille anni pulcher -us (*sc. quattuor anni tempora*). AMBR. hex. 3, 4, 19 sibi per hunc circuitum et -um quendam concordiae societatisque conveniunt *elementa* (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 908^{A} quasi circulus quidam et -us compaginatus). 3, 5, 23 plaudant insulae tranquillo fluctuum sanctorum -o. MACR. sat. 7, 1, 5 matronarum talium -us (*philosophiae sim.*). *nota de re corporea*: DRAC. laud. dei 1, 186 arboreus -us.

deriv. gr.: chorea (*cf. p. 1019, 32*), choreus (*v. p. 1020, 45*), choricus, chorion. *cf.* choreuontes, choreutes. *compos.*: choromagister. *gr.*: choragus, choraules, choriambus (*v. p. 1021, 50*), chorocitharistes (-arisis?), chorodidascalus. meso-, octo-, trichorus

2. chōrus, -ī *m.*, χῶρος. IGNAT. ad Rom. tit. in loco -i Romanorum (ἐν τόπῳ χωρίου). *deriv. gr.*: chorographus (-ia).

3. chōrus *v.* caurus. **4. chorus** *v.* 4. corus.

choryza (HIPPOCR. progn. 14 chorizas) *i. q.* coryza, *v. vol. IV p. 1082, 28sq. et add. s. v.* coryza. *Reisch.*

chotonath (כְּתֹנֶת), *vestis lino fabricata apud Hebraeos* (*quocum nomine cohaeret graec. χιτών, lat.* tunica. *cf. Walde, Etym. Wörterb. p. 642*). HIER. epist. 64, 11 ex lino tunica est ποδήρης, id est talaris, duplici sindone, quam et ipsam Iosephus byssinam vocat appellaturque -ath, id est χετών, quod Hebraeo nomine in lineam vertitur (*cf.* IOS. arch. 3, 7, 2 χεθομένη μὲν καλεῖται. λινοῦν δὲ τοῦτο σημαίνει. χεθὼν γὰρ τὸ λίνον ἡμεῖς καλοῦμεν). haec adhaeret corpori et tam arcta est et strictis manicis, ut nulla omnino in veste sit ruga et usque ad crura descendat. ... solent militantes habere lineas, quas camisias vocant ... ergo et sacerdotes parati in ministerium dei, utuntur hac tunica. *Jacobsohn.*

chranne *theod. i. q. partus*. LEX Sal. 2, 1 si quis porcellum lactantem furaverit de chrannae (chranne, rhanne, hranne, chranea, ranne *var. lect.*) prima aut de mediana (de franne *vel* de cranne *al.*) ... CXX dinarios... culpabilis iudicetur. *ibid.* add. 1 si vero in tertia chranne (rhanne, hramne, heranne, chranne *var.*) fuerit. capit. 6, 3, 4 si quis porcellum lactantem de rane furaverit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

chremastēr *i. q.* cremaster.

chrēmatiōsus pecuniosus GLOSS. lib. gloss. (*Loewe, gloss. nom. p. 164*). *cf.* χρηματίας. cermatiosus (*a* κερμάτιον) *coni. Loewe.*

chrenecruda *theod. i. q. terra collecta de quattuor angulis domus legaliter in aliquem proiecta.* LEX Sal. 58 tit. de -a. *ibid.* super illum -a ille . . . iactet. *cf. Behrend p. 121 adn.*

chrēsimon: haec sola ex voluntate uniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur ISID. orig. 1, 20, 22. *notae figura est:* ☧

chrēstiānus *v.* Chrestus *nom. propr.*

chrēstologus, -ī *m.*, χρηστολόγος. CAPITOL. Pert. 13, 5 male Pertinacem loquebantur, -um eum appellantes, qui bene loqueretur et male faceret. PS. AVR. VICT. epit. 18, 4.

chrēston, χρηστόν *n., herbae nomen.* PLIN. nat. 20, 74 *cichorium* propter singularem salubritatem aliqui -on appellant, alii pancration. 1, 20, 30.

chrīa, -ae *f.*, χρεία, *figura rhetorica*: SEN. epist. 33, 7 pueris et sententias ediscendas damus et has, quas Graeci -as vocant. QVINT. inst. 1, 9, 4 sententia universalis est vox, ethologia personis continetur. -arum plura genera traduntur: unum . . . alterum . . . tertium *eqs.* 1, 9, 5. 2, 4, 26. DIOM. gramm. I 310, 2 tit. de declinatione exercitationis -arum. GRAMM. VI 273, 7 tit. de -a. *ibid.* -a est dicti vel facti praecipua memoratio. . . . dicti -a in tres species dividitur: est enim praepositiva . . . percunctativa . . . refutativa. IVL. RVF. rhet. 18 p. 43 χρεία sententia necessaria. PRISC. rhet. 2, 8 p. 552 usus est, quam Graeci χρείαν vocant, commemoratio orationis alicuius vel facti vel utriusque simul, celerem habens demonstrationem, quae utilitatis alicuius plerumque causa profertur. usuum alii sunt orationales, alii activi, alii mixti. ISID. orig. 2, 11, 2 inter -am et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, -a sine persona numquam dicitur. unde si sententiae persona adiciatur, fit -a, si detrahatur, fit sententia.

✖**chrīsma,** -atis *n.*, χρῖσμα. *vox sermonis ecclesiastici.* GRAMM. suppl. 44, 18 *de declinatione. femin.* chrisma, -ae: LIB. pontif. p. 89, 5 vasum ad oleum -ae argenteum. p. 89, 7 patenas ad -am. MONTAN. epist. 2, 2 ius consecrationis -ae. *adde:* ISID. vir. ill. 45 *infra l. 64.* PS. ORIG. tract. 10 p. 115, 24 *p. 1028, 18.* ISID. orig. 6, 19, 50 -a graece, latine unctio nominatur, ex cuius nomine et Christus dicitur, et homo post lavacrum sanctificatur (*cf.* 7, 2, 3. GLOSS. unctio). eccl. off. 2, 26 tit. -is unguentum Moyses primum in exodo composuit, quo primi Aaron et filii eius in testimonium sacerdotis peruncti sunt. deinde et reges eodem -e sacrabantur . . . iam non solum pontifices et reges, sed omnis ecclesia unctione -is consecratur. *vox deest* VVLG., *sed cf.* ITALA Dan. 9, 26 (Weing.) ⟨po⟩st hebdoma⟨de⟩s septuagin⟨ta⟩ duas interi⟨bi⟩t -a (χρῖσμα, VVLG. Christus). I Ioh. 2, 20 (Priscill. tract. 1, 17) quod -a (VVLG. unctionem) habemus a sancto. [*it.* cresima, *francog.* crème, chrême. *M.-L.*]

1 *i. q. unctio*: TERT. bapt. 7 unde Christus dicitur a -e, quod est unctio, quae domino nomen accommodavit (RVFIN. symb. 6 Christus a -e id est ab unctione appellatur. AVG. civ. 16, 38. 17, 6. 16 quaest. hept. 1, 84 MAR. MERC. comp. 3 PROSP. sent. 346 [344]. VEN. FORT. expos. symb. 13 ARATOR act. 1, 32 ISID. orig. *l. 37. et saepe*). CYPR. epist. 70, 2 accepto -e id est unctione. AMBROSIAST. in epist. Rom. 3, 31 adveniente Christo -a id est unctionem regalem cessare. AVG. in psalm. 108, 26 -a autem unctio est. EVCHER. instr. 2 p. 160, 16 CASSIOD. Didym. in I Ioh. p. 1784^{A} *al.* **2** *fere i. q. oleum consecratum*: TERT. adv. Iud. 13 in captivitate non licere unctionem -is regalis confici (FAVSTIN. trin. 5, 2 Aaron primus ex unctione -is factus est sacerdos. PS. AMBR. act. Seb. 11, 36 eum -is linivit unguento. RVFIN. symb. 6 et pontifices unguento -is consecrabantur et reges. hist. 1, 3, 7. PRVD. cath. 5, 156 lumen . . . tinctum pacifici -is unguine. AVG. serm. ed. Mai 117, 1 sacerdotes et levitae unctionem -is acceperunt. quaest. hept. 2, 135 SALV. gub. 3, 8 IOH. epist. ad Sen. 6. CASSIOD. in psalm. 137, 3 frons nostra sacri -is unctione signata est *al. nota*: ISID. vir. ill. 45 baptizatis infantibus -a [-ae *pars codd.*] post haec unctio tribuatur). CARM. adv. Marc. 3, 126 Samuel, cui reges ungere primum praeceptum, dare -a. OPTAT. 2, 19 p. 54, 4 ampullam -is. 7, 4 p. 174, 3 illum liquorem, qui ex nomine Christi conditur, quod -a, postquam conditum est, nominatur. p. 175, 10. FVLG. aet. mund. p. 173, 14 adhibito -is oleo. HIER. in Hab. 2, 3 p. 655 qui -a baptismi perdiderunt. GENNAD. dogm. 52 manus impositione et -e communiti (ISID. eccl. off. 2, 25, 9 *haeretici* solo -e et manus impositione purgandi sunt). RVFIN. hist. 1, 6, 11 -a, quod apud Iudaeos sacratissimum servabatur. 6, 43, 15 *quod Novatus* nec signaculo -is consummatus sit (σφραγισθῆναι). COMM. apol. 268 Daniel perungui designat et exterminari post illum -a regale (PRVD. c. Symm. 1, 586). PAVL. NOL. carm. 33, 24 divale sacrum libans et -e fragrans. epist. 23, 32 uncta est *Magdalena* -e sui muneris. AVG. civ. 17, 4 omnes unctos eius -e recte christos possumus dicere. 17, 10 omnes reges mystico illo -e consecrati (PRIMAS. in apoc. p. 918^{A}). CANON. Migne 56, 418^{A} ut presbyter -a nunquam conficiat (EPIST. pontif. 636 Thiel [Gelas. 14] 6. EVG. TOLET. epist. 1, 5 presbyteri de -e, quod sibi ipsi conficiunt, si tamen -a istud erit nominandum, baptizatos signare praesumunt [2, 12] ISID. epist. 1, 10 ad episcopum pertinet . . . unctio altaris, confectio -is. 1, 14. MONTAN. epist. 2, 2 ius consecrationis -ae. ILDEF. vir. ill. 3 LIB. pontif. p. 49, 9). MAX. TAVR. bapt. 3 caput vestrum -e i. e. oleo sanctificationis infundimus (*cf.* BACHIAR. repar. laps. 18 -is sanctificatione. SVLP. SEV. epist. app. 2, 10). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 530 singula contingit medicato -e membra. ALC. AVIT. hom. 17 p. 125, 27 odoriferi -is munere. carm. 6, 445 sancto signatos -e (OPTAT. 3, 4 p. 85, 16). CONC. Epaon. a. 517 p. 25, 5 altaria nisi lapidea -is unctione non sacrentur. EVG. TOLET. epist. 1, 3 -e praenotati sunt (2, 5). 2, 7 de -e benedicto ab episcopis. 2, 8 sancto et vero -e ab episcopo sacrato. GREG. TVR. Franc. 8, 20 ecclesiasque et -a benedicere. glor. mart. 23 conspersum desuper -a. GREG. M. epist. 4, 9 p. 242 episcopi baptizandos infantes signare in frontibus bis -e non praesumant, sed presbyteri baptizandos tangant in pectore. 4, 26 p. 261, 28 LIB. pontif. p. 49, 11. CARM. epigr. 1382, 5 sacerdotes docuisti, -e sancto tangere bis nullum iudice posse deo. INSCR. christ Hisp. 361, 11. **3** *chrisma spiritale et sacramentum -is*: FAVSTIN. trin. 5, 3 Petrus illud -a, unde salvator Christus ostenditur, docuit esse spiritum sanctum (PELAG. in II Cor. 1 p. 775^{C} *unxit nos deus* spiritu sancto vel -e. *cf.* PS. ORIG. tract. 10 p. 115, 24 homo, qui -a [crismam *F*] spiritale amiserit). PACIAN. bapt. 6 p. 138 lavacri et -is sacramento (epist. 1, 6 p. 21). PRVD. psych. 361 post inscripta oleo frontis signacula, per quae unguentum regale datum est et -ā perenne. AVG. civ. 17, 16 sicut unguit deus non visibili, sed spiritali atque intellegibili -e. c. Petil. 2, 104, 239 in hoc unguento sacramentum -is vultis interpretari; quod quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus (ISID. epist. 1, 8 quae aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in -e, in patina et calice). FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 47, 14 ut tantum benedictione -is induatur *haereticus.* ALC. AVIT. epist. 26 p. 57, 21 *personam* cum ministerio baptismatis etiam -e consignatam. CASSIOD. in psalm. 23, 8 baptismatis gratia, -is honor. CONC. Epaon. a. 517 p. 23, 2 presbyteros . . . decumbentibus haereticis, si conversionem subitam petant, -e permittimus subvenire. VEN. FORT. vita Marcell. 7, 26 futurus pontifex, qui dignus esset -a tractare. **4** *nota apud medicos*: ANON. med. ed. Piechotta 186 -a ad locum ubi dolet imponis.

deriv.: chrismalis, chrismarium. chrismare. (*graece*: chrismaticum. *cf.* christus).

chrīsmālis, -e *a* chrisma. LIB. pontif. p. 48, 6 patenam argenteam auro clusam -em (68, 8). *neutr. subst.* **chrīsmal,** ālis: GRAMM. suppl. 111, 26 appellativa in al desinentia neutralia sunt, ut hoc animal . . . crismal.

chrīsmārium, -ī *n. a* chrisma. *vas ad sanctorum reliquias includendas.* GREG. TVR. Mart. 4, 32 de pulvere beati sepulchri secum habens, elevatum -um contra ignem. CONC. Autissiodor. a. 573—603 p. 180, 8 cum -o et lenteo, sicut reliquiae sanctorum deportari solent. VEN. FORT. vita Germ. 47, 130 cum -is suis diaconum dirigens.

chrisma, **chrīsmaticum** NOT. Tir. 120, 49 (124, 34). *χρισματικόν.

chrīsmo, -āvī, -ātum, -āre [*a* chrisma. *Th.*]. *i. q. unguere, inde i. q. baptizare*: GREG. TVR. Franc. 2, 31 quae confessa aequalem filium patri et spiritum sanctum -ata est. 2, 34. 4, 27 beatam in unitate confessa trinitatem credidit atque -ata est. 4, 28 in lege catholica conversa fuerat et -ata. 5, 38 dum -retur, Iohannis est vocitatus. Mart. 1, 11 (*apud* GREG. TVR. *ubique de baptismo*). EVG. TOLET. epist. 1, 4 diaconos -are. *ibid.* qui ab eisdem -ati sunt. 2, 6. 2, 7 ut presbyter -are non audeat. 2, 8 -are non prohibemur haereticos, quos a vero chrismate invenimus extraneos. *ibid.* recto chrismate -vit. 2, 11. *Spelthahn.*

chrīstiānus *et al. deriv. de* Christus *v. nom. propr.*

✖**chrīstus,** -ī *m.*, χριστός, *unctus. nomen appellat. inde ab* ITALA; *sensu sub 1 et 2 allato plerumque substantive; adi.*: VVLG. II Macc. 1, 10 *p. 1029, 22* (RVFIN. Adamant. 1, 25? *v. p. 1029, 29*). **1** *i. q. rex vel sacerdos Iudaeorum, inde i. q. Messias eorum; cf.* LACT. inst. 4, 7, 7 nos eum -um nuncupamus, id est unctum, qui hebraeice Messias dicitur (AVG. in psalm. 103 serm. 3, 3, 13 Messias hebraice, graece -us, latine unctus). FAVSTIN. trin. 5, 2 sacerdotes et reges apud Israelitas olei unctione consignatos *esse* atque ideo -i vocabantur, -us enim quod graece dicitur, hoc apud Latinos unctus sive linitus est interpretatus. *ibid.* oleo uncti -i vocabantur (EVCHER. instr. 2 p. 160, 1 GLOSS. IV 218, 23. *cf.* III 278, 55 Χριστος . . . -us unctus. *sim. de Iesu nomine v. nom. propr. s.* Christus). HIER. in Dan. 9, 24 p. 684 principes . . . hoc est ἀρχιερεῖς et pontifices, quos -os ab eo, quod uncti sunt, scriptura cognominat. in Mal. 3, 1 p. 970 *referunt* ἠλειμμένον id est -um suum, quem dicunt, ultimo tempore esse venturum. in Is. 451 *sqq.* p. 532 *Cyrus* appellatus est -us (*v. p. 1029, 21*) id est unctus domini, quod erat insigne apud Hebraeos regiae potestatis, ut . . . regnaturi perfundebantur unguento. HILARIAN. curs. temp. p. 167, 23 omnis rex populi dei in divina lege -us appellatus est. RVFIN. Clement. 1, 45 -us autem dicitur eximio quodam religionis ritu, nam . . . . ut apud Persas Arsaces . . . ita apud Iudaeos communi nomine rex appellatur. AVG. civ. 17, 6 p. 218 D. ab eo chrismate -us est dictus. 17, 10 p. 229 D. c. Faust. 12, 44 nulla alia gens reges et sacerdotes suos -os habuit et vocavit. NICET. symb. 3 p. 41, 4 -us regiae dignitatis appellatio veluti salvator et (*om. pars codd.*) rex. PROSP. in psalm. 104, 12 *sqq.* CASSIOD. in psalm. 27, 11. ITALA

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I reg. 2,10 (Aug. civ. 17,4 *al.*) exaltabit cornum -i sui (*χριστοῦ αὐτοῦ*, VVLG. sublimabit cornu -i sui). 2, 35 (Cypr. testim. 1,17) transibit in conspectu -orum meorum omnibus diebus (*χριστοῦ μου*, VVLG. ambulabit coram -o meo cunctis diebus). 24,7 (Aug. civ. 17, 6 p. 218 D. *cf.* VVLG. *ibid.*) si fecero hoc verbum domino meo -o domini, inferre manum meam super eum; quia -us domini est hic. psalm. 88, 39 (Aug. civ. 17, 10 p. 229 D. *et* VVLG.) distulisti -um tuum. 104,15 (Aug. civ. 17, 9 p. 227 D.) ne tetigeritis -os meos (*at* ITALA Aug. quaest. hept. 6, 23 p. 442 *et* VVLG. nolite tangere, *cf.* VVLG. I par. 16, 22). Am. 4, 13 (Aug. civ. 18,28) adnuntians in hominibus -um suum (*τὸν χριστὸν αὐτοῦ*, VVLG. homini eloquium suum). Hab. 3,13 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 556 Aug. civ. 18,32 p. 302 D.) existi in salutem populi tui ad salvos faciendos (Aug.: ut salvos facias) -os tuos (VVLG. in salutem cum -o tuo). threu. 4, 20 (Aug. civ. 18,33 p. 304 D. *et* VVLG.) spiritus oris nostri -us dominus captus est in peccatis nostris. Ioh. 1,41 (Aug. c. Faust. 12,44) invenimus Messiam, quod interpretatur (VVLG. est interpretatum) -us. VVLG. I reg. 16, 6 num coram domino est -us eius? 24, 11 non extendam manum meam in dominum meum, quia -us domini est (26, 9. 11. 23). II reg. 19, 21 maledixit -o domini. 22, 51 faciens misericordiam -o suo David (psalm. 17,51). psalm. 19,7 salvum fecit dominus -um suum. Is. 45,1 haec dicit dominus -o meo Cyro (*cf.* HIER *ad l. p. 1028, 74*). II Macc. 1,10 *Aristobulus* qui est de genere -orum sacerdotum. Matth. 24, 5 multi enim venient . . . dicentes: ego sum -us (*cf.* Marc. 13, 21). Luc. 3, 15 ne forte *Iohannes* ipse esset -us. Ioh. 4, 25 Messias venit, qui dicitur -us. *et saepius.* HIER. in Mich. 2, 6 p. 493 ubi nos posuimus 'primates homines' . . . Symmachus interpretatus est '-os hominum'. Theodotio et quinta editio 'principes hominum', Aquila 'graves' vel 'constitutos homines'. RVFIN. Adamant. 1, 25 nondum adesse illum -um regem (*ὁ . . . χριστός*). PAVL. NOL. carm. 25, 239 -orumque (*i. sacerdotum*) domus sit domus haec Memoris. AVG. epist. 43, 23 *Saulem* -um etiam domini propter sacramentum . . . . unctionis appellat. *inde passim de Iesu quasi Messia Iudaeorum*: VVLG. Matth. 16,16 Petrus dixit: tu es -us filius dei vivi (Marc. 8, 29. 14, 61 Luc. 9, 20). 23, 10 magister vester unus est -us. act. 2, 36 dominum eum et -um fecit deus. *reliqua v. nom. propr. inde i. q. christianus, v. ibidem.* **2** *latiore sensu i. q. unctus*: FIRM. err. 22, 4 olore perunguentur fauces . . . . habet ergo diabolus -os suos. AVG. civ. 17, 4 p. 211 D. quis ergo est -us Christi? . . . omnes quippe unctos eius chrismate (*sc. sensu allegorico*) recte -os possumus dicere. **3** *i. q. ad chrisma pertinens, chrismaticus*: ITALA lev. 21, 10 (Aug. quaest. hept. 3, 79) cui (*pontifici*) fusum est super caput ex oleo -o (*τοῦ ἐλαίου τοῦ χριστοῦ*, VVLG. fusum est unctionis oleum. *cf.* AVG. *ad l.* ipsum oleum appellat scriptura -um). *Mbr.*

chrōma, -atis *n.*, *χρῶμα.* **1** *i. q. color* (GLOSS. color vel humores. ISID. orig. 10,45 *v. p. 1030, 7*): PORPH. Hor. epist. 1, 20, 24 solitum iacere sub sole et -a facere. **2** *t. t. musicae*: VITR. 5, 4, 3 genera sunt modulationum tria, primum quod Graeci nominant (h)armoniam, secundum -a, tertium diatonon . . . -a subtili sollertia ac crebritate modulorum suaviorem habet delectationem. *ibid.* -i (*i. tetrachordo -is*) duo hemitonia in ordine sunt composita, tertium trium hemitoniorum est intervallum. 5, 4, 6. 5, 5, 3. PS. CENS. frg. 12, 1. MART. CAP. 9, 956 -a *dicitur*, quod de hemitoniis componitur. sic ut enim quod inter album nigrumque est, color dicitur, ita hoc -a, quia inter utrumque est, nominatur. 9, 957 -a hoc modo melos accipit. 9, 959 sed cum tetrachordorum . . . divisiones innumerabiles sint, sex sunt notae: enarmoniae una; -is tres . . . , ipsum vero -a hemiolion fit ab hemiolia diesi eius quae sit enarmoniae. 9, 964. BOETH. mus. 1, 15. 1, 21 ut diceretur -a a superficiebus, quae cum permutantur, in alium transeunt colorem. 1, 23 in -e vero semitonio ac semitonio incompositoque triemitonio posita divisio est. 5, 16 *Aristoxenus* dividit *tonum* in tres partes, cuius tertiam vocat diesin -is mollis. 5, 18.

deriv.: chromatiarius (*graece*: chromatice, chromaticus). *comp. graec.*: monochroma.

chrōmatiārius, -ī *m.* [*a* chroma. *Th.*]. SCHOL. Pers. 4, 18 -ii dicuntur, id est colorarii, qui toto die in arena sunt vel in sole.

chrōmaticē, *acc.* -ēn *f.*, *χρωματική. t. t. musicae artis.* VITR. 5, 5, 4 in mediana *regione cellarum* prima in extremis cornibus ad -en hyperbolaeon habentia sonitum ponantur. *ibid.* ad -en diezeugmenon . . . synemmenon . . . meson . . . hypaton. *ibid.* et ad -en hyperbolaeon diapente et ad -en meson diatessaron habet consonantiae communitatem (*cf.* BOETH. mus. 4, 3 p. 310, 2 hypaton -e, quae est principalium chromatica. p. 310, 10 meson -e, quae est mediarum chromatica. p. 310, 18 synemmenon -e, quae est coniunctarum chromatica. p. 311, 8 diezeugmenon -e, quae est divisarum chromatica. p. 311, 19 hyperboleon -e, quae est excellentium chromatica). MART. CAP. 9, 930 nam tritemoria nominatur, quoniam habet partem tertiam toni itemque -e appellatur, quod chromaticum modulandi genus per ipsam funditur. 9, 966 dissentiunt melopoeiae ipsae modis pluribus inter se et genere, ut alia sit enarmonios alia -e, alia diatonos.

chrōmaticus, -a, -um, *χρωματικός.* **1** *in re musica*: VITR. 5, 5, 5 in -o genere. MACR. somn. 2, 4, 13 melodiae musicae tria genera: enarmonium, diatonum et -um . . . tertium vero est infame mollitie. MART. CAP. 9, 930. 9, 942 ergo enarmonius -us itemque diatonus . . . indicia sunt generum modulandi. 9, 949 alia -a, alia diatonica *sunt diastemata.* BOETH. mus. 1, 1 p. 184, 4 quod armoniam . . . in genus -um, quod mollius est, invertisset. 1, 21 p. 213, 20 trium generum descriptio per omnia tetrachorda discurrens: diatonum . . . -um . . . enarmonium. 4, 3 p. 310, 2. 10. 19. p. 311, 8. 19 *v. p. 1029, 76.* **2** *homo tardi iecoris*: ISID. orig. 10, 45 -us, quia non confunditur nec colorem mutat. graece enim *χρῶμα* color vocatur. GLOSS. IV 150, 8 procax: protervus vel importunus aut -us.

chromis, *acc.* -in *f.*, *χρόμις, piscis marinus.* OV. hal. 121 immunda -is. PLIN. nat. 9, 57. 10, 193 produntur clarissime audire lupus, salpa, -is. 32, 153 -in, qui nidificet in aquis. *add. nom. propr.?*

chronica (-ae *et* -ōrum) *v.* chronicus.

chronicālis, -e *a* chronicus. GREG. TVR. Franc. 10, 31 non sequitur haec supputatio numerum chronicale(m).

✱**chronicus,** -a, -um, *χρονικός.* GLOSS. V 352, 19 -on temporale. *formae graecae*: *fem. acc.* chronicēn: MAR. VICTORIN. *l. 27* VIRG. gramm. *l. 57. nom. acc. neutr. sing.* chronicon: GLOSS. *l. 17* HIER. prol. gal. *l. 31* ISID. orig. 6, 1, 7.

I *generatim*: **A** *adiective*: GELL. 17, 21, 1 ex libris, qui -i appellantur. AVG. civ. 4, 6 qui -am historiam persecuti sunt (8, 11 quaest. hept. 2, 47). THEOD. PRISC. log. 28 frequenter lege -a, statutis et praefinitis veluti temporibus commoventur *colici.* 32 per -a tempora producitur *gonorroea.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 12 fiunt ex syllabis pedes ordine incrementorum, quem Graeci syllabicen parauxesin vocant, item temporum, quem Graeci -en parauxesin nominant. **B** *substant.*: **1** chronicon (-um?), -ī *n.*: GELL. 17, 21, 3 Cornelius Nepos in primo -o (chronicorum *var. lect.*) dicit. HIER. in Dan. 9, 24 p. 688 in -o Eusebii. prol. gal. Dibre haiamim id est 'verba dierum', quod significantius -on (*χρονικόν Amiat.*) totius divinae historiae possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon (*παραλιπόμενον Amiat.*) primus et secundus inscribitur (ISID. orig. 6, 1, 7 dibre haiamim, quod est verba dierum, hoc est paralipomenon, qui et -on). **2** chronica, -ōrum *n.*: CASSIOD. inst. div. 17 -a . . . sunt imagines historiarum brevissimaeque temporum commemorationes. ISID. orig. 5, 28 -a dicitur graece, quae latine temporum series appellatur, qualem apud Graecos Eusebius edidit. GLOSS. V 350, 6 temporum series. PLIN. nat. 35, 58 -orum errore non dubio. GELL. 15, 16, 1 in -is scriptum est. AVG. civ. 18, 27. 37 in -is invenitur. 18, 47. SVLP. SEV. chron. 1, 36, 6 -orum annotationem secuti. 1, 42, 1. 1, 46, 5 in paralipomenis atque etiam in -is. 1, 46, 6 -orum auctoritati accessimus. 2, 5, 7. 2, 6, 1 CONC. Turon. a. 567 p. 129, 22. *pro titulo*: GELL. 17, 4, 5 in libro *Apollodori*, qui -a inscriptus est. AVSON. 405, 1 Nepotis -a (*cf.* GELL. 17, 21, 3 *supra l. 29*). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 25 in -is tuis (*i. Hieronymi*). hist. 1, 1, 6 in -is id est in eo opere, quod de temporum ratione conscripsimus. AVG. civ. 18, 31 in -is Eusebii et Hieronymi (16, 16. 18, 8). *adde*: SVLP. SEV. -orum libri. HYD. continuatio -orum Hieronymianorum. PROSP. epitoma -orum *al.* **3** chronica, -ae *f.*: FAST. Vind. II chron. I p. 296, 494 Horosius et Prosper fecerunt -as. HYD. chron. II p. 17, 37[A] qui (*Sulpicius Severus*) et -am . . . scripsit. CHRON. Alex. chron. I p. 112, 202 ad textum -ae. GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 33, 11 per -as vel historias anteriorum annorum. p. 34, 23 evidenter -ae Eusebii . . . proloquuntur. 1, 7 p. 37, 15 Severus narrat in -a. **4** chronicē, -ēs *f.*: VIRG. gramm. epit. 8 p. 67, 17 per reliquas orationis padas (*i.* partes) velut per -en (*sc. ἱστορίαν*) unam tantum epitomam sumus exposituri.

II *technice, apud medicos* (*cf.* chronius): **A** *adi.*: THEOD. PRISC. log. 2 omnes acutae febres vel aegritudines . . . de -is vero . . . expediam. 24 haec passio acuta est et temporalis, numquam penitus sociata cum -is (45 causae vel passiones -ae. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 39 in -is passionibus. 2, 9, 40. *cf. tit.* -arum sive tardarum passionum libri). **B** *subst.*: **1** *masc. i. q. aeger chronica passione*: THEOD. PRISC. log. 61 -os vero . . . non iam ut medicorum medelis, sed magis tantum amicorum solacio visitamus. **2** *neutr. plur. i. q. passio chronica*: THEOD. PRISC. log. 39 transactis acutis passionibus . . . ad -a descendimus. **3** *fem. subst. idem*: ISID. orig. 4, 7, 1 -a est prolixus morbus, qui multis temporibus remoratur.

adv. **chronicōs,** *χρονικῶς*: ISID. diff. 1, 436 inter 'post' et 'pone' hoc videtur interesse, quod post semper chronicos ponimus.

deriv.: chronicalis.

chroniotēs (-tētis?) *f.* CASS. FEL. 49 p. 128, 14 sunt ictericorum distantiae duae, una cum febricula et appellatur a Graecis oxytes id est acuta, altera sine febre diuturna quae appellatur chroniotes (croniot- chronitates. p. 128, 16 chronites, cron- *codd.*). GLOSS. III 599, 5 croniotis morbus regius sine febre.

c(h)ronius, -a, -um, *χρόνιος. apud medicos i. q. chronicus. formae graecae*: *neutr.* -on *l. 82.* SORAN. p. 59 aliquando fit *praefocatio matricis* acuta et aliquando -a. *ibid.* si frequentius occurrendo effecta fuerit valetudo -a. PS. SORAN. quaest. med. 93 quid est -on nosema? longa vel diuturna aegritudo (*cf.* CASS. FEL. 72 p. 174, 20 in diuturna aegritudine, quam Graeci -am vocant). CAEL. AVR. acut. 2, 4, 21 -as passiones (2, 28, 148 tarda atque obtusa *passione*, quam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graeci -am vocant. 3, 16, 135 chron. 4, 8, 118 CASS. FEL. 30 p. 62). 2, 10, 74 etiamsi in -as venerit *passio* febres (2, 12, 83). CASS. FEL. 1 p. 2, 7 capitis inveterata passio, quas Graeci -as diathesis vocant. 33 p. 70, 16 ad longi temporis tussiculas, quas Graeci -as bechas vocant. *subst.*: *neutr. plur.*: CHIRON 249 quascumque valetudines aterapeuta⟨e sunt⟩ et -a. CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 479 veteres vero causae, quae -a graece dicuntur (GLOSS. III 598, 37). *fem. sing.*: PS. SORAN. quaest. med. 86 quid est -a? longa vel diuturna aegritudo.

chronocratōr, -oris *m.*, *χρονοκράτωρ*. FIRM. math. 2, 26, 1 -em dixerunt Graeci temporum dominum (4, 1, 8). 4, 20, 2 in singulari libro, quem de domino geniturae et -e ad Murinum ... scripsimus.

chronographia, -ae *f.*, *χρονογραφία*. HYD. chron. II p. 13, 2 *Eusebius* Graeci sermonis -ae concludit historia.

chronographus, -ī *m.*, *χρονογράφος*. CHRON. Alex. chron. I p. 119, 258 necesse est ad historiam currere -um per Ebreorum regna. SIDON. epist. 8, 6, 18 Eusebium -um.

chronos (-us), *acc.* -on, *χρόνος*. GLOSS. IV 224, 10 chronus (chornus *libri complures*) tempus. APVL. mund. 37 Saturnum etiam illi quasi -on quendam, inceptum ab origine interminum affinem appellant. PAVL. NOL. carm. 32, 101 *Saturnum* Cronon dicunt fictequ Chronon, quia tempus quae creat absumit rursusque absumpta promittit. *reliqua v. nom. propr.*

deriv. graeca: chronicus, chronius. chroniotes. *compos. gr.*: chronographus (-ia), chronocrator. *Spelthahn.*

chrotta *v.* crotta. **chrypta** *v.* crypta *vol. IV 1260, 36.*

[**chrȳsallion,** -ī *n. nomen herbae?* PLIN. nat. 1, 25, 90 psyllion sive ...-on. 25, 140 crysalion, chrisalion, crisanion *codd.*; crystallion *corrigendum, v. vol. IV 1262, 49 sqq.*]

chrȳsallis, -idis *f.*, *χρυσαλλίς*. PLIN. nat. 11, 112 inde porrigitur vermiculus parvus ... mox eruca, quae ... accrescit, immobilis, duro cortice, ...quam -em appellant. rupto deinde cortice volat papilio. 15, 117 est genus *tinearum* tunicas suas trahentium ... si accrevere, faciunt -em. 1, 11, 37 -es. *de re v. Wellmann, PW. III 2482.*

chrȳsanthemon (-um), -ī *n.*, *χρυσάνθεμον*, *nomen herbae*. *masc.* -us: ORIBAS. *l. 42* GLOSS. *l. 44.* *saepius in codd.* cris- *v. infra.* PLIN. nat. 21, 168 heliochrysum alii chrysanth⟨em⟩on vocant, ramulos habet candidos ...ad solis repercussum aureae lucis in orbem veluti corymbis dependentibus *eqs.* 26, 87 vesicae *medetur* ... trifolium ... et -um primum (*fort.* purpureum *?*). 1, 26, 55 -um. DIOSC. 3, 149 leucantemon et crisantemon urinam bibitae provocant. ORIBAS. syn. 1, 22 purgant perre (*i. porri?*) radix et ruta et crisantimus. GLOSS. III 610, 9 crissantinum id est flumi (*i. phlomi*) flores (*cf.* 558, 33 crissantinus fluminis flores. 581, 14 carisantine i. flumen floris. 588, 32 crisantinum. 622, 35 crisantinam id est fumus flores).

chrȳsanthus, -ī *m.*, **chrȳsanthum,** -ī *n.*, *χρύσανθος*, *herba*. CVLEX 405 -usque hederaeque nitor pallente corymbo. DIOSC. 4, 53 de grisogonon aut grisantum dicunt (*cf.* DIOSC. 4, 56. 57 W.). [PLIN. nat. 21, 168 *v. l. 37.*] *v. nom. prop'r.* *Stadler.*

chrȳsatticum, -ī *n.* (*sc. vinum*), *χρυσαττικόν*. GLOSS. II 478, 60 *χρυσαττικόν* -um. Plac. V 12, 6 crissaticum (*corr. Kettner ex* crisatium, cristaticum): genus quoddam vini. EDICT. imp. Diocl. 2, 14 crhysattici (*sic*). CASS. FEL. 46 cum vino -o (crisatico, orisatico *cod.*). CORIPP. Iust. 3, 100 fusca dabant fulvo -a (*corr. Barth*, fulboris attica *cod.*) vina metallo. PLIN. VAL. 5, 8 vinum autem bonum est dare -um.

chrȳsēlectrus, -ī *m.*, *ex gr. χρυσήλεκτρον tractum.* *nom. plur.* -oe *l. 59.* PLIN. nat. 37, 51 *Callistratus* differentiam novam fecit appellando -um, quod sit coloris aurei (*cf.* ISID. orig. 16, 15, 3 -us similis auro). 37, 127 appellantur aliquae *gemmae* et -oe, in colorem electri declinantes. 1, 37, 43 de -o.

chrȳsendetus, -a, -um, *χρυσένδετος*. *fere i. q. auro clausus*: [MART.] 14, 97 lemma: lances -ae. *huc pertinere videtur* CORP. XII 3058 phialas II chrysen...cli...(-as *suppl. Herzog,* chrysenglyptas *Mommsen*). *plur. subst.* chrȳsendeta, -ōrum *n.*: ISID. orig. 20, 4, 8 -a: vasa deaurata (*v. Mau, PW. III 2494 sq.*). MART. 2, 43, 11 immodici tibi flava tegunt -a mulli (*cf.* 14, 97, 1 grandia ne viola parvo -a mullo). 2, 53, 5 si ridere potes miseri -a Cinnae. 6, 94, 1 ponuntur semper -a Calpetiano *eqs.* 11, 29, 7 accipe vina, domum, pueros, -a, mensas.

chrȳsenglyptus *v. l. 63.* **chrȳseos** *v.* chrysius.

chrȳsītēs, *acc.* -ēn *m.*, *χρυσίτης*. **1** *lapidis nomen*: PLIN. nat. 36, 157 in iis (*lapidibus mortariorum*) praetulere ceteris ... ex chalazio -en, medicis autem ex basanite. ISID. orig. 16, 4, 28 -es colore similis ochrae (*cf. infra l. 79*). **2** *herbae nomen*: PS. APVL. herb. 88 Graeci ... -en ... dixere, Latini millefolium (*cf.* GLOSS. III 557, 12 millefolium: crisites).

chrȳsītis, *acc.* -im *f.*, *χρυσῖτις*. **1** *lapis*: PLIN. nat. 33, 106 spuma argenti ... optima quam -im vocant *eqs.* 37, 179 phloginos, quam et -im vocant (1, 37, 66), ochrae Atticae assimulata, invenitur in Aegypto (*cf. supra l. 73 sq.*). DIOSC. 5, 112 dicitur vero rufa et limprida (*sc. λιθάργυρος*) -is. **2** *herba*: PLIN. nat. 1, 21, 26 chrysocome sive -is (21, 50 chrysocome sive -is non habet Latinam appellationem). PS. APVL. herb. 82 mercurialis ... -is ... appellata est (*cf.* GLOSS. III 558, 45 crissites. 564, 26 grisites).

chrȳsius, -a, -um, *χρύσειος*. MART. 9, 94, 4 tam stupidus nunquam nec tu ... fuisti, chalcea donanti -ia qui dederas (*cf. Hom. Il. 6, 236 et p. 984, 4 sqq.*). *in nomine herbae*: PS. APVL. herb. 128 cholochrysos ... qui dicitur et **chrȳseos**. *v. etiam* chrysus.

chrȳsizōn, -on, *χρυσίζων*. LVCIL. 1155 vinum defusum e pleno sit ⟨c⟩hrysizon (hrys-, hyrs-, hirs- *codd. Ciceronis*).

chrȳsoaspides, *acc. pl.* -as *m.* [*cf. χρύσασπις. Th.*]. *regia cohors imp. Severi Alexandri*: LAMPR. Alex. 50, 5 fecerat denique sibi argyroaspidas et -as.

chrȳsobēryllus, -ī *m.* [**χρυσο-βήρυλλος. Th.*]. *trad.* -berullus: PLIN. nat. 37, 76. *berylli genus*: PLIN. nat. 37, 76 probatissimi ex iis (*Indiae beryllis*) sunt, qui viriditatem maris puri imitantur, proximi qui vocantur -i, paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore (ISID. orig. 16, 7, 6). SOL. 52, 62 infra hos (*beryllos*) sunt -i (crysoberillo *G*) *eqs.* PS. SOL. add. p. 232 de -o (-berillio *RC*). EPIPHAN. Avell. p. 755, 7 chrysolithus lapis, quem nonnulli -um vocaverunt. *Probst.*

chrȳsocalis, *acc.* -in *f.*, *herbae nomen* [*vocabulum Graecorum non traditum. Th.*]. PS. APVL. herb. 24 Graeci quidam chamaemelon ... alii -in *vocant.*

chrȳsocanthis, -is *et* **chrȳsocanthos** (-ī) *f.*, *herba* (**χρυσόκανθος*). PS. APVL. herb. 119 nomina et virtutes hederae -is. a Graecis dicitur cissos et -os. sic appellata, quod grana aurei coloris ferat. *huc pertinere videtur*: GLOSS. III 537, 35 crisocantes id est (*deest syn.*). 555, 47 crissocantis i. peristola (620, 5 crisocantes).

chrȳsocarpos (-us), -ī *f.*, *χρυσόκαρπος*, *herba*. PLIN. nat. 16, 147 apud Graecos ... genera *hederae* faciunt a colore acinorum erythranum et -um. 24, 77 hedera, quam -on (*? chrysolarion codd. cf.* GLOSS. III 622, 32 ch⟨r⟩isalarion id est hedera) appellavimus. PLIN. VAL. 3, 12 hedera, quae -us appellatur, propterea quod fert grana aurei coloris. *fort. add.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 333, 29 *v. infra l. 77.*

? **chrȳsocephalos** (-ī) *m.*, *χρυσοκέφαλος*, *bestiae nomen*. PS. APVL. herb. 128 stellatus *basiliscus*, qui et -os asteritis, hic quod viderit arescit et occidit (*loco interpolato*). *Stadler.*

chrȳsōchrus (-a, -um), **χρυσ-ωχρός. i. q. aureo pallore*: AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42 est autem *topazion lapis* parichrus et satis purus et -us et pinguis.

chrȳsococcus, -a, -um [**χρυσό-κοκκος. Th.*]. PS. APVL. herb. 128 *herba regula habet* florem ... -um.

chrȳsocolla, -ae *f.*, *χρυσοκόλλα* (*v. Blümner, PW. III 2513 sqq.*). **1** *metallum* (*'Malachit'*) *praecipue ad ferruminandum usurpatum* (*fuse* PLIN. nat. 33, 86 *sqq.* DIOSC. 5, 114 de crisocolla): VITR. 7, 5, 8 toti parietes inducuntur. accedit huc -a, ostrum, armenium. 7, 9, 6 chrisocolla apportatur a Macedonia, foditur autem ex is locis, qui sunt proximi aerariis metallis. PLIN. nat. 33, 93 -am et aurifices sibi vindicant agglutinando auro (*cf.* 1, 33, 29 de aurificum -a sive santerna). 33, 4 eruitur aurum et -a iuxta, ut pretiosior videatur, nomen ex auro custodiens. DIOSC. 5, 95 in quo monte inveniuntur multa metallica ... quiana et -a. ISID. orig. 16, 15, 7 (*an de gemma? v. l. 62 sq.*) -a ... habet naturam magnetis. *de colore* (*cf.* PLIN. nat. 1, 33, 27 ratio eius [-*ae*] in picturis): VITR. 7, 14, 2 qui non possunt -a propter caritatem uti, herba quae lutear appellatur caeruleum inficiunt, et utuntur viridissimo colore (*cf.* PLIN. nat. 33, 161). PLIN. nat. 33, 90 Neronis principis spectaculis arenam circi -a sterni *eqs.* (SVET. Cal. 18. *cf.* FLOR. epit. 4, 12, 60 -ae miniique et aliorum colorum ferax). 35, 30 floridi sunt, quos dominus pingenti praestat, minium, ...-a. 35, 47. 49 Appianum ...-am mentitur, ceu parum multa dicta sint mendacia eius. DIOSC. 5, 114 -a ...colore(m) habens frasini (*prasini; cf.* ISID. orig. 19, 17, 10). *adhibetur in medicina*: CELS. 5, 6 *sqq.* 5, 20, 3. PLIN. nat. 33, 92 *fuse* (*cf.* 1, 33, 28 medicinae ex -a). **2** *gemma*: PLIN. nat. 37, 147 amphidanes alio nomine -a appellatur *eqs.* (1, 37, 54). *hucne spectat* ISID. orig. 16, 15, 7 *supra l. 50?* *Probst.*

chrȳsocomās (-ae) *m.*, *χρυσοκόμας*, *Apollinis cognomen*. MACR. sat. 1, 17, 47 Apollo -as (*B*, chris- *P*) cognominatur a fulgore radiorum, quos vocant comas aureas solis.

chrȳsocomē, -ēs (-a, -ae) *f.*, *χρυσοκόμη*, *herbae nomen*. PLIN. nat. 21, 50 -e sive chrysitis non habet Latinam appellationem. palmi altitudine est comantibus fulgore auri corymbis (*cf.* 1, 21, 26 -e sive chrysitis). 21, 148 -es radix calfacit et astringit *eqs.* PS. APVL. herb. 24 Graeci quidam chamaemelon ... alii chrysocomam. DIOSC. 3, 149 antemis ... aut crisocollean (*corrige* crisocomen). *cf. Olck, PW. III 2515 et v.* chrysitis. *adde nom. propr.* *Stadler.*

chrȳsogonon, -ī *n.*, *χρυσόγονον*, *nomen herbae*. DIOSC. 4, 53 de grisogono. de -on aut grisantum dicunt. PS. THEOD. PRISC. add. p. 333, 29 quae (*hedera*) crisoconos (*sic b, at ed.* chrysocarpos) vocatur, pro eo quod aureo colore grana afferat.

chrȳsographātus, -a, -um [*a gr. χρυσογραφεῖν tractum. Th.*]. *i. q. auro caelatus*: TREB. Claud. 14, 5 scuta chrysografata duo. *Probst.*

chrȳsolachanum, -ī *n.*, *χρυσολάχανον*, *herba*. PLIN. nat. 27, 66 -um in pineto lactucae simile nascitur ... et alibi genus -i traditur, flore aureo, foliis oleris. 1, 27, 43 -um, genera II, medicinae III. *cf. Olck, PW. III 2516.* *Stadler.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

chrȳsolago, -inis *f., herba.* PLIN. VAL. 2, 59 -is quoque seminis denarios . . . bibat (*idemne q.* chrysolachanum*?*).

chrȳsolampis, -idis *f.*, *χρυσο-λαμπίς, gemma.* PLIN. nat. 1, 37, 56 -is (*sic Harduin*, -msis *vel* -psis *codd.*). 37, 156 -psis (-is *edd. vett.*) in Aethiopia nascitur, pallida alias, sed noctu ignea. ISID. orig. 16, 15, 4 -is ex auro et igne vocata.

chrȳsolarion (*herba*) *v.* chrysocarpos *p. 1032, 29.*

✖**chrȳsolithus,** -ī *m. et f.*, *χρυσό-λιθος. de genere et formis: praevalet usus gen. masc., fem. legitur*: PLIN. nat. 37, 101. 127. *acc. sing.* -on: PLIN. nat. 37, 127. *de re cf. Blümner, PW. III 2516. gemma fulgens* (*cf.* GLOSS. V 352, 22 colorem aureum habet et stellas): PROP. 2, 16, 44 quosve dedit flavo lumine -os. OV. met. 2, 109 per iuga *currus* -i . . . reddebant lumina Phoebo. PLIN. nat. 37, 90 *habent* -i colorem et sardae et iaspidis *eqs.* 37, 101 fumidaeque -o. 37, 126 hyacinthos Aethiopia mittit et -os aureo fulgore tralucentes. 37, 154 crateritis inter -um et electrum colorem habet. 37, 172 leucochrysos fit e -o interalbicante. 1, 37, 42—45. VLP. dig. 34, 2, 19, 17 gemmae . . . perlucidae materiae velut smaragdi, -i, amethysti. ITALA Ezech. 28, 13 (Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 29) -um, beryllum, onychinum (VVLG. -us et onyx et beryllus). apoc. 21, 20 (cod. g, Primas., VVLG.) -us (crisolithus g, crisolitus [crisso- chriso-] *codd. Prim.*). VVLG. exod. 28, 20 (CYPR. GALL. exod. 1103). 39, 13. Ezech. 10, 9 (HIER. *in l.* p. 102 licet in Hebraico . . . tharsis [תרשיש] scriptum sit, quod Aquila -um, Symmachus hyacinthum transtulerunt. *sim.* epist. 37, 2. 64, 16). VVLG. Dan. 10, 6 corpus eius quasi -us (*cf.* HIER. *in l.* p. 689). EPIPHAN. Avell. p. 755, 6 *sqq. et al.* ISID. sent. 1, 10, 15. PRVD. psych. 854 ingens -us nativo interlitus auro. SIDON. carm. 11, 20 -i fulvus . . . ardor. CORIPP. Iust. 4, 120 -i mireque micant. DAMIG. lapid. 47 *sq.* VEN. FORT. Mart. 3, 514 vidistis . . . valvas . . . -is rutilas. ISID. orig. 16, 15, 2 -us auro similis est. *adiective fere i. q. -is ornatus*: VEN. FORT. carm. 3, 20, 3 cedant -is (crysolitis, cri- *codd.*) Salomonia vasa metallis. 8, 3, 274 -a aurata fibula claudit acu. 8, 4, 17 sunt ibi -is fabricata palatia gemmis. *v. etiam nom. propr.*

chrȳsologos *v. nom. propr.*

chrȳsomallus (-a, -um), *χρυσόμαλλος.* HYG. fab. 188 p. 120, 1 aries -us (*i. q. villi aurei cf. Ov. epist. 6, 49*), qui Colchos Phrixum vexit (SCHOL. Germ. Strozz. p. 143). *adde nom. propr. Probst.*

chrȳsomēlinus, -a, -um, *χρυσομήλινος.* COLVM. 5, 10, 19 cydonia: quorum genera tria sunt, struthia, -a, mustea. CORP. XIII 10021, 175 *in signaculo medici ocularii*: T. Iuniani cr(y)somaelin⟨u⟩m ad claritatem.

chrȳsomēlon, -ī *n.*, *χρυσόμηλον, herba.* PLIN. nat. 15, 37 mala cotonea . . . plura eorum genera: -a incisuris distincta, colore ad aureum inclinato . . . odoris praestantissimi. [PS. APVL. herb. 98 nomina . . . hederae nigrae. Graeci eam dicunt cisson melan . . . alii chryson meton (chrysomelon *Koebert*). *cf. Daremberg-Saglio II 1151, 2 et v. p. 1034, 5.*] *Stadler.*

chrȳso-(mītas*?*) (crisom- *cod.*) id est ederaga (*i. hederacia?*) GLOSS. III 537, 30. *v. IV p. 206, 83. Mbr.*

chrȳsophrassus *v.* chrysoprasus.

chrȳsophrȳs, *acc.* -yn *f.*, *χρυσόφρυς, piscis.* Ov. hal. 111 auri -ys imitata decus. PLIN. nat. 32, 152 aureique colorem -yn.

chrȳsōpis (-idis) *f.*, *χρυσῶπις, gemma.* PLIN. nat. 37, 156 -is aurum videtur esse (1, 37, 56 ISID. orig. 16, 15, 2).

chrȳsoprasus (-os), -ī *m.*, *χρυσόπρασος. de formis: nom. sing.* -os: PLIN. nat. 37, 113 AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42. -is: VEN. FORT. Mart. 3, 468. -um: PLIN. nat. 37, 77 (*nisi hic potius adiect.*). *vocativum v. l. 78. legitur in codd. cum multiplici lectionis varietate, ex. gr.*: ITALA apoc. 21, 20 (Primas.) crisopras(s)us *C G*, crisoprastus *F*, crisopastus *N*, xrisopastus *D* (VVLG. chrysoprasus). *sim.* PS. SOL. add. p. 228, 30 *et* p. 232, 52. CASSIOD. in psalm. 118, 127 chrysophrassus (VEN. FORT. Mart. 3, 468 chrisophrase). GLOSS. V 352, 23 cyprassus.

gemmae nomen (*cf. Blümner, PW. III 2518 sq.*): ISID. orig. 16, 7, 7 -us Indicus est, colore commixto, porri sucum referens, aureis intervenientibus guttis, unde et nomen accepit, quem quidam beryllorum generis iudicaverunt. PLIN. nat. 37, 77 vicinum huic (*generi chrysoberyllorum*) genus est, sed pallidius et a quibusdam proprii generis existimatum vocatumque -um (*codd.*, -us *Barb.*). 37, 109 chrysopteron, simile -o. 37, 113 praefertur his (*prasiis*) -os porri sucum et ipsa referens *eqs.* (*cf.* SOL. 52, 62 -os quoque, ex auro et porraceo mixtam lucem trahentes, aeque beryllorum generi adiudicaverunt. ISID. orig. 16, 7, 7 *v. l. 65*). SOL. 30, 34 ubi hyacinthus, ibi et -us apparet. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42 *topazion lapis πρασοειδής* et similis -o est.... est autem pulcherrimus et mirabilis super omnes -os magnitudine (CASSIOD. in psalm. 118, 127). VVLG. apoc. 21, 20 *v. l. 60.* PRVD. psych. 865 te quoque conspicuum structura interserit ardens -e. HIER. in Ezech. 9, 28 p. 332. VEN. FORT. Mart. 3, 468 mixto -e beryllis. ISID. orig. 16, 14, 8 -us Aethiopicus est, quem lapidem lux celat et prodit obscuritas. nocte enim igneus est, die aureus. GLOSS. V 352, 23 viridem habet colorem [aureum h. e. stellas]. *cf. supra l. 11. adhibetur in medicina*: EPIPHAN. Avell. p. 755, 12 -us lapis: hic et stomachicis et colicis nec non et coeliacis tritus et epotus saluberrimus approbatur.

chrȳsopteros, *acc.* -on, *χρυσόπτερος, gemma.* PLIN. nat. 37, 109 duo genera eius (*topazi*) faciunt, prasoides atque -on, simile chrysopraso.

chrȳsos, -ī *m.*, *χρυσός. metallum*: PLAVT. Bacch. 240 opus est -o Chrysalo. *herba*: PS. APVL. herb. 98 Graeci eam (*hederam nigram*) dicunt . . . -on meton (*v. s.* chrysomelon *p. 1033, 46*). *Probst.*

[*Cotyledon* vocant . . . alii **chrysothales** *cod. E* PLIN. nat. 25, 160 *v.* erysithales.] *Stadler.*

chrystallus *v.* crystallus *vol. IV p. 1262, 63 sq. 77 sqq.*

chrȳsūs, -ūn, *χρυσοῦς.* THEOD. PRISC. log. 81 aliud *medicamentum* quod -un (crison *r*, erison *b*, mirobalanum *B*) appellamus; *seq. compositio. adde nom. propr.* Chrysus.

chūleus *v.* cul(l)eus.

chūs *m.*, *χοῦς. mensura liquidorum* (*cf. Hultsch, PW. III 2526 sq.*): CARM. de pond. 70 adde duos *choenices*, -s fit, vulgo qui est congius idem (*cf. IV p. 282, 56 sq.*). EPIPHAN. de mensur. 29 -s VIII sextariorum est. DIOSC. 1, 79 accipes unum coace(m) (*χοῦν*) et aquae caelestis duos coaces (*χοέας*).

chydaeus, -a, -um, *χυδαῖος. i. q. acervatus, multiplicatus, inde nullius pretii, vilis*: PLIN. nat. 13, 46 quos ex his *dactylis* honori deorum damus, -os appellavit Iudaea. 14, 102 *vinum* e palmis, quo Parthi, Indi utuntur et oriens totus, mitiorum (*sic Pintian.*, mitiarum vel mitearum *codd.*), quas vocant -as. *adde*: PALLAD. hist. mon. II 20, 3 accipe tecum unum vasculum chindii (chydaei *coni. quidam*) vini.

chȳlisma, -atis *n.*, *χύλισμα. herbae sucus*: SCRIB. LARG 23 acaciae -is p. X VI (MARCELL. med 8, 4).

chȳlos, *acc.* -on *m.*, *χυλός. in codd. variae lectiones, imprimis* quilon. *sucus*: PELAGON. 85 ut -on faciant (VEG. mulom. 2, 102. 2, 130, 2). 188 cum vino ipso confricas quasi -on. SORAN. p. 66, 19 malagmatibus sicuti est dia -on vel Mnaseae (p. 98, 4 *cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 79 ita ut diachylon coques).

oxyporium, quod dicitur **chymation** (*?* olimation *cod., fortasse pro χυματίζον?*), facit ad calculosos MARCELL. med. 20, 93.

chȳmiātus, -a, -um [*a χυμίον. Th.*]. *fere i. q. liquidus*: PLIN. VAL. 2, 18 amoniaci -i libras tres. *Probst.*

chyrocasias *v.* chirocrasia.

***?*chyrugilis** NOT. Tir. 111, 13 (chirologus *coni. Schmitz*, chir- *certe subest*). *Spelthahn.*

chytēs (chitis *cod.*) fusor GLOSS. V 494, 51.

chytropūs, -podos (-pēs, -pedis) *m.*, *χυτροπόους. de re v. Mau, PW. III 2532 sq.* VVLG. lev. 11, 35 sive clibani, sive chytropedes destruentur; *cf. ad l.* GLOSS. V 349, 38 -es (citropodes *codd.*): crocha (*anglosax.*) super IV pedes. 515, 4 vas fictile habens pedes (*cf.* 579, 28 vas figule pede). 617, 50 sunt vas fictile (*v. et Hamann, Progr. Hamb. 1882 p. 7*). *Probst.*

ciacus *i. q.* Chiacus, *v. nom. propr.* Chius.

ciatus *v.* cyatus.

cibālis, -e *a* cibus. *i. q. cibarius*: LACT. opif. 11, 5 duas esse per collum fistulas, -em ac spiritalem.

cibāria, -ae *et* -ōrum *v.* cibarius *p. 1035, 5 sqq. 15.*

cibār(i)ātor, -ōris *m. a* cibarius (-a). PAPYR. Wessely, Wien. Stud. 24 (1902) 133 *Πετρωνίῳ κιβαράτορι. ibid.* Ἑρμᾶς (*lege* -ᾶ) *κιβαριάτ⟨ορι⟩.*

cibāriolus (-um), -ī *a* cibarius. GLOSS. III 254, 37 *χονδρίτης* -us, *unde corrigendum* 183, 8 chondritis cibariorum (*cf. Funck, Archiv 8 [1893] 373*).

cibārius, -a, -um *a* cibus. *in codd. subinde* civ- *vel* cyb-. *i. q. ad cibum pertinens*: GLOSS. *κιβάριος.* PLAVT. Capt. 901 mihi rem summam credidit -am (GELL. 6, 1, 8 AMM. 20, 11, 4. 21, 6, 6. 23, 3, 6. 27, 10, 6. 29, 5, 13). MACR. sat. 3, 17, 13 Sulla mortuo Lepidus consul legem tulit et ipse -am. Cato enim (*or. frg. 27, 5*) sumptuarias leges -as appellat. VARRO Men. 360 tuus autem ipse frater -us fuit (*i. q. παράσιτος*). APVL. met. 2, 7 illud -um vasculum floridis palmulis rotabat (2, 17). 8, 1 nec pauca rerum apparatus -i . . . disturbo. 11, 23 -am voluptatem coercerem. *subauditur res communis vel mediocris cf.* cibarium *et* cibaria *sub I A 2a et b*: GLOSS. *χυδαῖος.* indignum. VARRO Men. 319 potus vinum meum -um (PLIN. nat. 28, 207 PLIN. med. 2, 11. VEG. mulom. 2, 116 cum vino sincero sed -o. 3, 28, 27 MARCELL. med. 26, 103). *sim.* PLIN. nat. 14, 35 *uva* vix annua ac vilitatis -ae. 14, 36 uva . . . fertilis sed -a. panis -us: FRONTO p. 101 N. panem alter tenebat bene candidum ut puer regius, alter autem -um plane ut a patre philosopho prognatus. AVG. quaest. hept. 1, 131 *χονδριτῶν* quod interpretantur . . . panes esse -os. sed illud movet, quomodo panem -um Pharao habere in escis *eqs.* ISID. orig. 20, 2, 15 -us *panis* est, qui ad -um servis datur nec delicatus. GLOSS. *χονδρίτης. χυδαῖος ἄρτος. cf. Blümner, Technol. I 78; Marquardt-Mau, Privatleb. p. 419.* CIC. Tusc. 5, 97. CELS. 2, 18 infirmissimus -us panis. 2, 29 alvum movent panis fermentatus, magisque si -us vel hordaceus est. CORP. IV suppl. 5380, 2. 14. APVL. met. 6, 11. 20 PELAGON. 260 HIER. epist. 43, 3. 52, 6. 79, 4 VICT. VIT. 2, 16 ORIBAS. syn. 4, 13. oleum -um (*v. Blümner, Technol. I 350*): COLVM. 12, 52, 18 cavendum est utique, ne fiat oleum -um. 12, 52, 21 *sq.* EDICT. imp. Diocl. 3, 3 olei -ri (*gr. χυδαῖον*). PELAGON. 258. 269 ORIBAS. syn. 1, 18.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

COLVM. 12, 11, 2 quod -um saporem habet. PLIN. VAL. 3, 14 aphronitri -i pastillos.

neutr. subst. **cibārium,** -ī. *genus farinae*: PLIN. nat. 18, 87 floris semodium et -i quod secundarium vocant. *cf.* 18, 89 *et Blümner, Technol. I 55.* *i. q. cibaria v. l. 9 sqq.* *subst. neutr. pl.* ***cibāria,** -ōrum. PROB. app. gramm. IV 196 nomina generis neutri semper pluralis numeri . . . -a (CHAR. gramm. I 33 DIOM. gramm. I 299). PROB. nom. gramm. IV 208 ut comitiorum non comitium dicamus et comitiis non comitibus. eodem modo -a constant. *singulari utebantur testatores*: POMP. dig. 33, 1, 7 -i nomine aureos decem. SCAEV. dig. 34, 1, 15, 1 -i nomine ab heredibus meis praestari volo (*at* ICTI *ipsi plurali* -orum nomine *utuntur cf.* SCAEV. dig. 34, 1, 18 pr. *et* 2. 34, 1, 20, 3 *al.*). EVGRAPH. *infra l. 71.* GLOSS. III 14, 28 *κιβάριον*. II 432, 15 *σιτόμετρον* (*at* EXC. Bob. gramm. I 550 -a *σιτομέτρια*). *subst. fem. sing.*: ITALA gen. 43, 24 (Lugd.) dederunt -am asinis eorum (*χορτάσματα*, VVLG. pabulum). Matth. 24, 45 (codd. Voss. *et* h) ad dandam -am (*τὴν τροφήν*, cod. e *et rell.*, Iren. 4, 26, 5 -a [*plur.*], VVLG. cibum). CHIRON 13. 145. 157. 227. 254. 339. 379. 398. 748 (*neutr. plur.*: 145. | 160. 202?]. 339. 415. 452. 526 *ubique acc.*). EXC. barb. chron. I p. 96, 33 Nebrod . . . pro -a . . . porrigebat eis feras. CORP. VIII 22661 milia preter -as operantibus (22660 c⟨i⟩b⟨aria⟩?). GLOSS. *τροφαί. τροφεῖα.* a cibo dicitur generaliter. dicuntur generaliter. drimyphagia: acria -a. *de singulis notionibus cf. etiam Fiebiger, PW. III 2535.* *apud poetas elegantiores non occurrit praeter* HOR. sat. 1, 1, 32. [*it.* civaia '*legumen*', *hisp.* cibera '*frumentum*'. *M.-L.*]

I *sensu* ***proprio*:** **A** *praebentur hominibus*: **1** *generatim i. q. cibus, victus*: ENN. frg. var. 49 terris gentis omnis peperit et resumit denuo: †quae dat -a. PLAVT. Truc. 935 dedisti filio -a. CATO or. frg. 9 a decemviris parum bene sibi -a curata esse. agr. 5, 3 satui semen, -a, far, vinum . . . dederit nemini. POMPON. Atell. 28 dossenno et fullonibus publicitus -a. CIC. S. Rosc. 57 -a vobis praeberi videmus (VVLG. gen. 47, 12 AVG. epist. 228, 2). CAES. Gall. 3, 18, 6 inopia -orum (6, 10, 2). VARRO rust. 2, 10, 6 -a pastoribus expediant. HOR. sat. 1, 1, 32 cum sibi sint congesta -a (SCHOL. Hor. *ad l.* viatica, alimenta). PHAEDR. app. 18, 6 desunt mihi -a; subinde ad villam mittor sine viatico. SEN. dial. 10, 18, 5 septem aut octo certe dierum -a superesse. COLVM. 2, 9, 17 nam multis regionibus -is eorum (*leguminum*) coloni sustinentur. 12, 3, 3 ad -a coquenda et conficienda. 12, 14 non minimam partem -orum per hiemem rusticis vindicant . . . ficus . . . rusticorum -a adiuvat. PLIN. nat. 15, 82 Cato -a ruris operariis iusta ceu lege sanciens. 18, 79 sapientes agricolae triticum -is tantum serunt. FLOR. epit. 3, 12, 8 populus Romanus a tribunis agros et -a flagitaret. VLP. dig. 20, 4, 6 pr. si in -a nautarum fuerit creditum. 33, 7, 12 pr. frumentum quod -is paratum foret. *ibid.* frumentum cultorum et vinum ad -a paratum. PAVL. dig. 6, 1, 10 *sumptus* qui extra -a in iter vel navigationem faciendi sunt. sent. 3, 6, 37 conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut dolia, cupae, vehicula rustica, -a. TERT. resurr. 26 ad obsequium deus fructibus agri et -is vitae huius invitet. VVLG. gen. 42, 33 -a domibus vestris . . . sumite (iud. 7, 8 VEN. FORT. vita Pat. 9, 27 vita Radeg. 22, 52). Ios. 1, 11 praeparate vobis -a. II par. 9, 4 postquam *Saba* vidit . . . -a mensae eius. Dan. 1, 16 Malasar tollebat -a *al.* PLAC. med. 2, 18 abstinere se debent . . . a malis -is. AVIAN. fab. apol. 30 diversis de eo (*apro*) paratis -is. SACR. Leon. p. 427 conservis -a ministrantes (*sim.* VEN. FORT. vita Radeg. 20, 49). EXC. barb. p. 294, 27 Frick Osuch sustinens -a fugiit. CASS. FEL. 44 afronitri -a. GREG. TVR. Franc. 3, 15 omnibus . . . ipse dispensabat -a et pulmenta. VEN. FORT. vita Pat. 7, 23 multiplicavit -a refectione dilatata. ACT. Petr. 28 percipientes -a sicut ante percipiebant. CORP. III 743 preter -a sol⟨ita⟩. V 8251 ⟨ta⟩bernae IX et cibar⟨ia⟩. INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 351 at custodem loci -orum gratia pertinebunt. *nota in* DIG. *saepe fere i. q. pecunia pro alimentis data*: IAVOL. dig. 34, 1, 6 legatis alimentis -a et vestitus et habitatio debebitur *et al.* SCAEV. dig. 10, 2, 39, 2 -orum et vestiariorum legatum *et al.* (*cf. etiam supra l. 9*). 34, 1, 16, 2 -a reliquit (VLP. dig. 34, 1, 21 *al.*). 34, 1, 18, 1 manumissis testamento -a annua . . . dedit (PAVL. dig. 34, 1, 12). *pro viatico* (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 32 *supra l. 34.* GLOSS. *ἐφόδια*): VVLG. gen. 42, 25 datis supra -is in viam. *cf.* 45, 21 III reg. 20, 27. **2** *speciatim* (GLOSS. *ἐπιμήνια, ταγαί*): **a** *de victu qui servis vel familiae datur aut pensatur* (*cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 14, 40 ⟨diaria⟩: aliter -a. EVGRAPH. Ter. Phorm. 43 de demenso: de -o, hoc est quod sibi sit demensum): CATO agr. 65 familiae -a quanta dentur (*cf.* 56. 142 COLVM. 2, 9, 16). 2, 4 cum servi aegrotarint, -a tanta dari non oportuisse. VARRO rust. 1, 17, 7 studiosiores ad opus fieri liberalius tractando aut -is aut vestitu largiore. SEN. benef. 3, 21, 2 est aliquid quod dominus praestare servo debeat, ut -a, ut vestiarium (POMP. dig. 24, 1, 31, 10 *et saepius cf. etiam* APVL. met. 3, 26 *p. 1036, 55*). NERAT. dig. 25, 1, 15 -a dotalibus mancipiis data *et al.* AFRIC. dig. 35, 1, 42 si -a servis Titii legantur. SCAEV. dig. 24, 1, 58, 1 cum quaereretur de -is mancipiorum. 24, 1, 39, 9 si . . . aut in unguentis aut in -is familiae donatam sibi pecuniam impenderet. 34, 1, 15, 1 mancipia . . . -a . . . numquam acceperint *al.* TERT. praescr. 12 servus -a sperat. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 44 calones . . . a kalendis putant, quod ea die -a accipiant. VVLG. II par. 2, 10 servis tuis dabo in -a tritici coros *tot.* **b** *de victu militum* (*de re cf. Daremberg-Saglio II 1169*): POMPON. Atell. 71 (*in Macco milite*): nam -a vicem duorum solum me comesse condecet. CAES. Gall. 1, 5, 3 trium mensum molita -a . . . efferre iubent. civ. 3, 53, 6 cohortemque postea duplici stipendio, frumento veste -is (*Cuiac.*, frumento vespeciariis *codd.*) . . . donavit (VARRO ling. 5, 90 *ubi* stipendium *intellegit Mommsen, Staatsr. I³ 299 adn.* LIV. 24, 47, 11). CIC. Tusc. 2, 37 quantus *labor militum* agminis ferre plus dimidiati mensis -a. NEP. Eum. 8, 7 -a cocta dierum decem, ut quam minime fieret ignis in castris (LIV. 3, 27, 3. 4. 21, 49, 7. 24, 11, 9. 29, 25, 6. 34, 32, 11. 34, 35, 13 CVRT. 8, 4, 20. 8, 10, 17). LIV. 9, 37, 4 -a eius diei deferri iuberent. 26, 7, 10 -is decem dierum praeparatis (37, 37, 5. 44, 35, 15 AVG. quaest. hept. 6, 2). 26, 35, 3 cum stipendio -isque dierum triginta. 28, 26, 4 -a dierum aliquot parare iubentur (PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 31). QVINT. inst. 5, 13, 17 quod de militum -is detraxerit. FRONTIN. strat. 3, 5, 2 in decem annos -a se habere. PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 1 portare complurium dierum -a imperabat (LAMPR. Alex. 47, 1). 4, 1, 7 vasa et -a militis in fasciculos aptata. SVET. Galba 7 residuum -orum tritici modium. HIER. epist. 125, 3 semper armati totius anni . . . vehunt -a. CASSIOD. hist. 7, 1 -a militibus destinavit. *nescio an hac notione explicetur*: GLOSS. V 565, 15 cebarii (445, 46 cerbarii) buccellarii. cibarii *Goetz, aliter v. p. 857, 17.* **c** *de quorundam magistratuum victu, fere translato sensu ita, ut de pecunia pro frumento soluta agatur, cf. Mommsen et Fiebiger ll. ll.*: CIC. Verr. 3, 12 liberaliter ex istius -is tractati non minus acres contra me fuerunt. 4, 72 una civitas . . . menstrua -a praetoris imperio donare Apronio cogitur (4, 216). 4, 216 at uberiora -a facta sunt caritate. 4, 217 propter caritatem frumenti . . . permagnam ex -is pecuniam deportare. epist. 5, 20, 9 eo minus ad te (*Rufum*) vel de tuis -is vel de mea liberalitate pervenisse. Att. 6, 3, 6 unde, inquit *Gavius*, me iubes petere -a praefecti? respondi . . . me non instituisse iis dare -a, quorum opera non essem usus. FRONTIN. aq. 100 *curatoribus aquarum* praetoris aerarii mercedem -a, quanta praefecti frumento dando dare deferreque solent, annua darent. SVET. Tib. 46 comites peregrinationum expeditionumque nunquam salario, -is tantum sustentavit (*cf. Herzog, Röm. Staatsverf. II 773*). VVLG. gen. 47, 22 statuta -a ex horreis publicis praebebantur *sacerdotibus. nota*: VVLG. Ier. 40, 5 dedit quoque ei magister militiae -a. 52, 34 -a eius, -a perpetua dabantur.

B *dantur bestiis*: CATO agr. 60 bubus -a annua (agr. cap. ind. 69). CIC. S. Rosc. 56 anseribus -a publice locantur (PLIN. nat. 10, 51). VARRO rust. 2, 9, 6 canes . . . sibi ex agris -a praebuerunt (COLVM. 7, 12, 10. 8, 4, 1. 8, 17, 9). 2, 9, 8 ut habeat *canis* -a. 3, 16, 4 *apes discunt* -a condere. VAL. MAX. 9, 3, 7 elephantis -a dari vetuit. COLVM. 2, 10, 22 hiberna -a praedictis pecudibus id holus praebet. 5, 6, 4 pecudes fortius iusta -orum conficient. 6, 3, 5 mense Februario plerumque eadem sunt -a. 8, 4, 5 singulis capitibus quaterni cyathi diurna -a sunt. 8, 5, 2 modus -orum sit . . . binorum cyathorum hordei. 8, 8, 2 *columbae* acceptant conditiva -a. 8, 8, 6 commodissima -a putantur vicia. 8, 11, 6 haec -a non omnibus promiscue spargenda sunt. *ibid.* ponenda sunt -a. 8, 17, 15 nisi piscis domini -is saginatur. 9, 1, 6 ad obiecta -a pecudes perducat (GRAN. LIC. p. 23). 9, 4, 6 quae proposuimus -a. 9, 14, 11 apes collecta mella -is hiemis reponunt. 9, 14, 15 si sunt absumpta -a (9, 15, 3). 9, 14, 16 his -is non solum hieme . . . sustinendae sunt. VLP. dig. 8, 2, 29, 7 *pecudibus* -a afferre. 33, 9, 3, 7 iumentorum -a (APVL. met. 3, 27). APVL. met. 3, 26 verentes scilicet -is suis. 7, 15 mihi misero statuta saltem -a . . . praestabantur. 8, 26 appositis largiter -is gaudens. 9, 11 -is abundanter instruxit praesepium. 9, 32 ne suetis saltem -is ventrem meum replere poteram. PELAGON. 31 si . . . -a largissima suppeditent *equo.* 442 suprascriptis -is fociletur *equus.* TEST. porcelli p. 243 ut de -is suis aliquid dimitteret eis. *pro maledicto*: PETRON. 58 quid faciat, crucis offla, corvorum -a! *cf. Otto, Sprichw. p. 95.*

II *in* ***imagine*:** HIER. in Matth. 24, 42 p. 201 ministrent -a doctrinarum. PS. RVFIN. in psalm. 44, 3 *Christus* adoratus est in praesepio -a mansuetorum. AVG. serm. 292, 8 ut esset ipse Christus -a iumentorum suorum natus in praesepi positus est. GILD. Brit. 92 chron. III p. 77, 3 largiri spiritalia conservis suis in tempore -a. VEN. FORT. vita Pat. 7, 21 Christus qui semper abundat praeparat suis -a.

deriv: cibariator, cibariolus.

cibātio, -ōnis *f. a* cibare. *i. q. cibus vel actio edendi.* SOL. 27, 13 *leones*, si digestio non est insecuta [solitae] -i (*v. l.* -is, -ibus) superponunt diem. CAEL. AVR. acut. 1, 17, 178 acrior -o, quam *πολυφαγίαν* vocant. 3, 4, 40 minus utilis -o. chron. 1, 1, 12 quae quidem -o erit . . . adhibenda. 4, 3, 75 item sicca -o. CASS. FEL. 50 Galenus ad Glauconem scribens ait: uti lavacris debebis calidis et constrictiva -e. ORIBAS. syn. 4, 8 de leguminibus lenticla permelancholica est -o.

cibātus, -ūs *m. a* cibare. *i. q. cibus.* GLOSS. comestum. **1** *de hominibus*: PLAVT. Mil. 224 viam qua -us commeatusque ad te . . . possit pervenire. VARRO rust. 1 capit. ind. p. 6, 26 de farre promendo aut ad -um aut ad sationem. 1, 63 far . . . ad usum -us expedire velis. *sim.* 1, 69, 1. FEST. p. 334 ob inopiam -us. PLIN. nat. 8, 217 fetus ventri exectos . . . gratissimo in -u habent. *cf. p. 1037, 10.* GELL. 9, 4, 10 gentem . . . nullo -u vescentem. APVL. met. 1, 18 aliquid -us refovendo spiritu desidero. 1, 24 aliquid nobis -ui prospicerem. 9, 5 aliquid -ui parabis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Plat. 1,16 quid de -u ipso loquar? CHALC. transl. p. 33 vicem quandam obtinebat -us. comm. 192 *natura* vicem reparat ex umido et sicco -u. MACR. sat. 7, 4, 1 nec de -u tantum *fabulemur*. 7,13,5 corpus . . . expectat -um solidiorem. MARCELL. med. 22, 2 hircinus sanguis . . . -ui datus (25, 40. 27, 103). 27, 3 quae . . . curationi vel -ui sunt necessaria. **2** *de bestiis*: LVCR. 6, 1127 aut alios hominum pastus pecudumque -us. VARRO rust. 2, 4, 15 cum *sus* peperit, largiore -u sustentare. 2, 9, 8 -us canis propior hominis quam ovis. 3, 5, 4 -ui offas positas. 3, 8 -ui quod sit obiciunt triticum siccum. PLIN. nat. 8,29 truncos quidem gratissimo in -u habent *elephanti* (SOL. 25, 9) *cf. p. 1036, 82.* 8,217 *candidis leporibus* hibernis mensibus pro -u nivem credunt esse. 10, 168 in -u culices gratissimi. 10, 199 sues omni -u et radicibus *aluntur*. 11,4 potissimumque e ligno -um fecit *natura minimis animalibus*. NEMES. cyn. 160 profuerit tenuesque magis retinere -us. **3** *de arboribus*: LVCR. 1, 1093 nec prorsum arboribus summos frondescere ramos posse, nisi a terris paulatim cuique -um ∗∗∗. *nota iuncturam* -us et potus: LACT. inst. 7, 27, 13 (*in imagine*). MACR. sat. 7, 13, 1. 7, 15, 2.

cibicīda, -ae *m.* [*a* cibus *et* caedere. *Th.*]. *vox comica formata a* LVCIL. 718 viginti domi an triginta an centum as alas. *cf.* GLOSS. II 101, 24 *σκατοφάγος* (“*quod ante oculos habuit qui vertit* 573, 5 stercus comedens” [comeda *cod.*] *Goetz; σιτοφάγος Dousa; sed potius legendum videtur cum Scaligero καταφαγᾶς cf. Loewe, Prodr. 307 et praef. p. 14*).

cibinnus *v.* cybindis. **cībis** *sim. v.* civis.

cibus appellatur ex graeco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, **cibis⟨im⟩** (*Müller*) appellant PAVL. FEST. p. 42. *κίβισις* (*cf.* HESYCH. *κίβισις· πήρα. Κύπριοι*).

✖**cibo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* cibus. *Th.*]. DOSITH. gramm. VII 435 -o *τρέφω*. GLOSS. *σιτῶ. τρέφομαι. formae passivae vi mediali funguntur: cum acc.*: PS. VICT. Vit. pass. 5. CASSIOD. compl. in act. 27, 33 (*pass. c. abl. saepius*). *absolute*: APVL. apol. 26 CHIRON 6. 406 (*etiam de passivo cogitari potest cf.* LIV. *et* COLVM. *infra l. 47. act.*: CHIRON 287. 303). AVG. mag. 9, 26 PS. THEOD. PRISC. add. p. 308 (*?*). VEREC. in cant. 9, 44 (*part. praes.*). *part. perf. sensu activo*: COMM. instr. 2,20,19 AVG. epist. 102,2 *et* 6 VEREC. in cant. 9,44 (*p. 1038, 33*). *verbum coniungitur cum accusativis et personae et rei in translatione*: ITALA num. 11,4 (Lugd.) quis nos -bit carnem (*τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα*, VVLG. *aliter*)? deut. 32,13 (Lugd. Monac.) -vit eos nascentia agrorum (*ἐψώμισεν αὐτοὺς γεννήματα ἀγρῶν*, VVLG. *aliter*). psalm. 79, 6 (Hil. in psalm. 126, 13. Ps. Vict. Vit. pass. 5) -bis nos panem lacrimarum (*ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων*, VVLG. pane). *cf. etiam* PS. SORAN. epit. 83. *apud vetustiores usque ad* APVL. TERT. ITALAM *nonnisi de bestiis.* [*sic.* civari, *hisp.* cebar. *M.-L.*] *part. perf. pass.* cibatum: [*hisp. port.* cebada ‘*Gerste*’, *cat. prov.* cevada ‘*Hafer*’. *M.-L.*]

1 *proprie*: **a** *de bestiis*: LIV. perioch. 19 mergi pullos qui -ari nolebant. COLVM. 8, 10, 6 ea genera quae intra saepta villae -antur. 8, 11, 15 locustae . . . utiles -andis pullis habentur. SVET. Tib. 72 serpens draco, quem ex consuetudine manu sua -urus . . . invenisset. APVL. met. 4, 22 ego vero numquam alias hordeo -atus sum. 9, 11 me ad alium . . . laborem legatu⟨m⟩ iri vel otiosum certe -atu⟨m⟩ iri. CHIRON 6 disponendus erit, ut minus -etur. 287 apio viride vel lactuca -bis. 303 escis eum aridis -are iubeto. 406 si coeperit non -ari. PLIN. VAL. 3, 14 asinum . . . duabus hebdomadis furfure -bis abundanter. **b** *de hominibus*: APVL. apol. 26 qui venenarium accusat, scrupulosius -atur. TERT. adv. Iud. 3 Israel manna -atus (ITALA deut. 8, 3 [Rufin. Orig. in num. 27, 4, *at* VVLG. dedit tibi cibum manna]. IREN. 4, 16, 3 PELAG. in I Cor. 10 p. 746[C] VVLG. deut. 8, 16. *cf.* AMBROSIAST. in Rom. 3, 2 *Iudaei* caelesti pane -antur. PAVL. NOL. carm. 26, 244 deus . . . angelico plebem de caelis pane -vit). ITALA Matth. 25, 35 (Aug. c. Faust. 5, 3) esurivi et -astis me (*ἐδώκατέ μοι φαγεῖν*, VVLG. dedistis mihi manducare. *cf.* VVLG. Rom. 12, 20 [*cf. etiam* prov. 25, 21] si esurierit inimicus tuus, -a illum [*ψώμιζε*]. HIL. in psalm. 118 nun 9. 133, 5 HIER. epist. 54, 12 PAVL. NOL. epist. 1, 6. 25, 2 AVG. in psalm. 140, 7 OP. imperf. in Matth. 15 p. 718). CLEM. ad Cor. 55 accepto pretio alios -erunt. SCHOL. Iuv. 10, 229 *senex* ab aliis -atur. HIER. epist. 122, 1 -bit me pinguissimis cibis. VVLG. psalm. 80, 17 -vit eos ex adipe frumenti (*ἐψώμισεν*). Sirach 29, 33 quae in manu habes -a ceteros (*ψώμισον*). COMM. instr. 2, 20, 19 laute -atum distenso ventre declamas. PAVL. NOL. carm. 16, 169 propriis licet illa -ando serviret manibus sancto. epist. 13, 22 in omni egeno et paupere Christum -ari potari *al.* AVG. epist. 102, 2 quid sibi vult Christum -atum fuisse? 102, 6 Christum post resurrectionem -atum. mag. 9, 26 -andum potius, ut vivamus, quam vivendum ut -emur. util. cred. 4, 10 libertatem quandam in ludendo et -ando . . . stultus adamasset. serm. ed. Mai 31, 1 mellis dator (*sc. Christus*) -atur felle (LEO M. serm. app. 7, 3 PS. ARNOB. confl. 2, 12 p. 288[B]. MAX. TAVR. serm. 38 potatus aceto, -atus est felle). PS. AVG. serm. 272, 5 -o inimicum meum, ut ardeat in aeternum. PVBLIC. Aug. epist. 46 *christianus* debet mori aut exinde (*ex cibo in idolio posito*) -ari. PS. SORAN. epit. 83 quid primum -andus est infans? (DIOSC. 2, 74 ORIBAS. syn. 5, 10). MARCELL. med. 28, 13 iubebis eum -ari alio et pane. PROSP. in psalm. 144, 15 bonus medicus novit, qua esca aegrotus et quo tempore sit -andus. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 85 strictura laborantes minus -amus. 1, 14, 110. 1, 16, 159 oportet neque -ari . . . neque perungi. 2, 37, 204 tempus . . . -andi. 2, 29, 150 *al.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 4 p. 961[C] in eadem cum illis -antur mensa. CASSIOD. compl. in act. 27, 33 *Paulus* panem frangens ipse -atus est. CORIPP. Iust. 2, 250 *venter* per quem omnia membra -antur. PS. THEOD. PRISC. add. p. 308 des potui antequam -etur. PLIN. VAL. 5, 40 -bis eos napo et rapis coctis. 5, 41 -bis eos cibo subtili. ORIBAS. syn. 5, 9 *nutrix* sorbitionibus utatur et -etur dicta abundanti. 5, 11 -etur dulcioribus cybis. 5, 16. 6, 11. VEN. FORT. carm. 5, 5, 50 quos -at in Sodomis *Loth* bi rapuere Segor. ORIG. in Matth. 12, 23 qui fratrem suum -at, Christum -at. *nota de eucharistia*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 14 p. 1004 -ati eo *pane vivente* et corroborati. PAVL. NOL. carm. 24, 684 hunc angelorum pane dulcis gratia . . . -et.

2 *in imagine*: ITALA prov. 4, 17 (Lucif. non conv. 6 p. 14, 7) -antur cibis impietatis (*σιτοῦνται σῖτα*, VVLG. comedunt panem). HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 949 de panibus prophetarum . . . melle euangelii, e quibus -ati ponimus eadem ipsa idolis. VVLG. psalm. 79, 6 -bis nos pane lacrimarum (*ψωμιεῖς, cf.* RVRIC. epist. 2, 22. PS. VICT. VIT. pass. 5 *et* ITALA *p. 1037, 41*). Sirach 15, 3 -bit illum pane vitae et intellectus (*ψωμιεῖ*). Is. 49, 26 -bo hostes tuos carnibus suis (*cf.* Ier. 19, 9). 58, 14 -bo te hereditate Iacob. Ier. 9, 15 -bo populum istum absinthio (*cf.* 23, 15). thren. 3, 16 -vit me cinere. Ezech. 3, 2 -vit me volumine illo (*cf.* HIER. in Ezech. *ad l.*). IV Esdr. 16, 69 incenditur ardor super vos . . . et rapient quosdam ex vobis, et -bunt idolis occisos. PAVL. NOL. epist. 23, 6 spiritalis cocus interiorem hominem -are doctior. 23, 31 *Magdalena* se in illis (*pedibus Christi*) abluit et -vit (*sc. verbi caelestis esuriens*). AVG. epist. 118, 1 curiositatem tuam -andam atque nutriendam. LEO M. serm. app. 7, 3 os eius, per quod tu -atus es vita. PROSP. epigr. 8, 4 pane -ans doctrina apostolica validos. ARNOB. in psalm. 74 p. 431[B] *diabolum* suis -antes nefariis factis. EVSTATH. Bas. hex. 6, 11 p. 936[B] *deus* vos velut hordeaceo pane id est nostrae vocis tenuitate -vit in praesenti pascatque in posterum. VEREC. in cant. 9, 44 cibum ecclesia gentili populo praebet, ut -atus fortior fiat. *ibid.* -antibus solidus butyri cibus offertur.

syn.: nutrire, pascere. *deriv.*: cibatio, cibatus. *compos.*: con-, incibare.

cibor, -ārī *v. p. 1037, 30.*

cibōrium, -ī *n.*, *κιβώριον*. PORPH. Hor. carm. 2, 7, 22 -a proprie sunt folia colocasiorum, in quorum similitudinem pocula facta eodem nomine appellantur (*cf. infra l. 48 et* PLIN. nat. 21, 87 implexis colocasiae foliis in variam speciem vasorum potare gratissimum habeant). *fem.*: PS. APVL. herb. 67 foliis similibus herbae ciboriae. *formas posteriores v. infra l. 55 sqq.*

1 *proprie nomen herbae*: DIOSC. 2, 89 flores ipsi civoria dicuntur. 3, 143 folia similia habens civorio *nymfea. ibid.* (h)asta eius lenis et non grossa et nigra similis -o. PS. APVL. herb. 67 *v. l. 43.*

2 *translate*: **a** *i. q. poculum*: HOR. carm. 2, 7, 22 -a exple, funde capacibus unguenta de conchis (SCHOL. *ad l.* aut Alexandrina poma, quae habent similia colocasiis folia, in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur [*cf.* PORPH. *l. 39 sq*], aut certe pro cibis posuit, tanquam cibum poculis compensaret). **b** *apud* ECCL. *pars altaris tholo similis* (*cf. Ducange, II 324 sq.*): GREG. TVR. glor. mart. 27 praeter illas *columnas* quae -um sepulchri sustentant. LIB. pontif. p. 122, 25 tiburium ex argento purissimo fecit (*v. l.* tigurium, tiguriam, civorium). p. 124, 11 super altare tyburium argenteum fecit. p. 161, 16 cyburium cum columnis suis IIII ex argento puro. p. 171, 6 posuit desuper cyburium aereum deauratum (*v. l.* cipurium, tegurium). p. 173, 1 cyburium super altare ex argento. p. 215, 1 fecit ambonem et cyborium in basilica. p. 215, 3 cyburium basilice . . . ex marmore. MALALAS p. 490, 3 Dind. *τὸ κιβούριον*.

cībulla *v.* cepul(l)a.

✖**cibus,** -ī *m.* [*orig. inc. umbr.* kebu *abl.* ‘*cibo*’ *a Latinis tractum esse videtur, nisi uterque populus extrinsecus accepit. cf. gr. κίβος* (*i. q. κιβωτός* SVID.) *κίβισις, κίββα* ‘*pera*’; *v.* PAVL. FEST. *infra l. 66. Th.*]. PAVL. FEST. p. 42 -us appellatur ex graeco, quod illi peram, in qua -um recondunt, cibis⟨im⟩ appellant. ISID. orig. 20, 2, 1 -us dictus, quia capitur ore, unde et ad -um vocare invitare dicitur. *formae: genet. pl.* -um: CORP. V 4015 sollemnia cibu⟨m⟩ et rosarum *quartae declinationis: gen. sing.* -ūs: BENED. reg. 39 tit. de mensura -us. *cf.* 40 de mensura potus. *cf. praeterea var. lect.* CIC. leg. 2, 27, 67 *et* PRISC. gramm. II 258 *ad* PLAVT. Capt. 826 *p. 1039, 12. acc. pl.* -ūs (*?*): FVLG. myth. 2, 10 -us et potus rigens auri materia marmorabat. -us -oris *declinat* PROB. nom. gramm. IV 208 (*corr.? cf. adn. Keilii*). *traduntur in codd. subinde formae quales* civus, cybus. *praeterea* cybo: CORP. VI 33470 (*saec. I exeunt.*). *generis neutrius est vox*: CHIRON 339 (*alibi videtur esse masc.*) GREG. TVR. Mart. 3, 59 glor. mart. 79 (*sed masc.* vit. patr. 11, 2) BENED. reg. 25 (*reliquis locis de genere nihil constat, sed cf. supra l. 70*). LYD. mens. 4, 1 ‘*Ρωμαῖοι . . . κίβους τὴν τροφὴν ἐκάλουν*. GLOSS. *τροφή. σιτίον. ἔδεσμα. βρῶσις ἡ τροφή. per totam latinitatem inde a* NAEVIO *in usu est, sed varius apud poetas elegantiores* (*singulis habent locis* CATVLL. VERG. TIB., *quinquies* HOR. sat. epod., *deest* PROP., *contra* OV. *56*[*ies*]); *passim occurrit apud physicos med. sim.* (LVCR. *34*[*ies*], CIC. philos. *fere*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

50ies, VARRO *70ies*, CELS. PLIN. *fere 400ies*, SEN. *79ies*, COLVM. *94ies*). *pluralem primi adhibent*: LVCR. 1, 861. 2, 711 CIC. leg. 2, 67 nat. deor. 2, 146 MORET. 74 LIV. OV. *et postea saepe ita ut vix discerni possit, quaenam ratio inter utrumque numerum intercedat. loci dubii vel corrupti*: OV. medic. 88 SEN. Phaedr. 208 nat. 3, 20, 4 PLIN. nat. 2, 16. [*it. mer.* čivu, *hisp.* cebo. *M.-L.*]

I ***proprie:*** **A** *datur hominibus*: **1** *generatim*: NAEV. com. 22 suopte utrosque decuit acceptos -o. ENN. sat. 19 ille tristis est, dum -um servat, tu ridens voras (CELS. 4, 7 -um devorare). PLAVT. Capt. 77 (Persa 58) quasi mures semper edimus alienum -um (CATO agr. 156, 6). 780 me ob hunc nuntium aeternum adepturum -um. 806 vae misero illi, cuius -o iste factust imperiosior. 826 tantus ventri commeatus meo adest in portu -us (*perperam pro genet. habet* PRISC. gramm. II 258). Cas. 524 cum -o suo quique (cum quiqui *codd.*) facito ut veniant. Curc. 186 si te edentem hic a -o abigat. 319 ita -i vacivitate venio lassis lactibus. Men. 905 meo -o et sumptu educatust. Most. 888 -o perduci potis es quovis. Persa 330 perpetuo -us (-o *A P*) ut mihi supersit, suppetat, superstitet. Rud. 208 nec -o nec loco tecta (freta *coni. Leo*) quo sim scio. 554 quod edint addas, meum ne contruncent -um (APVL. met. 1, 19 ut satis detruncaverat -um). 556 quom ille...eum -um poposcerit. 563 senex quidem voluit ...indipisci de -o. Trin. 944 alii di isse ad villam *Iovem* aiebant servis depromptum -um. Truc. 902 puero opust -o (-um *codd.*). CATO dict. 78 magna cura -i, magna virtutis incuria. TER. Eun. 265 viden otium et -us quid facit alienus? 315 *virginem* pugilem esse aiunt, deducunt -um. LVCIL. 444 idem epulo -us atque epulae Iovis. 1368 panis pemma lucuns, -us qui purissimus multo est. CIC. Verr. 6, 117 liberis suis -um vestitumque ferre (*cf.* 6, 118 *et* QVINT. inst. 9, 4, 71). Catil. 2, 10 vino languidi, conferti -o. Mur. 74 allici benevolentiam -o. Phil. 2, 115 quidam ... suavitatem -i non sentiunt. leg. 2, 67 terra ... ut mater -os suppeditare possit. fin. 2, 90 Socratem ... dicentem -i condimentum esse famem (PS. SEN. mon. 147. CIC. nat. deor. 2, 146 quo -orum conditiones ... processerint). Tusc. 2, 40 subduc -um unum diem athletae. nat. deor. 2, 135 *stomachus* cum depulsum et quasi detrusum -um accepit (*cf.* 2, 138 reliquiae -i depellantur. div. 2, 57). 2, 136 si quid ... -i forte incidisset. *ibid.* ut ... terendo -o ... omnia cocta atque confecta in reliquum corpus dividantur (CELS. 1 prooem. 4). 2, 151 cibi etiam varietas invenitur et copia. *ibid.* materia ... ad mitigandum -um utimur. div. 1, 62 quod habet inflationem magnam is -us. *cf.* 2, 119. off. 3, 29 nonne sapiens ... abstulerit -um? LVCR. 1, 859 -us auget corpus alitque. 1, 861 -os omnes commixto cor⟨por⟩e dicent esse. *cf.* 2, 711. 5, 930 quod cuperetur nec novitate -i *genus humanum*. 5, 1391 haec animos ... iuvabant cum satiate -i. CAES. Gall. 7, 78, 4 ut se ... -o iuvarent. VARRO Men. 251 Ceres -i (tibi *codd.*) ministra. 430 retrimenta -i qua exirent. 567 pancarpineo -o coacto. ling. 5, 118 *bis*. 7, 38 *Epeum* Argivis -um curasse (APVL. Plat. 2, 25). 7, 86. 8, 30 in supellectile, -o ceterisque omnibus, quae usus ⟨causa⟩ ad vitam sunt assumpta. 9, 16 *nutrix* a -o pristino in meliorem traducit. rust. 1, 55, 4 ad -um (2, 1, 4 APVL. met. 2, 4 AVG. civ. 18, 23). 2, 11, 1 omnium rerum, quas -i causa capimus. frg. Non. p. 59 adoreum ... quod -i ora, id est principium, sit far. SVEIVS carm. frg. 4 assulatim viscus assumit -um (CELS. 1 prooem. 1, 3 *al.*). SALL. Iug. 18, 1 *Gaetulis* -us erat caro ferina (*cf.* MELA 1, 42 -us est caro plurimum ferina). 89, 8 -us illis adversum famem atque sitim, non lubidini ... erat. MORET. 74 grataque nobilium requies lactuca -orum. HOR. epod. 5, 39 interminato cum semel fixae -o intabuissent pupulae. sat. 2, 3, 153 ni -us atque ingens accedit stomacho fultura ruenti. LIV. 2, 35, 2 -o victuque fraudari. 4, 12, 10 fraudandoque parte diurni -i servitia. 4, 15, 6 -oque obiciendo ... populum in servitutem perlici. 6, 40, 12 venenum ponat cum -o. 9, 3, 4 qua -i, qua quietis immemor nox traducta est. 9, 32, 4 firmatisque -o viribus (27, 13, 13. 28, 15, 2). 31, 41, 12 plerique graves -o sopiti iacebant. OV. am. 1, 4, 34 reice libatos illius ore -os (ars 1, 577). 2, 6, 30 in multos poteras ora vacare -os. 3, 10, 10 haec erat et teneri caespitis herba -us (*cf.* ars 2, 475 met. 2, 662). ars 3, 706 cornaque adhuc nostris non satis apta -is. met. 1, 103 -is nullo cogente creatis. 4, 262 *nympha* expers undaeque -ique. 5, 532 si nullos contigit illic ore -os *Proserpina*. 8, 826 exercetque -o delusum guttur inani. 8, 841 -us omnis in illo causa -i est. 15, 138 unde fames homini vetitorum tanta -orum? fast. 4, 372 cognoscat priscos ut dea prisca -os. Ib. 432 temptabisque -i fallere fraude Iovem. trist. 5, 8, 14 nunc mendicato pascitur ipse -o. MANIL. 4, 76 laeduntque -i parcuntque venena. 4, 539 tanta fames animumque -i (*Scalig.*, sibi *codd.*) tam dira cupido corripit. 5, 675 strages ... communemque -is usum sucumque ministrat. VITR. 1, 4, 10 pabulo -oque salubres proprietates terrae. 2 praef. 3 civitas ... non potest ... sine abundantia -i frequentiam habere. 8 praef. 2 -ique vires non poterunt habere coctionis temperaturam. item si non terrestri -o membra alantur. 8, 3, 28 sine aqua ... nec ulla -i virtus potest nasci. PAVL. FEST. p. 143 imminutio morsicatio -orum. SEN. contr. 9, 2, 4 fastidiosos sub ebrietatem -os. 9, 4, 4 salutares porrexerunt -os. 9, 6, 19 omnes praegustavi -os. VELL. 2, 114, 2 apparatus -i ... succurrit valetudini. VAL. MAX. 5, 4, 7 ne quid -i inferret. CELS. 1 prooem. aliud bilem aliud -um vomere. *ibid.* necessaria -i festinatio. 1, 3 ne quid ex densiore -o remittatur. 2, 3 cupiditas -i vel a primo servata (2, 4 *al.*).

3, 2 umidoque -o esse contentum (7, 27 *al.*). 3, 6 aegrum -o impleri (SEN. dial. 4, 20, 2). 3, 18 opus est -o infirmo. CVRT. 3, 2, 15 -us, quem occupaverunt, satiat. 3, 10, 8 nec solitos -os relinquerent deditis. 8, 10, 13 insalubrium -orum novi suci. SCRIB. LARG. 52 pastillus iste nocte super -um dandus est. 104 quibus frequenter inacescit -us (PLIN. nat. 23, 59). *ibid.* non continentibus -os (SEN. epist. 83, 16 onerati mero quemadmodum non continent -um). 108 nihil -i retinere (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 30 ut -us teneri non potest). SEN. Thy. 149 hos aeterna fames persequitur -os. 1107 instruere similes inscio fratri -os. dial. 2, 7, 4 *venenum* vim suam remixtum -o perdidit. 7, 10, 1 bonum suum -o metientibus. nat. 4, 13, 10 quid sentire possunt emortuae fauces et occallatae -is ardentibus. epist. 78, 23 ne quis intepescat -us. 95, 19 inconstans variusque ex discordi -o morbus. 108, 15 nec enim -i, sed oblectamenta sunt. COLVM. 1 praef. 5 gulosius condiendi -os. 6, 7, 4 -osque respuet (6, 14, 2). 12, 47, 3 liquorem inter -um dari. PETRON. 35 *super signa* materiae structor imposuerat -um. 102 labris quibus et spiritum recipere possitis et -um. 111 avide se replevit -o. 115 -us avidum strangulavit. *ibid.* -isque naufragio corruptis. 117 -osque omnes palam damnet (SIL. 2, 595). CORP. IV suppl. 6635 c *alimenta* fortuna in patrios vertit iniqua -os. PLIN. nat. 7, 70 nec -o tantum et alimentis necessarii *dentes* (*cf.* 7, 168 -orum instrumenta). 18, 118 *faba* praevalens pulmentari -o. 19, 71 cucurbitarum ... primus caulis in -o (19, 133 *al.*). 20, 96 lapsana coquitur in -o. 21, 90 cnecon *Aegyptiis* oleo, non -o gratam. 22, 33 *semen urticae* difficilem ventrem tostum -o emollit. 22, 97 quae voluptas tam ancipitis -i? 23, 53 prodest stomacho ... -os non perficienti. 29, 23 -o saepius die ingesto. 29, 133 aegros hoc -o sanari. 31, 87 ad opsonium et -um utilior *crocinus*. SIL. 14, 600 descendere fauces abnuerant siccae iussorum alimenta -orum. STAT. Theb. 1, 150 aurum violare -is. Ach. 2, 98 *Achillem* non ullos ex more -os hausisse. CORP. VI 33470 (*e columb.*) Epaphrodito structori a cybo imp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici. MART. 4, 53, 6 cui dat latratos (*i. caninos*) obvia turba -os. 13, 90 cui solus erit concha Lucrina -us. QVINT. inst. 1, 12, 5 mutatione recreabitur sicut in -is. 2, 4, 29 fastidium moveant velut frigidi et repositi -i. 11, 2, 41 quasi eundem -um remandendi. 11, 3, 19 facilis -orum digestio. IVV. 3, 233 languorem peperit -us imperfectus. 5, 14 fructus amicitiae magnae -us. 6, 365[4] *cinaedis* violare -os ... permittunt. 11, 99 tales ergo -i, qualis domus atque supellex. 15, 98 huius enim quod nunc agitur, miserabile debet exemplum esse -i. 15, 171 pectora bracchia voltum crediderint genus esse -i. TAC. Germ. 7 -os et hortamina pugnantibus gestant *mulieres*. hist. 2, 5 Vespasianus ... -o fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans. ann. 1, 65 infectos caeno aut cruore -os (3, 14). 1, 68 *legiones* -orum egestas fatigat (6, 23). 2, 12 cum ... inter militares -os spem aut metum proferrent. 6, 26 Nerva abstinentiam -i coniunxit. 12, 67 infusum delectabili -o boleto venenum. PLIN. epist. 1, 12, 10 medico admoventi -um. 2, 5, 8 quamvis a plerisque -is singuli temperemus, totam tamen cenam laudare solemus. SVET. Tib. 53 per vim ore diducto infulciri -um iussit. Cal. 58 marcente adhuc stomacho pridiani -i onere. FLOR. epit. 1, 23, 2 redactis in sanguinem -is. 3, 5, 10 Athenas ... ad humanos -os contulit. 4, 2, 69 semesi in medio -i. FRONTO p. 182 N. hunc -um (*uvam*) degluttivit. GELL. 6, 16, 4 domicilia -orum omnibus aliis praestantia. APVL. met. 6, 20 offerentis hospitae ... -um beatum. 11, 21 -is profanis ac nefariis ... temperare. MIN. FEL. 8, 4 plebs ... inhumanis -is non sacro quodam, sed piaculo foederatur. TERT. ieiun. 1 siccantes -um ab omni carne et omni iurulentia et uvidioribus quibusque pomis. 15 interdictio -orum. anim. 48 de -is distinguendis vel derogandis. resurr. 61 -i famem. *ibid.* os -o excusamus. adv. Marc. 1, 14 copias *maris*, quas sanctiorem -um deputas. 4, 12 -um operati. ITALA gen. 3, 14 (Cypr. testim. 2, 9) erit tibi terra -us (*γῆν φαγῆ*, VVLG. terram comedes). I Cor. 3, 2 (Cypr. testim. 3, 3) lacte vos potavi, non -o (*βρῶμα*, VVLG. escam). PORPH. Hor. epist. 1, 16, 21 tibi debeas temperare ab importunis -is. CYPR. testim. 3, 60 tit. -orum nimiam concupiscentiam non appetendam. SOL. 1, 124 ne forte parenti -um administraret puerpera. ARNOB. nat. 3, 13 subactionibus -orum dentes trini generis ... compositos. LACT. inst. 1, 4, 6 contenti extemporali -o quem deus subministrasset. opif. 11, 6 ubi maceratos ex se -os alvus emiserit. SPART. Pesc. 6, 6 *al.* -i parcus. VOPISC. Aurelian. 6, 1 -i paulo cupidior *sim. al.* MAR. VICTORIN. homous. 1 *pagani* elementa et -os suos deos esse dixerunt. HIL. in Matth. 3, 2 non -um etiam hominum esuriit, sed salutem. OPTAT. 1, 12 p. 14, 12 qui iam dudum vitalibus pasti fuerant -is. AVSON. 10, 10 lubrica deiectis, qua via nota -is. AMM. 23, 6, 77 nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit -os. 29, 1, 21 ut damnati -o precario victitarent. HIER. epist. 52, 5 oblatos et degustatos -os. 64, 2 servis -orum reliquiae conceduntur. 78 mans. 13 simplicem mannae -um. VVLG. gen. 6, 21 erunt tam tibi quam illis in -um (*φαγεῖν*). Hebr. 5, 12 quibus lacte opus sit, non solido -o (*στερεᾶς τροφῆς, in imagine*). RVFIN. hist. mon. prol. *monachi* nullam -i aut indumenti ... sollicitudinem gerunt. CLAVD. carm. min. 30, 61 Punica messis castrorum devota -o. AVG. epist. 47, 4 -um ... quem ... tamquam idolothytum respuit. 93, 21 parvulum ... nondum -o paterno idoneum, sed adhuc materno lacte nutriendum. PS. AVG. serm. 143, 3 si volumus bene ieiunare a -is. SVLP. SEV. Mart. 6, 5 helleborum ... in -um sum-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psit. ZACCH. 3, 3 pane veteri et sine -orum adiectione vescuntur *monachi*. MACR. *passim*. THEOD. PRISC. eup. faen. 95 herba ... -o data. 96 vipereas carnes in -os ministraverunt. PHYSIOGN. 21 infandis -is .. pollutum quales Thyestae vel Terei -i. OROS. hist. 5, 14, 6 abnegato -o. CAEL. AVR. chron. 1, 6, 184 dandi etiam -i constrictivi *et passim*. OP. imperf. in Matth. 41 p. 860 -um postquam masticaverimus. CARM. de aegr. Perd. 136 undas Cereremque negat victumque -orum. VEN. FORT. carm. 10, 17, 12 *dives* dat moritura -i, sumit opima dei. ORIG. in I reg 8 lacte et non -o forti alitur. TAB. devot. Audollent 266, 7 non dormiat, non -um, non escam accipere possit. *in titulis librorum*: ANTHIMI de observatione -orum. NOVATIANI de -is Iudaicis. *nota de diis*: OV. fast. 3, 660 teque Iovi primos, Anna, dedisse -os. 4, 744 rustica praecipue est hoc dea laeta -o. 6, 171 prisca dea est aliturque -is, quibus ante solebat. SVET. Nero 33 *Nero* boletos, in quo -i genere venenum is (*Claudius*) acceperat, quasi deorum -um posthac proverbio Graeco collaudare sit solitus. APVL. met. 6, 28 quos honores habebo, quos -os exhibebo *Fortunae*. *de mortuo*: OV. fast. 2, 565 nunc posito pascitur umbra -o.

2 *speciatim*: **a** *fere i. q. materia vel vis quae nutrit*: CATO agr. 157, 7 venae omnes ubi sufflatae sunt ex -o. CIC. nat. deor. 1, 137 a reliquo -o sucus ... permanat ad iecur. *ibid.* ab eo -o ... secreta bilis. *ibid.* per quas *vias* cadit -us a iecore dilapsus. LVCR. 2, 1125 dum facile in venas -us omnes inditur (*cf.* 2, 1136. 4, 955). 3, 702 dispertitus enim per caulas corporis omnis ut -us. CAES. Gall. 4, 1, 9 quae res et -i genere et cotidiana exercitatione ... vires alit. VARRO rust. 1, 23, 2 in pingui *seruntur terra* rectius quae -i (ibi *Plin. codd.*) sunt maioris (PLIN. nat. 18, 165). 2, 11, 3 maximi -i sunt bubuli ... minimi -i ... caprini. LIV. 2, 32, 11 maturum confecto -o sanguinem. VITR. 1, 4, 6 aeris etiamque terreni in corpore naturalis compositio ... infirmat cetera principia ... terrenum -i plenitate, aer gravitate caeli. CELS. 2, 14 eo -o, qui postea usque ad cutem ... penetrat. PLIN. nat. 22, 92 boletos ... opimi quidem hos -i. *nota de spiritu*: CIC. nat. deor. 2, 136 ut frequenter ducatur -us animalis, quo maxime aluntur animantes. *in imagine* (*cf. praeterea II B*): RVFIN. hist. 4, 23, 8 robustioris iam et validioris -i de cetero scripta transmittere (*στερροτέρας ... τροφῆς*). **b** *fere i. q. cena, actio edendi*: PLAVT. Mil. 349 primus ad -um vocatur (CELS. 1, 2 *al.* SEN. epist. 122, 6 *cf.* ISID. orig. 20, 2, 1). HOR. sat. 1, 10, 61 amet scripsisse ducentos ante -um versus (CELS. 1, 2 *al.* SCRIB. LARG. 77. 135 PLIN. nat. 23, 41. 28, 129 IVV. 6, 428. 14, 255). OV. fast. 4, 536 tempus habent mystae sidera visa -i (CELS. 2, 8 *al.* SEN. epist. 22, 1 TERT. ieiun. 7 *adde l. 51*). OV. Pont. 1, 10, 8 invisi cum venit hora -i (CELS. 3, 23. *cf.* IVV. 6, 581 nulla videtur aptior hora -o). PAVL. FEST. p. 223 meridianum -um cenam vocabant (SVET. Aug. 78). SEN. contr. 1 praef. 17 ab ipso -o statim ad declamandum veniebat. CELS. 1 prooem. p. 12 facilius uno -o quam prandio quoque assuetus. 1, 1 *concubitum* -us ... statim sequitur. 1, 2 non post -um id facere (*al.* SEN. epist. 94, 20 PLIN. nat. 26, 74. 113 PLIN. epist. 3, 5, 10 SVET. Aug. 78 Cal. 3 Claud. 8 BENED. reg. 43). *ibid.* exercitatio est, quae semper antecedere -um debet (1, 10). *ibid.* similia melius primo -o assumit (3, 4 *al.* PLIN. nat. 22, 139). SEN. benef. 3, 9, 2 idonea -o tempora. PETRON. 72 avocatus -o. PLIN. nat. 18, 365 nec non et in -is mensisque nostris vasa ... praenuntiant (28, 56 *al.* VITAE patr. 3, 31). 20, 28 vomituris summo -o esse *raphanos* utilissimum est (20, 37). 33, 152 eadem materia (*sc. argentum*) et -is et probris serviat. PLIN. epist. 3, 1, 8 lotus accubat et paulisper -um differt. AVR. Fronto p. 68 N. bene disposito -o. APVL. met. 1, 18 -o et crapula distentos. TERT. ieiun. 2 ut unusquisque ... possit supervacua[m] nec adeo necessaria[m] existimare sublati vel deminuti vel demorati -i officia. LAMPR. Alex. 30, 5 -um usque ad cenam differebat. HIER. epist. 22, 35 nullus in -o strepitus est; nemo comedens loquitur. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 145 -um partitur. 3, 8, 147 non post prandium sed post vespertinum -um *al.* *nota genetivum qualitatis*: PLAVT. Vid. 42 qui ... sit ... -ique minimi maxumaque industria (SVET. Aug. 76). CIC. epist. 9, 26, 4 non multi -i hospitem accipies, multi ioci (FRONTO p. 32 N.). SVET. Galba 22 -i plurimi traditur. *sequitur genet. obiectivus*: PLIN. nat. 29, 97 vitiorum, quae e -o piscium gignuntur (32, 121). 30, 61 inflationes discutit cochlearum -us. 32, 70 mullorum -o aciem oculorum hebetari tradunt. HIL. in psalm. 130, 5 ablactatus ... -um lactis excederet. in Matth. 12, 2 neque enim homini congruit -us spicae neque praecerptarum esus est utilis aristarum. *alia exempla sub II B invenies*. **c** *de eucharistia*: FIRM. err. 18, 5 dulce est caeleste pabulum, dulcis dei -us. 18, 8 salutaris -i gratiam quaerite. *ibid.* caelesti -o renovate hominem perditum (HIL. in Matth. 15, 10. 26, 5. *aliter* RVFIN. hist. mon. 15 *v. p. 1043, 37*). HIL. in Matth. 6, 2 neque sit pro vitae -o lapidem duritiae gentilis ... praestiturus? (9, 3). 9, 2 euangelicis -is peccatoribus et publicanis convivium divite copia praeparatur (14, 11). 9, 3 praesentiae suae gaudium et sacramentum sancti -i edocet. 14, 10 ad vitae aeternae -um caelestem panem perficere ac ministrare. 15, 9 vult -o suo alere. 25, 6 nec -um veri panis acceperint *animae*. HYMN. Ambros. I 7, 21 Christusque nobis sit -us. VVLG. Ioh. 4, 32 -um (*βρῶσιν*) habeo manducare, quem vos nescitis. 6, 56 caro enim mea vere est -us (*βρῶσις*). AVG. civ. 20, 26 lignum vitae, a cuius -o separatis illis hominibus.

B *datur bestiis*: **1** *generatim*: PLAVT. Lip. frg. 1 fucum in alveo, apibus qui peredit -um. CIC. nat. deor. 2, 122 -umque *animalia* partim oris hiatu ... capessunt partim unguium tenacitate arripiunt. ... aliorum ea est humilitas, ut -um terrestrem rostris facile contingant. quibus bestiis erat is -us, ut aliis ... vescerentur. 2, 128 *post partum* omnis fere -us matrum lactescere incipit. LVCR. 5, 848 nec potuere ... reperire -um *monstra*. VARRO rust. 1, 38, 2 utile ... ad -um ita bubus ac subus, ut fiant pingues (AMM. 22, 15, 25). 2, 7, 10 praegnatem *equam* neque implere -o. 2, 7, 13 alium ullum -um gustare *equum*. 2, 8, 4 -o suffundamus vires *asini*. 3, 7, 8 -us apponitur circum parietes in canalibus *columbis*. 3, 7, 10 hieme demunt -um medium. 3, 14, 3 parvus *cocleis* -us opus est. 3, 16, 5 tria enim harum *apium* -us domus opus, neque idem quod cera -us (*cf.* 3, 16, 25). 3, 16, 26 -i pars, quod potio, et ea iis aqua liquida. 3, 16, 28 praeparandus -us *apibus*. HOR. epod. 6, 10 proiectum odoraris -um (*in imagine de homine*). OV. epist. 10, 96 destituor rapidis praeda -usque feris. am. 3, 5, 18 iterum pasto pascitur ante -o *taurus*. ars 1, 14 granifero solitum cum vehit ore -um *formica*. Ib. 230 primus pueri *Ibidis* venit in ora -us. trist. 1, 2, 56 aequoreis piscibus esse -um. MONTAN. carm. frg. 1 hirundo ... -os immittere nidis incipit. PAVL. FEST. p. 46 canicae furfures ... a -o canum vocatae. p. 57 porcus ... qui -o permixto ... nutritur. PHAEDR. 1, 4, 6 quem tenebat ore dimisit -um. 1, 26, 7 *ciconia* intrito -o plenam lagonam posuit. SEN. benef. 1, 2, 5 elefantorum feritatem ... demeretur -us. epist. 66, 26 aves ex aequo partiuntur -os. COLVM. 7, 4, 1 *Graecum pecus* et curam et -um maiorem desiderat. 7, 9, 9 *sues* conditivis -is sustinendae sunt. 8, 5, 2 -us quasi condiendus est. 8, 5, 22 -os avis respuit. 8, 8, 1 ad requirendos -os. 8, 8, 6 -os ... spargi. 8, 15, 6 aquatilis autem -i si sit facultas. 8, 17, 11 *pisces* lambunt -os. 8, 17, 13 quique sunt -i sorbilibus proximi. 9, 11, 1 posito -o (9, 13, 8). LVCAN. 6, 111 volgus in pecudum cecidisse -os. PETRON. 140 muta animalia -o inescantur. anth. 467 taurus ... fera mutatis sustinet ora -is. CALP. ecl. 5, 112 viridante -o. PLIN. nat. 1, 11, 40 animal cui -i exitus non sit (*cf.* 11, 116). 8, 128 -i nulla tunc argumenta ... in alvo *ursi* inveniri. 8, 138 aliis pro -o somnus. 9, 85 *pedibus* ad ora admovent -os *saepiae*. 9, 90 carent conchae visu omnique sensu alio quam -i et periculi. 32, 154 *pernae* pedali non minus spatio -um venantur. STAT. Theb. 2, 679 *leo* mediis in caedibus astat aeger hians victusque -is. 5, 603 *aligera* excutit ore -os. 7, 575 exceptantque -os (dapes *B*) *tigres*. QVINT. inst. 2, 6, 7 *aves* fetibus -os ore suo collatos partiuntur. IVV. 14, 79 -us magni quoque vulturis. FRONTO p. 216 N. ad ... comparcendum -um. APVL. met. 4, 3 *rosarum laurearum* cuncto pecori -us letalis est. 6, 20 offulae -o sopita canis. ITALA iud. 19, 21 (Lugd.) misit -um iumentis (*τόπον ἐποίησε τοῖς ὄνοις*, VVLG. pabulum asinis). NEMES. cyn. 154 *catulis* -o Cererem cum lacte ministra. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 50 SOL. 15, 8. CAPITOL. Ver. 5, 2 viva animalia ... quorum -i appositi erant. AVIEN. Arat. 1838 ovis ... insaturata -i. AVSON. 151, 6 glires -o parcunt. PELAGON. 33 competentibus -is ... curatur *equus*. 60 quamdiu -os virides appetat *equus*. AMBR. hex. 3, 9, 40 -us illis (*ovibus et capris*) ergo medicina est. AVG. civ. 15, 27 multa animalia, quibus caro -us est. PHYSIOGN. 123 canis animal ... -is suavibus deditum. *nota ioculariter de matrimonio Asellionis* (*i. asini*) *et meretricis* (*i. lupae*): ENNOD. carm. 2, 24, 3 coniugis ille -us (quibus *T*, illepidus *coni. Schenkl*) satiavit viscera prole.

2 *speciatim*: **a** *i. q. esca*: PLAVT. Asin. 216 auceps quando concinnavit arcam, offundit -um. TIB. 2, 6, 24 cum tenues hamos abdidit ante -us. LIV. 41, 23, 8 cum ferae bestiae -um ad fraudem suam positum plerumque aspernentur et refugiant. OV. rem. 210 quae piscis ... devoret ore abdere sub parvis aera recurva -is (*cf.* fast. 6, 240). met. 8, 856 qui pendentia parvo aera -o celas. 15, 476 nec celate -is uncos fallacibus hamos (MANIL. 4, 287). Pont. 2, 7, 10 omnibus unca -is aera subesse putat *piscis*. PLIN. nat. 32, 12 aviditas *polypi* tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat -um. 32, 17 *melanuri* ad nullum -um, in quo hamus sit, accedunt. PLIN. paneg. 43 Caesarum munera illitos -is hamos ... aemulabantur. HIL. trin. 6, 2 a -o mortis, quo in laqueum aves solent illici. CLAVD. carm. min. 49, 13 vestita -is incautior aera hauserit *torpedo*. **b** *i. q. actio edendi* (*cf. supra A 2 b*): COLVM. 8, 11, 7 *pavones* a -o et a coitu prohibent minus validos. PLIN. nat. 9, 31 delphini occidisse ad praesens contenti, -os in victoriam differunt. MIN. FEL. 25, 12 nec pullos cavea reclusos *haberent*, quorum -o vel fastidio res publica summa regeretur. *nota de animantibus generaliter*: LVCR. 1, 194 secreta -o natura animantum (*cf.* 1, 1038 privata). 1, 350 dissipat in corpus sese -us omne animantum. 2, 879 omnes natura -os in corpora viva vertit. 2, 1141 grandi -us aevo denique defit. 2, 1146 omnia debet enim -us integrare novando et fulcire -us, ⟨-us⟩ omnia sustentare. 4, 633 aliis alius qui sit -us. *cf.* 4, 637. 6, 771 multa -o quae sunt vitalia. AVG. civ. 7, 24 tellurem putant esse ... magnam quod -um pariat.

de arboribus: LVCR. 1, 352 quod -us in totas *arbores* ... per ramos diffunditur omnes. SEN. nat. 5, 18, 13 arborum fructus, quos ad maturitatem cum aliis causis adducit ipsa iactatio attrahens -um in summa. PLIN. nat. 17, 12 -us autem earum imber. 17, 17 longioresque desiderant -os.

II *sensu latiore*: **A** *de rebus non animatis*: CIC. nat. deor. 3, 37 sol ... nec longius progrediatur solstitiali orbi ... ne longius

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

discedat a -o. Tim. 18 nec vero desiderabat *mundus*... detractionem confecti et consumpti -i (*τροφήν*). Lvcr. 5, 524 sive ipsi *aetheris aestus* serpere possunt, quo cuiusque -us vocat. Ov. met. 15, 352 nempe ubi terra -os alimentaque pinguia flammae non dabit. Vvlg. Is. 9, 5 erit in combustionem, et -us ignis. *cf.* Ezech. 21, 32 igni eris -us.

B *in imagine*: Plavt. Asin. 628 tun verberes, qui pro -o habeas te verberari (Cas. 802 tibi amor pro -o est. Merc. 744) Cist. 720 istic mihi -us est, quod fabulare. Trin. 368 sapienti aetas condimentum, sapiens aetati -ust. Cic. fin. 5, 54 animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis -us. Ov. rem. 138 *otia* sunt iucundi causa -usque mali. met. 6, 480 omnia pro stimulis facibusque -oque furoris accipit. Pont. 1, 10, 21 is quoque qui gracili -us est in corpore somnus. Petron. 2 omnia quasi eodem -o pasta non potuerunt -usque ad senectutem canescere. 96 iniuriaque Eumolpi velut quodam -o me replebam. Itala prov. 4, 17 (Lucif. non conv. 6 p. 14, 7) cibantur -is impietatis (*σῖτα*, Vvlg. panem). Hil. in Matth. 14, 10 ostendens eos quibus mederetur, legalis doctrinae -o non egere (Ps. Avg. serm. 10, 1 Pavl. Med. bened. 11, 2 Evstath. Bas. hex. 3, 10 p. 902[A]). 27, 1 si... verbum vitae in aeternitatis -um alendae familiae dispendat *episcopus*. trin. 7, 3 totum me . . . tamquam desideratum -um morsu saevissimo transvorans. Ambr. virg. 1, 8, 53 -us parcimoniae, potus abstinentiae. fid. 5 prol. 1 pascendo bene -o fidei gregem Christi. epist. 77, 5 bonus -us omnium Christus est, bonus -us est fides, suavis -us misericordia *eqs.* Heges. 3, 17 l. 73 repletus -o gratiae spiritalis. Epist. pontif. 253 (Hier. epist. 35, 1) veluti cotidiano -o alitur et pinguescit oratio. Hier. epist. 15, 1, 1 meae animae postulans -um. 51, 6 plurimos fratrum . . . -os factos esse diaboli (*cf.* in Is. 28, 1 p. 372 Avg. agon. 2, 2). 60, 10 caecorum baculum, esurientium -us . . . fuit *Timotheus*. 96, 1 saturati spirituali -o (Avg. in euang. Ioh. 69, 4 Pass. Thom. p. 149, 14). Pelag. in Eph. 5 p. 837[B] eos... perfecto -o continentiae nutriebat. Vvlg. psalm. 52, 5 qui devorant plebem meam ut -um panis (*βρώσει ἄρτου*). Ioh. 4, 34 meus -us est ut faciam voluntatem eius qui misit me (*βρῶμα*, *cf.* Evcher. form. 7 p. 41, 7). Rvfin. Orig. in gen. 16, 4 alienus . . . a sapientiae -is. hist. 3, 29, 4 animam ... scientiae -is in maius semper augendam (*διὰ γνώσεως*; Zacch. 3, 1). hist. mon. 15 caelestis -i, id est verbi et scientiae suae, tibi abundantiam donat *Christus*. Avg. c. Iul. 2, 10, 37 catholicam fidem... quam in -o sumpserunt, cuius lac et -um parvis magnisque ministraverunt. conf. 3, 1, 1 fames mihi erat ab interiore -o, te ipso, deus meus. *cf.* 7, 10, 16. in psalm. 5, 15 -um veritatis, quo sanae animae gaudent. 51, 10 -os amaritudinis non das ventri tuo et -os iniquitatis das linguae tuae malignae. Ps. Avg. serm. 231, 3 -us *Christi* sumus dum acquisiti ecclesiae in membra eius corpusque transimus. Petr. Chrys. serm. 1 p. 187[A] mensa patris nos alit virtutis -o, salutis epulo. 8 p. 209[A] *ieiunium* non pietatis -o pascitur. Sidon. epist. 4, 9, 3 *per lectionem* inter edendum saepius sumit animae -um. Sedvl. op. pasch. 5, 35 -os sanctae benedictionis accipiunt. Cassiod. in psalm. 64, 12 -us ille non dentibus manditur, sed animae aviditate devoratur. Greg. M. moral. 1, 29 scriptura enim sacra aliquando nobis est -us. *ibid.* -us est in locis obscurioribus, quia quasi exponendo frangitur et mandendo glutitur. in Ezech. 1, 6, 3 ut omnipotenti patri -um boni operis offerret. Pass. Mar. Iac. 8 in ieiunio -um saturabilem dei habere sermonem. *nota de persona amata*: Plavt. Bacch. 18 cor meum, spes mea, mel meum, suavitudo, -us, gaudium. *fere i. q. sumptus, victus*: Plavt. Poen. 810 nostro servire nos sibi censet -o. Rud. 283 Veneri -o meo servio. Truc. 137 quia tuo vestimento et -o alienis rebus curas. *i. q. donum*: Vvlg. II reg. 11, 8 egressus est Vrias . . . secutusque est eum -us regius.

iuncturae: 1 *coniunguntur nomina*: aqua: Plavt. Cas. 255 Varro rust. 3, 5, 3. 11. 14. 3, 11, 2 Vitr. 1, 4, 9. 10 Colvm. 8, 3, 8 *al.* Qvint. inst. 3, 8, 23 Tert. ieiun. 9. arma: Sall. Iug. 45, 2 Liv. 43, 34, 3 Orat. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) frg. B 2, 11. cena: Svet. Cal. 37 Gell. 6, 16, 1 Amm. 30, 4, 13. exercitatio: Cels. 3, 21 *al.* Sen. dial. 3, 6, 2 Qvint. inst. 5, 10, 121. 10, 5, 15. 12, 10, 41. pocula: Colvm. 12, 4, 3 Apvl. met. 8, 19 Nemes. ecl. 2, 42. potio: Cic. Deiot. 18 fin. 1, 37. 2, 7 Tusc. 3, 46. 5, 100 Cato 36. 46 nat. deor. 1, 112 *al.* Varro rust. 1, 1, 5. 2, 1, 22. 2, 5, 12. 3, 9, 10. 3, 17, 6 frg. Non. p. 108 Liv. 5, 5, 12 *al.* Pavl. Fest. p. 30 Sen. contr. 2, 1, 29 contr. exc. 3, 9 Val. Max. 9, 2 ext. 6 *et* 11 Cels. *passim*. Cvrt. 7, 5, 14 Sen. dial. 5, 34, 1 benef. 4, 13, 1 *al.* Colvm. 11, 1, 19 Petron. 111. 113 Plin. nat. 20, 56 *al.* Svet. Nero 35 Porph. Hor. epist. 1, 12, 5 Lact. inst. 4, 26, 18. potus: Pavl. Fest. p. 84 Cvrt. 7, 5, 16 Plin. nat. 7, 25 *al.* Tac. ann. 13, 16 Plin. epist. 3, 11, 6 Apvl. apol. 50 mund. 17 Min. Fel. 12, 5 Tert. resurr. 61 adv. Marc. 5, 19 Vlp. dig. 37, 9, 1, 19 Hermog. dig. 50, 4, 1, 4 Porph. Hor. sat. 1, 10, 32 Sol. 27, 13 Arnob. nat. 2, 16 Lact. inst. 4, 26, 18 opif. 11, 1 Firm. err. 16, 5 Hil. in Matth. 11, 8 Optat. 1, 16 p. 18, 17 Avien. orb. terr. 920 Avson. 344, 7 Amm. 31, 2, 6 Veg. mulom. 1, 40, 1 Hyg. fab. 126 p. 110 *al.* Fvlg. myth. 2, 10 Hier. epist. 21, 2, 6. 79, 4 Vvlg. gen. 26, 30 *al.* Avg. civ. 11, 22 *al.* Vindic. med. 2 Sacr. Leon. p. 413 Nicet. psalm. 9 p. 66, 8 Bened. reg. 43 *al.* Pass. Matth. 236, 19. quies: Liv. 32, 11, 10. 37, 5, 2 Cels. 3, 15 Colvm. 11, 1, 27 Amm. 21, 12, 12. somnus: Lvcr. 4, 954 Liv. 3, 2, 10 Ov. epist. 19, 132 met. 14, 424 *sim.* fast. 4, 352 Vell. 2, 41, 1 Cels. 1 prooem. p. 8 Cvrt. 5, 4, 23 Sen. epist. 77, 6 Tac. Germ. 15 hist. 3, 22 Fronto p. 104 N. Apvl. met. 1, 26 Avson. 419, 82 Amm. 19, 2, 5 *al.* Veg. mil. 4, 28. tectum: Cic. Verr. 4, 60 Ov. ars 2, 622 Sen. contr. exc. 6, 2 Sen. dial. 2, 3, 1 epist. 90, 18 Ivv. 3, 211 Vlp. dig. 37, 9, 1, 19 Hermog. dig. 50, 4, 1, 4. victus: Liv. 2, 35, 2 Apvl. Plat. 2, 25 Ps. Apvl. Ascl. 22. vinum: Cic. Catil. 2, 10 Pis. 42 div. 1, 60 Varro rust. 2, 1, 23 Sall. hist. frg. 4, 11 Liv. 1, 7, 5 *al.* Rvt. Lvp. 2, 7 Ov. epist. 14, 33 Val. Max. 4, 3, 11 Cels. 1 proem. p. 9 *al.* Cvrt. 3, 6, 14 Scrib. Larg. praef. p. 3, 29 Colvm. 6, 3, 5 Plin. nat. 10, 211 *al.* Ivv. 5, 49. 10, 203 Tac. hist. 2, 21 Svet. Claud. 33 vita Verg. p. 56 Fronto p. 103 N. Avson. 194, 20. umor: Lvcr. 4, 1091 Sen. dial. 6, 11, 4 nat. 6, 2, 3. *nota*: Vvlg. Agg. 2, 13 panem aut pulmentum aut vinum aut oleum aut omnem -um.

2 *iuncturae casuum*: **a** *nominat.*: crescit -us (in ore): Ov. epist. 15, 226 Sen. epist. 82, 21 Ivv. 13, 213. deficit: Liv. 5, 48, 7 Ov. Ib. 524 Vvlg. num. 11, 33. iuvat: Catvll. 50, 9 Ov. trist. 3, 8, 28 Mart. 7, 25, 5 Qvint. decl. 298 p. 178, 14. 368 p. 404, 12.
b *genetivus*: fastidium -i: Cic. inv. 1, 25 Cels. 2, 7 *al.* Colvm. 6, 6, 1 *al. cf.* Plin. nat. 7, 41 in -is. Sol. 1, 62. inopia: Sall. Iug. 89, 5 Liv. 5, 47, 4 Plin. nat. 11, 35 Amm. 25, 7, 14. 30, 6, 2 Veg. mil. 4, 30. penuria: Lvcr. 5, 1007 Colvm. 6, 3, 1 *al.* -i gratia: Plin. nat. 10, 45 *al.* Apvl. met. 7, 15. avidus -i: Ter. Eun. 938 Colvm. 7, 4, 2 Plin. nat. 11, 200 Svet. Claud. 44 Spart. Carac. 9, 3 *al. cf.* Sen. epist. 78, 11 aviditas -i. *cf.* appetere -i: Gallican. Avid. 3, 4.
c *acc.*: accipere: Sen. contr. 1, 7, 10 Cels. 3, 4 *al.* Qvint. decl. 330 p. 298, 15 *et* 300, 1 Ivv. 10, 229 Flor. epit. 3, 8, 5 Chiron 189 Vvlg. act. 9, 19. afferre: Tac. ann. 6, 50 Fronto p. 134 N. Clavd. rapt. Pros. 3, 143. appetere: Phaedr. 5, 4, 5 Sen. epist. 94, 22 Colvm. 6, 8, 2. 8, 10, 1 Plin. nat. 32, 60 Apvl. Plat. 1, 15 Porph. Hor. sat. 2, 2, 21 Vopisc. Tac. 11, 3 Pelagon. 60 Physiogn. 59 (*c. gen. v. supra l. 25*). attingere: Tac. ann. 4, 54 Plin. paneg. 49 Tert. ieiun. 16. capere: Plavt. Trin. 905 Ter. Eun. 368. 373 Lvcil. 662 Cic. epist. 16, 1, 1 Lvcr. 4, 645. 867 Varro rust. 1, 13, 2 2, 9, 10. 3, 11, 2 Sall. Iug. 91, 2 Liv. 9, 37, 5 *al.* Sen. contr. 1, 2, 16 Val. Max. 2, 5, 5. 8, 7 ext. 5 Cels. 1, 1 *al.* Cvrt. 4, 13, 20 *al.* Sen. Thy. 452 dial. 4, 33, 5. 10, 7, 9 Colvm. 1, 8, 12 *al.* Scrib. Larg. 122 Mela 1, 57 Petron. 113 Plin. nat. 7, 12 *al.* Qvint. decl. 291 p. 162, 4 Ps. Qvint. decl. 3, 13 Ivv. 6, 581 Tac. Germ. 22 Plin. epist. 3, 16, 8. 10, 96, 7 Orat. imp. Hadr. ad exerc. (Corp. VIII 18042) frg. B 2, 11 Svet. Tib. 18 Galba 22 Avr. Fronto p. 80 N. Gell. 5, 6, 12 *al.* Tert. ieiun. 10 Itala I Cor. 5, 11 (Ps. Cypr. aleat. 4; *συνεσθίειν*; Itala Tert. pudic. 18 *et* Vvlg. sumere). Cypr. patient. 6 Sol. 27, 13 *al.* Fortvn. rhet. 3, 17 p. 131 Avson. 439, 3 Amm. 24, 3, 1 *al.* Veg. mil. 3, 8 *al.* Pelagon. 43 Hier. epist. 108, 19 Vvlg. iud. 19, 8 *al.* Svlp. Sev. chron. 1, 33, 8 *al.* Pass. Thom. p. 149, 14. captare: Plavt. Rud. 300 Sen. Thy. 2 Gell. 14, 1, 2 Arator act. 1, 566. carpere: Varro rust. 3, 16, 24 Ov. ars 3, 755 Sen. Herc. O. 655 Arnob. nat. 7, 4. comedere: Plavt. Cas. 778 Truc. 534 Vvlg. lev. 11, 34 *al.* Avg. serm. 127, 5, 6 Conc. Clipp. a. 626 p. 199, 19. comparare, parare: Cic. nat. deor. 2, 123 Val. Max. 7, 6, 3 Sen. dial. 11, 10, 7 epist. 114, 26 Colvm. 12, 3, 2 Plin. nat. 11, 22 Tac. hist. 2, 88 Vvlg. gen. 27, 14 *al.* Avg. civ. 16, 37. concoquere: Cato agr. 127 Cic. nat. deor. 2, 24 Cels. 1 prooem. p. 4 *al.* Plin. nat. 23, 36. 27, 20 Lact. opif. 11, 2. 15 percocti. conficere: Colvm. 12, 3, 8 Plin. nat. 11, 180 *al.* constituere: Varro rust. 3, 15, 2 Vvlg. III reg. 11, 18 *al.* consumere: Porph. Hor. epist. 1, 1, 27 Vvlg. gen. 43, 2 Cassiod. in psalm. praef. 3. contingere: Prob. Verg. georg. 1, 36 Veg. mil. 1, 6. coquere: Plavt. Merc. 398 frg. inc. 1 Cato agr. 143, 2 Lvcr. 5, 1102 Varro ling. 5, 127 rust. 2, 10, 7 Sall. Iug. 45, 2 Liv. 3, 23, 3. 34, 12, 6 Vitr. 5, 9, 8 Val. Max. 2, 7, 2 Plin. nat. 12, 81 *al.* Spart. Pesc. 10, 6 Vvlg. gen. 27, 31. damnare: Petron. 117 Sil. 2, 595. desiderare: Colvm. 7, 4, 1 Svet. Tib. 73 Tert. anim. 38 adv. Marc. 4, 43 Vvlg. prov. 23, 6 Svlp. Sev. chron. 1, 20, 4. digerere: Colvm. 8, 5, 20. 8, 7, 2 Plin. nat. 11, 160 Qvint. inst. 11, 2, 35 Anthim. 1. dare: Varro rust. 1, 20, 2. 2, 1, 17. 3, 5, 4. 3, 9, 20 *bis*. 3, 10, 7 Ov. rem. 795 met. 15, 468 Cels. 1 prooem. p. 4 *al.* Scrib. Larg. praef. p. 3, 12 *al.* Sen. epist. 95, 22 Petron 111 Plin. nat. 29, 9 Hil. in Matth. 14, 4 Vvlg. gen. 47, 16 *al.* Avg. civ. 17, 5 Cael. Avr. chron. 1, 6, 184 *al.* emere: Vvlg. gen. 42, 10 deut. 2, 6 *al.* facere: Sen. dial. 5, 20, 3 Plin. nat. 11, 108 Vvlg. gen. 27, 7 *al.* fastidire: Cato agr. 103 Varro rust. 3, 9, 21 Cels. 7, 3 Colvm. 8, 7, 5 Plin. nat. 21, 97 Tert. ieiun. 8 Avson. 419, 17. ferre: Cic. Verr. 6, 117 *cf.* 6, 118 Liv. 2, 32, 10 Ov. fast. 3, 54. 6, 310 Amm. 25, 8, 7 Greg. M. moral. 9, 47. interdicere: Tert. ieiun. 3. liquefacere: Qvint. inst. 10, 1, 19 Lact. opif. 11, 2. mandare: Cic. nat. deor. 2, 134 Lvcr. 4, 617 Qvint. inst. 10, 1, 19 Cassiod. in psalm. 64, 12. manducare: Vvlg. Marc. 6, 36 Ioh. 4, 32. ministrare: Sen. Phaedr. 516 Plin. nat. 11, 63 Tac. ann. 2, 33 Svlp. Sev. chron. 1, 43, 3. *cf.* subministrare: Apvl. Plat. 1, 13. obicere: Phaedr. 1, 23, 4 Sen. dial. 2, 14, 2. 5, 37, 2 Colvm. 7, 3, 21 Plin. nat. 8, 145 Qvint. decl. 298 p. 178, 13. parare: *v. l. 50 sqq.* petere: Plavt. Stich. 60 Ter. Haut. 978. Eun. 491 e flamma petere te -um posse arbitror (*cf.* Don. *ad l.* antiquum verbum est; *Otto, Sprichw. p. 137*). Lvcil. 659 Ov. Ib. 114 Qvint. decl. 283 p. 148, 14 Svlp. Sev. chron. 1, 43, 4. praebere: Plavt. Epid. 727 Persa 132 Pseud 368 Lvcr. 3, 991 5, 816 Varro rust. 2, 8, 2 Colvm. 2, 18, 1 *al.* Tac. hist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *circulus, circuitio*: *animantium*: Cic. nat. deor. 1, 29 *Democritus* imagines earumque -us in deorum numero refert. Pavl. Fest. p. 42 circanea . . . avis . . . volans -um facit. Sen. epist. 79, 1 *epistulis* mihi indices, -us Siciliae totius quid tibi novi ostenderit. Apvl. met. 7, 17 molares . . . -us requirebam. 9, 11 iumentorum multivii -us intorquebant molas. Ivl. Val. 1, 5 -um *draconis ovi*. Chalc. transl. p. 33 ex septem motibus non locularis ei quisquam sed rationabilis competebat, qui animarum proprius est -us. *sim.* p. 43. 44. 47. 49 comm. 203 (Avg. civ. 2, 21 p. 546). Hil. in psalm. 51, 19 civitas magna ad solum arcae testamenti -um concidit (118 sade 8 p. 520). Vvlg. Ios. 6, 16 cumque septimo -u clangerent bucinis sacerdotes. *cf.* Cassiod. in psalm. 20, 3 docentem *Christum* . . . apostolorum -us ambiebat. *fluminum*: Hirt. Gall. 8, 41, 1 *pars* fere pedum CCC intervallo a fluminis -u vacabat. Val. Max. 3, 2, 1 verticis *fluminis* -u actus *Cocles*. Schol. Hor. ars 17 Diff. ed. Beck p. 35, 65. *instrumenti*: Sen. epist. 90, 31 *rotae figuli* -u vasa formantur. *rerum caelestium*: Cic. nat. deor. 2, 155 -us solis et lunae reliquorumque siderum. Sen. benef. 4, 22, 4 solis ac lunae. epist. 108, 20 caelestia per certos -us verti. Avg. gen. ad litt. imperf. p. 486, 24 luminarium. Cic. nat. deor. 2, 49 -us ... solis orbium V et LX et CCC. Varro rust. 1, 5, 4. 1, 27, 1 tempus annale sol -u suo finit. Sen. benef. 4, 23, 1 nat. 7, 1, 3 Plin. nat. 2, 86 Serv. ecl. 5, 5 Schol. Germ. Sang. p. 221, 8 Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 121^{C} Basil. reg. 2 Avg. epist. 199, 18 civ. 15, 14 p. 85 Evstath. Bas. hex. 2, 8 p. 889^{A} *al.* *cf.* Prob. Verg. georg. 2, 481 brevem diem facit brumalis -us. Vitr. 9, 1, 15 astra ... suis itineribus perficiunt -um. 9, 1, 16. Manil. 3, 363 sex ... signa patebunt -u. Gell. 14, 1, 14 Apvl. Plat. 1, 14. Avson. 332, 24 Saturne supremo ultime -u. 365, 3 Hier. hom. Orig. in Ezech. 1 p. 890 Clavd. Mam. anim. 2, 12 p. 149, 6. Cic. Tim. 32 nox ... et dies ... unum -um orbis efficit. Plin. nat. 2, 11 irrequieto mundi ... -u. Apvl. Plat. 1, 10 -usque ... mundi ut viderentur solis incensa sunt lumina. Ambr. hex. 3, 4, 19 Avg. gen. ad litt. 1, 21 Macr. sat. 1, 17, 9. *cf.* Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349^{A} terrae stabilitas per immobilem firmitatem volubilium -u incessanter extenditur. *rerum temporalium*: Sen. dial. 6, 11, 5 -us annorum (Serv. georg. 2, 401). Colvm. 3, 6, 4 dierum. Cens. 18, 2 biennii. Sol. 1, 36 December sollemnem -um finiebat. Avg. gen. ad litt. 1, 19. 4, 21. 26 in psalm. 11, 9 serm. ed. Mai 94, 3. Bened. reg. 58, 21 mensuum. Fest. p. 214 spectaculorum. Val. Max. 2, 2, 9 feriarum. Mar. Merc. Nest. adv. Pel. 1, 1 festivitatum. Avg. civ. 12, 14 temporum (*saepius*). 2, 18 saeculorum (Evstath. Bas. hex. 2, 8 p. 890^{A} saeculorum -us et successiones ac fines). in psalm. 30, 14. 99, 13 rerum temporalium. serm. ed. Mai 94, 4 Macr. sat. 1, 17, 9. *cf.* Cic. rep. 1, 45 mirique sunt orbes et quasi -us in rebus publicis commutationum et vicissitudinum (2, 45). 6, 12 cum ... duo ... ii numeri (*septem et octo*) ... -u naturali summam tibi fatalem *aetatis* confecerint. *de morbis certis temporibus redeuntibus*: Val. Max. 1, 8 ext. 16 Antipater . . . natali suo certo illo -u morbi *febris* consumptus est. Cels. 2, 17 p. 62 si -um habere ... febris solita est sic, ut tertio quartove die revertatur. 2, 17 p. 63. 3, 3 p. 77 interdum . . . longiore -u quaedam *febres* redeunt. 3, 5 p. 82. 3, 12 p. 93. 94. 3, 13 p. 94 Scrib. Larg. 95 (*bis*) Plin. nat. 7, 170. 28, 228. 30, 100. 32, 113.

II ***translate***: **A** *de actionibus i. q. via non directa vel flexa, labor irritus* (*nata est imago ex notione I B 1*): Sen. rem. fort. 1, 3 omnium, quae horremus, ad hanc (*mortem*) exitus spectat, aliorum ⟨recta invadentium, aliorum⟩ per -um. benef. 6, 19, 5 ad me quoque -u longo *munus universis datum* pervenit. epist. 81, 19 bonum exemplum -u ad facientem revertitur. Cvrt. 8, 3, 14 cur -u petis gloriam, quae ad manum posita est? Petron. 13 negavi -u agendum, sed plane iure civili dimicandum. Ps. Qvint. decl. 9, 3 *pauper* -u ... quodam molliores temptavit aditus. Iren. 2, 16, 3 post tantam irreligiositatem et -um defessos . . . in aliquo uno statuere sensum. Lact. inst. 6, 15, 17 errant . . ., quia non efficiunt quod volunt et longo asperoque -u in eandem viam redeunt. Ps. Rvfin. in psalm. 26, 12 post illum -um et iubilationem, post ista pericula et labores. Avg. conf. 8, 2, 3 -us erroris mei. civ. 12, 14 p. 533 in -u impii ambulabunt; non quia per circulos . . . eorum vita est recursura, sed quia modo talis est erroris eorum via, id est falsa doctrina *eqs.*, (*interpretatus ita, false ut videtur, psalm. 11, 9; cf. Kautzsch ad loc.*). 12, 15 p. 533 in his -itibus errantes nec aditum nec exitum inveniunt. 12, 18 p. 540 ut in -u falso ambulare quam vero et recto itinere malint. in psalm. 31 enarr. 2, 16 per -um ad deum volunt pervenire *eqs.* (*opp.* de compendio). soliloq. 2, 20, 34 per istos -us . . . exercitationem tuam . . . operamur. Cassian. conl. 10, 8, 4 *memoriae materiam* resumere sine ulla -us mora et inquisitionis difficultate. 24, 6, 1 cunctarumque cogitationum *monachi* . . . ortus atque -us . . . ad memoriam dei . . . revocandi. Greg. M. moral. 2, 7 solet per gyrum -us laboris anxietas designari. 6, 57 actio terrena . . . *mentem* in laboris -um mittit (16, 79). Novell. Iust. 159 praef. per -a longa litigantes tradere afflictioni. *fere i. q. insidiae, circumventio*: Avg. de duab. anim. 11 me duo quaedam maxime quae incautam ... aetatem facile capiunt, per admirabiles attrivere -us.

B *de sermone i. q. periodus, circumscriptio, circumlocutio, ambages* (Serv. Aen. 1, 342): Cic. orat. 204 in toto -u ... orationis, quem Graeci *περίοδον*, nos tum ambitum, tum -um, ... dicimus. Qvint. inst. 8, 6, 59 pluribus ... verbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, *περίφρασιν* vocant, -um quendam eloquendi. 9, 4, 122 diximus . . . esse incisa membra -us. Carm. de fig. 4 particulae membra efficiunt, haec -um omnem. 7. 10. 82 Fortvn. rhet. 3, 10 Mar. Victorin. gramm. VI 55, 1. Rvfin. gramm. VI 567, 6 quattuor membris plenum formare videmus rhetora -um. Avg. doctr. christ. 4, 7, 11 mus. 4, 17, 36 Ivl. Vict. rhet. 22 p. 439, 26 Cassiod. in psalm. 112, 3 Isid. orig. 2, 18, 1. Cic. de orat. 3, 191 modo ne -us ipse verborum sit aut brevior . . . aut longior. 3, 198 -um et quasi orbem verborum conficere. orat. 78. 187. 206 part. 23. Manil. 2, 129 ne -u longo manifesta probentur. Sen. dial. 7, 3, 2 ne te per -us traham. 11, 7, 5 epist. 71, 4. Mart. 11, 15, 8 nec per -us loquatur *libellus* . . mentulam. Qvint. inst. 5, 7, 15. 9, 4, 60. 10, 1, 12. 11, 1, 6. 12, 10, 16. 41. Ps. Cens. frg. 14, 9 *Aristobolius anapaestus* -us magis quam versus est. Mar. Victorin. defin. p. 36, 15. gramm. VI 55, 6 quando . . . carmen ... per -um quendam ad ordinem suum decurrit. Char. gramm. I 274, 29 *fit periphrasis* ut foeditatem -u devitet. Diom. gramm. I 440, 24 Aeolis ... amat per -um verba protendere. Serm. Arrian. frg. I 16 p. 622 A de his incipiam, non de plurimis quaestionibus, neque per -um, sed per compendium. Avg. in psalm. 105, 10 Avell. p. 109, 12. 239, 1 Evgraph. Ter. Haut. 318. *speciatim in legibus, edictis sim.*: Qvint. decl. 264 p. 80 neque id magno aut difficili -u effici potuit, sed vel sic scripta lege, ne. Marcell. dig. 35, 3, 5 malet legatarius -u sublato heredi caveri. Cod. Iust. 2, 55, 4, 7 multa vitia stipulationum multasque ambages scrupulososque -us correximus. 5, 70, 7, 4. 8. 6, 30, 22, 1b nec inventario faciendo nec alio -u expectando. 6, 43, 1 pr. *subtilitatem* posteritas optimis rationibus usa nec facile suscepit nec in extricabiles -us laudavit. 7, 47, 1, 1. 8, 47 (48), 11. 8, 48 (49), 6.

syn. et iuxta posita: *ad I B 2*: orbis, orbis motus, gyrus. *ad II A*: irreligiositas, pericula, labores. *ad II B*: ambitus, comprehensio, continuatio, circumscriptio, orbis *al.* *oppos.*: *ad I B 1*: rectum iter (Liv. 28, 41, 8). *ad II A et B*: compendium.

circulāris, -e *a* circulus. *in circulum circumactus*: Balb. grom. p. 103, 13 lineae (p. 104, 11. 107, 17 Boeth. anal. post. 1, 4). Iren. 1, 17, 1 apocatastasin *solis*. Chalc. comm. 149 motus (Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 60 Fav. Evl. p. 8, 16 Avg. gen. ad litt. 2, 5 divers. quaest. 29). Mart. Cap. 6, 579 flexus. 8, 814 ratione *mundi* [*dub.*: Cael. Avr. acut. 1, 11, 76 ut non ex una parte detractio fieri sanguinis videatur, sed veluti -is. *cf. infra l. 81*]. Boeth. anal. post. 10 p. 725^{C} *luna*. p. 726^{C} vulnera. Cassiod. art. 4 p. 1207^{D} numerus. 4 p. 1208^{A} (Isid. orig. 3, 7, 5). 7 p. 1217^{C} stellarum (Isid. orig. 3, 65). Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 24 p. 387^{B} circumgyratione.

circulātim *adv.* [*cf. c.* circulare, -ari, circulus. *Th.*]. *circuli modo, gr. περίνεον cf.* Cael. Avr. chron. 5, 4, 79. Svet. Iul. 84 exterarum gentium multitudo -m ... lamentata est. Cael. Avr. acut. 2, 29, 153 -m cerotaria apponimus. chron. 1, 4, 91 sanguisugae -m apponendae. 1, 5, 156. 2, 3, 67 *sanguisugae* -m auditoriam cavernam habentes. 2, 3, 69. 5, 1, 15. 5, 4, 79. Cass. Fel. 20 p. 30 spatha tenui -m densissime constringes *papyrum*. Cael. Avr. acut. 1, 11, 76 *coniecit Helmreich, Archiv 12 (1902) 316, ubi Amann* circularis.

[**circulātio** (-ōnis *f.*) *traditur* Vitr. 9, 1, 8 *et* Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349^{A}; *sed v. s.* circumlatio.]

1. circulātor, -ōris *m. a* circulari. **1** *is qui circumeundo*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

artem exercet, praestigiator, qui homines circum se colligit; cf. GLOSS. ὀχλαγωγός (-ένς), ἀγύρτης, plebis collector, qui famam portat vel circuit, περιφοράριος. qui famam apportat periculi [*corr.*: GLOSS. V 593, 33 qui fumat]: **a** *cum certa notione actionis vel praestigiarum eius*: POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 *Balbus quaestor* bestiis . . . -em quendam auctionum . . . obiecit. PLIN. epist. 3, 7, 6 num . . . luctuosum Reguli librum ut -r in foro legeris. SCHOL. Pers. 1, 134 -es . . . mane edictum consulis vel imperatoris populo recitant, meridie levia carmina dicunt (AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 15 -um carmina). PROB. schol. Iuv. 6, 582 quia -es . . . hoc consueverint adhibere, ut delectis sibi locis duobus eos lustrent id est circueant, deinde per eos sortes . . . iactitent. APVL. met. 1, 4 -em aspexi equestrem spatham . . . devorasse ac . . . lanceam . . . in ima viscera condidisse. PAVL. dig. 47, 11, 11 -es . . . serpentes circumferunt et proponunt (*cf.* CELS. 5, 27, 3). **b** *generaliter*: SEN. benef. 6, 11, 2 *servus* apud proximum -em resedit. PETRON. 68 ego . . . ad -es eum mittendo erudibam. itaque parem non habet, sive muliones volet sive -es imitari. TERT. praescr. 43 commercia haereticorum cum magis . . . -bus, . . . astrologis. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 3 ut omnibus musicis (scaenicis SCHOL. Hor.) et -bus multa donaret. HIER. epist. 53, 7 puerilia sunt haec et -um ludo similia docere quod ignores. PRVD. perist. 10, 303 *fatuos* saepe falsus -r decipit. **2** *i. q. ambulator*: SIDON. epist. 1, 14, 4 *Paeonius* ad astantes -es: 'iniuriae' . . ., inquit, 'iam reum inveni'. **3** *translate de malis philosophis*: SEN. epist. 29, 7 qui (*-es*) philosophiam honestius neglexissent quam vendunt.

fem. **circulātrix**, -īcis: *praestigiatrix, fraudatrix, vagabunda*: PRIAP. 19, 1 Telethusa -x . . . clunem . . . extis acrius altiusque movit. MART. CAP. 4, 423 -x indecens fies profecto, decipula si astruxeris. 4, 331 *de serpente*: -x pellacissima et petrarum Marsicarum incola comprobatur. *adiectivum*: MART. 10, 3, 2 foeda linguae probra -is.

2. circulātor *v.* cerniculator.

circulātōrius, -a, -um *a* circulator. *circulatorum modo*: TERT. apol. 23 *magi* multa miracula -is praestigiis ludunt. idol. 9 quoniam *Simon Magus* aliquid adhuc de -a secta cogitaret. carn. 5. *neutr. subst.* GLOSS. II 217, 43 circulātōrium ἀγυρτία. *translate fraudulentus, ventosus*: QVINT. inst. 2, 4, 15 extemporalis garrulitas . . . -ae vere iactationis est. 10, 1, 8 nobis . . . copia cum iudicio paranda est vim orandi, non -am volubilitatem spectantibus.

circulor, -ātus sum, -ārī (**circulo**, -āvī, -ātum, -āre) *a* circulus. DOSITH. gramm. VII 430, 13 verba, quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt . . . -or. [*val. maced.* tsarclare, *it.* cerchiare. *M.-L.*]

1 *deponens*: **a** *intransitive: circumire, circumvagari*: GLOSS. -atur: circat, circumit. CIC. Brut. 200 *oratorem* non numquam . . . -antem. CAES. civ. 1, 64, 3 totis . . . castris milites -ari. SEN. epist. 40, 3 vim dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse -anti quam agenti magnam rem. 52, 8 qui . . . in privato -antur. 88, 40 Apion grammaticus . . . sub C. Caesare tota -atus est (circumlatus *V Par. 6*) Graecia. DIOM. gramm. I 476, 16 cum *Numa* Salios iuniores aequis gressibus -antes induceret. MART. CAP. 8, 857 Venus Mercuriusque . . . circa solem laxiore ambitu -antur. **b** *trans.*: *circulum hominum colligere*: GLOSS. ὀχλαγωγῶ (DOSITH. gramm. VII 430, 13). **2** *activum*: **a** *transitive circulum facere, rotundare, circumdare*: APVL. flor. 9 p. 34 *Hippias philosophus* ipse . . . anuli . . . orbiculum -verat. apol. 89 digitos. ITALA Luc. 19, 43 (cod. *δ*) -bunt te (Ioh. 10, 24 *ibid.*). ZENO 1, 13, 1 circumcisio est . . . ferro -ata cicatrix. MART. CAP. 4, 328 crines . . . formam totius capitis -bant. 7, 728 tertius et quartus tumque etiam nonus decuriatusque primus *Arithmeticae* . . . verticem *radius* duplis triplisque varietatibus -bant. 8, 831 quibus sideribus *antarcticus parallelus* -etur. 8, 864 primi luminis *lunae* effigies quibusdam velut cornibus -ata. *part. perf. pass.* **circulātus**, -a, -um *pro adiectivo*: BALB. grom. p. 250, 15 *terminus* -us per ramos mitae acutae similis. SOL. 27, 29 *ut amphisbaena* serpat tractibus -is. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 60 tria sunt in se -a. PS. APVL. herb. 79 ros marinus semen nutriens -um. MART. CAP. 4, 333 anguis -os orbes. 6, 660 *Cyclades* nomina a -a ordinatione sortitae. 9, 909 quoddam gyris multiplicibus -um . . . velut clipeum. *ibid.* fidibus -is. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 19 gressus. 1, 1, 20 ductus. 1, 4, 114 cursus. CASSIOD. art. 4 p. 1208^{A} sphaericus . . . numerus . . . a -o numero multiplicatus. **b** *intrans.*: GLOSS. II 363, 52 -o μαγεύω. *exempla desunt. cf.* circulator.

deriv.: circulator (-trix), circulatorius; *fort.* circulatim.

circulus, -ī *m.* [*a* 1. circus *deminutive. Th.*]. NON. p. 20 *vocis* 'circus' diminutivum est -us (SERV. georg. 3, 166 *infra l.* 77). *neutr.* -um: GLOSS. III 368, 74. V 178, 26 NOT. Tir. 1, 29^{a}. *forma* circlus: ACC. trag. 100 (*ex metro corrig.*, circulos *codd.*) VERG. georg. 3, 166 CYPR. GALL. exod. 1074 ATHENAEVS 14, 647 d (κίρκλος), *cf.* SERV. georg. 3, 166 *a circo* fit -us et per synaeresin circlus. *neutrum plur.* circla: DRAC. laud. dei 2, 54. *praeter formas* circlus, circlum *in versu heroico fere non nisi nominativus singularis* -us *legitur, et quidem scilicet paucis locis exceptis, ut* MANIL. 1, 673, *sede prima vel quinta. inde ab* ACCIO trag. [*it.* cerchio, *francog.* cercle. *M.-L.*]

I ***proprie et strictiore sensu*** *linea vel res rotunda, in se revertens*: **A** ***figura geometrica, res in corporibus et rebus naturae*** *in orbem circumducta*: GLOSS. κύκλος, περιφέρεια, κρίκος, κρίκελλος, gyrus. *cf.* CIC. nat. deor. 2, 47 -us . . . κύκλος graece dicitur. NOT. Tir. 93, 23. *definitur figura*: BALB. grom. p. 104, 17 (*ex Euclide, ut videtur*) -us . . . est plana forma ab una linea comprehensa, ad quam ab uno signo intra formam posito omnes accedentes rectae lineae sunt inter se pares (PS. CENS. frg. 7, 1 GROM. p. 377 MART. CAP. 6, 710/711 CASSIOD. art. p. 1214 in psalm. 96, 4 ISID. orig. 3, 12, 1). *cf.* CIC. nat. deor. 2, 47 cum . . . duae formae praestantes sint, ex solidis globus . . . ex planis autem -us aut orbis. CHALC. comm. 68 -um esse planam figuram, quam una linea circumducta contineat. 59 *a circuli* puncto radii pervenientes usque ad extimam circumactionem aequali mensura sunt. AVG. soliloq. 2, 20 -us est linea circumducta undique ad medium aequaliter vergens. CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 90, 22 -us . . . una eademque circumflexa fit linea. BOETH. arithm. 2, 30 p. 121 -us in proprii semper principii reversione *formatur* (EVSTATH. Bas. hex. 1, 3 p. 870^{C}). *cf.* MACR. somn. 1, 20, 16 omnis diametros cuiuscumque orbis triplicata cum adiectione septimae partis suae mensuram facit -i, quo orbis includitur (PLIN. nat. 2, 87 quantas . . . dimetiens habeat septimas tantas habere -um duo est vicesimas).

1 *de rebus variis*: LIV. 38, 29, 7 *funditores* coronas modici -i . . . assueti traicere (*cf.* VVLG. I reg. 25, 29 *inimicorum* anima rotabitur quasi in . . . -o fundae). 45, 12, 5 priusquam hoc -o excedas . . . redde responsum (*cf.* VELL. 1, 10, 2 finito harenae -o. VAL. MAX. 6, 4, 3 PLIN. nat. 34, 24. IVST. 34, 3, 3 amplo -o inclusum *Antiochum*). MANIL. 1, 321 stella vincitur una -us *Coronae*. 2, 370 *de linea in -o circumducta*: flexibus . . . totidem similis fit -us illi -*o*. VITR. 5, 3, 6 *vox* movetur -orum rotundationibus (10, 1, 1 FAV. EVL. p. 21, 1) infinitis, uti si in stantem aquam lapide immisso nascantur innumerabiles undarum -i, crescentes a centro quam latissime possint (5, 3, 7. SEN. nat. 1, 2, 7 lapillus in . . . aquam missus -os facit innumerabiles. SIL. 13, 28). VITR. 9, 7, 2 circinatio -i describatur. 9, 7, 6. 9, 8, 8 -i . . . circumdati menstrua spatia finientes *in horologio*. CELS. 4, 1 p. 120 *arteria* constat ex -is quibusdam. 7, 25, 1 nudaturque *cutis* circa pubem velut -us (*cf.* COLVM. 5, 2, 7 ut *ager* -i speciem habeat. VVLG. Is. 58, 5 numquid contorquere quasi -um caput suum? RVFIN. hist. 5, 1, 54. Basil. reg. 1 in modum -i. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 908^{A} ISID. orig. 3, 31, 1. 3, 38. 13, 5, 6). CELS. 7, 25, 1 deligari debet a pube usque -um. SEN. nat. 1, 6, 1 numquam maior arcus *in caelo* dimidio -o apparet (PLIN. nat. 2, 150). epist. 74, 27 utrum maiorem an minorem -um scribas, ad spatium eius pertinet. COLVM. 5, 2, 7. PLIN. nat. 11, 215 corpus *aquatilium mollium* -is carnis vinctum *est*. 12, 123 *gutta balsami* adulterata . . . -o candido cingitur. 16, 75 *betulla* -is flexilis. 18, 327 mediamque mensuram *sulci* . . . circumscribi -o parvo. 25, 101 inclusae -o eius (*Vettonicae*) serpentes. 25, 148 *mandragoram* effossuri . . . III -is ante gladio circumscribunt. 34, 151. 37, 88 Arabicae *sardonyches* excellunt . . . -o praelucido. 37, 89. 90. 166 ambiente -o coloris aurei *Hermu aedaeon*. MART. 14, 138 orbibus in nostris (*sc. mensarum*) -us *catini* esse potest. PLIN. epist. 5, 6, 27 *sphaeristerium* plura genera exercitationis pluresque -os capit. 5, 6, 33 *limes hippodromi* interioribus -is . . . purissimum diem recipit. 6, 33, 3 densa circumstantium corona latissimum iudicium multiplici -o ambibat. HYG. lim. grom. p. 189 cum *umbra* ad -i lineam pervenerit. APVL. flor. 12 p. 43 cervicula *psittaci* . . . -o minio . . . cingitur. PS. APVL. herm. p. 275 -i quadratura. IREN. 2, 4, 2 in -o centrum. 2, 13, 6 velut in -o magno minor continetur -us. SOL. 17, 8 oculatis ex fulvo -is *pantherarum*. LACT. inst. 1, 2, 4 *-us solis* non amplius quam humani capitis videtur habere mensuram (*cf.* CASSIOD. in psalm. 100). COD. Theod. 9, 22, 1 (*a. 317*) qui mensuram -i exterioris *solidi* arroserit. OBSEQ. 68. DIOM. gramm. I 484, 15 olim partes Homerici carminis in theatralibus -is . . . pronuntiabant (AMM. 31, 10, 19 *Commodus* centum leones in amphitheatrali -o . . . contruncavit. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 6 -o amphitheatri). CET. FAV. 29 circinum figes et angulo proximum -um facies *eqs.* (HIER. epist. 48, 2). AMM. 14, 11, 25 Adrastia, ius quoddam numinis, . . . lunari -o superpositum. MACR. somn. 1, 20, 14 ducta linea de quocumque loco -i, qui designat ambitum, in quamcumque eiusdem -i summitatem orbis partem aliquam dividat necesse est. FAV. EVL. p. 21, 24 ut . . . septem intervalla octo -os dividant. AMBR. hex. 3, 12, 51 *vitium*. HIER. tract. in psalm. 139 p. 267, 18 serpens . . . -um facit totius corporis sui (AVG. serm. ed. Mai 20, 2 MART. CAP. 4, 328). PHYSIOGN. 27 *sqq. oculorum* (*cf.* GLOSS. ἶρις ὀφθαλμοῦ). EPIPHAN. Avell. p. 754, 27 amethystus lapis est erga suum -um flammiferum quiddam profundius micans. CYPR. GALL. Ios. 348 nec moveat tremulos lunaris -us ignes. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 107 gutturis -o, quam sumam vocamus. EVSTATH. Bas. hex. 9, 1 p. 956^{C} *terram* -o similem. CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 91 quod . . . per medium -um duae pares lineae iuxta duci posse credantur. IVL. HON. cosmogr. rec. A 24 fluminali -o *Danubii*. APRING. in apoc. 1, 8 *alfa* in latino . . . -i rutunditate (ISID. orig. 14, 2, 1) concluditur. CASSIOD. in psalm. 150, 3 tuba est . . . tubulus a patulo -o incohans. or. frg. p. 481, 11 margaritarum . . . flexis auro -is. ISID. orig. 13, 11, 10 quod *corus* ventorum -um claudat. **in (ad) -um (-os)**, **in -o**, **per**, secundum -um: PLIN. nat. 17, 207 in -os materies colligenda. APVL. met. 2, 7 *Fotis* cibarium vasculum floridis palmulis rotabat in -um (8, 27). LACT. opif. 5, 5 *costis* in se velut in -um paene conductis. OBSEQ. 68

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in unum -um sole redacto. CHIRON 888 haec omnia ... ad -um impones. VEG. mulom. 2, 10 *iumentum apiosum* gyrat in -o tamquam ad molas. VVLG. eccles. 1, 6 spiritus (*i. ventus*) ... in -os suos revertitur. HIER. epist. 1, 10 coetu *populi* in -um coeunte. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 76 caput rademus et per -um ... cucurbitas affigemus. DRAC. laud. dei 2, 54 vias per -a morantes. CASSIOD. or. frg. p. 483, 16 Samiramis ... Babylonicos muros ... in -um fabricasse memoratur. VEN. FORT. vita Radeg. 13, 30 cuncta ... exornata per -um. 25, 60 caro ... est incisa per -um. NOVELL. Iust. 15, 1 praef. secundum -um habitatoribus civitatis ... hoc implentibus. ISID. orig. 14, 2, 1 undique ... oceanus circumfluens eius (*orbis terrae*) in -o ambit fines. 15, 2, 38 quod in eis (*cochleis*) tamquam per -um orbemque conscendatur. diff. 2, 55 quod aer ictus in -um orbemque moveatur.

2 *de lineis in caelo mundo terra circumductis*: **a** *de caelestibus ab astrologis fictis*: *definiuntur*: AMPEL. 1, 4 caelum dividitur in -os quinque, arcticum et antarcticum ..., aequinoctialem ..., brumalem et solstitialem (PS. CENS. frg. 2 CHALC. comm. 65 SCHOL. Germ. Sang. p. 105, 1 MACR. somn. 1, 15, 12 GLOSS. III 293, 1 *sqq.*). *cf.* VARRO ling. 9, 24 nonne ... *caelum* ut ab aequinoctiali -o ad solstitialem et hinc ad septentrionalem divisum, sic contra paribus partibus idem a bruma versum contraria parte *eqs.*? *alio ordine*: SEN. nat. 5, 17, 2 caelum ... dividitur in -os quinque, qui per mundi cardines eunt. est septentrionalis, est solstitialis, est aequinoctialis, est brumalis, est contrarius septentrionali, his sextus accedit, qui superiorem partem mundi ab inferiore secernit ... hanc lineam, quae inter aperta et occulta est, id est hunc -um Graeci horizonta vocant, nostri finitorem dixerunt, alii finientem. adiciendus est adhuc meridianus -us qui horizonta rectis angulis secat (MANIL. 1, 566 *sqq. fuse, additis numeris partium caeli inter -os singulos extantium; pergit de coluris, meridiano, horizonte.* HYG. grom. lim. p. 185. HYG. astr. 1, 6 *graecis nominibus* arcticos, θερινὸς τροπικὸς *eqs.* MART. CAP. 8, 817 ISID. orig. 3, 43 [13, 6] nat. 10). *generatim*: PLIN. nat. 6, 212 plura sunt ... segmenta mundi, quae nostri -os appellavere, Graeci parallelos. PS. CENS. frg. 2, 2 ut -i in caelo, ita in terra: zonae vocantur. ISID. orig. 3, 43 (13. 6). VARRO rust. 1, 2, 4 sunt regiones inter -um septentrionalem et inter cardinem caeli, ubi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. OV. met. 2, 516 ubi -us axem ultimus extremum spatioque brevissimus ambit. trist. 4, 3, 6 aetheriamque suis cingens amplexibus arcem ... *cum* ab intacta -us *Vrsarum* extet humo (VITR. 9, 4, 5). MANIL. 1, 673 bis recipit *zodiacum* lucem qui -us aequat et umbras. SEN. nat. 7, 15, 2 *cometes* usque in aequinoctialem -um venit. LVCAN. 9, 531 qua -us alti solstitii medium signorum percutit orbem. 10, 212 qua ... varii mutator -us anni Aegoceron Cancrumque tenet. PLIN. nat. 2, 50 circa solstitialem -um habitantium umbrae. 18, 277 GELL. 2, 22, 5 AMPEL. 1, 4 CHALC. comm. 80. 81. AVIEN. Arat. 526 qua ... -us ... secat Oriona. 543 PROB. Verg. georg. 1, 233—239. HYG. astr. *saepe ut* praef. p. 20. 2, 21 p. 64. 3, 23 p. 91. SCHOL. Germ. Sang. *et* Bas. *item saepius*. GERM. 459 ad boream qui vergit -us ... per Geminos currit medios, vestigia tangit Aurigae *eqs.* AVIEN. Arat. 954 *sqq.* HYG. astr. 4 MART. CAP. 8, 827 *sqq.* ANTH. 761, 43. *similiter* PLIN. nat. 2, 212 *sqq. de terrae -is.* PLIN. nat. 2, 91 in candida *septentrionis parte*, quae lactei -i nomen accepit (2, 7. 18, 280. 281 -us lacteus fertur per Sagittarium atque Geminos ... bis aequinoctialem -um secans. FAV. EVL. p. 2, 23 HYG. astr. 1, 6 p. 25, 15. 2, 43 *al.*). MANIL. 3, 225 iacet obliquo signorum -us orbe. 2, 273. 348. 370. 3, 318 VITR. 6, 1, 1. 9, 1, 3. 9, 8, 8 signifer. 9, 8, 9 PLIN. nat. 2, 98. HYG. lim. grom. p. 186 -us ... zodiacus. GELL. 13, 9, 6 APVL. met. 11, 26 mund. 2 IREN. 1, 17, 1 PORPH. Hor. carm. 4, 6, 39/40. COMM. instr. 1, 7, 1 -o zonae *al. saepe.* LVCAN. 9, 496 nec sidera tota ostendit Libycae finitor -us orae (CENS. 17, 4 p. 31, 24 caeli ad -um finitorem inclinatio. CHALC. comm. 66 dicitur ... finalis -us ... horizon Graeco nomine. 67. 68. 71. HYG. astr. 1, 4 p. 23, 15 horizon ... modo polo subiectus et -is his, qui paralleloe dicuntur, modo duobus extremis et aequalibus nixus. 4, 10 p. 107, 7). CHALC. comm. 66 *circulum finalem* dividit meridialis, qui mesembrinus dicitur. HYG. astr. 3, 3 p. 82, 10 -us, qui per utrosque polos transiens tangit Arietem et Chelas. 3, 29 p. 94. 4, 10 p. 107, 12. 20. GELL. 14, 1, 26 ut ... sub eodem -o caeli plures simul ... nasci non queant. TERT. nat. 2, 5 habitatio ... mundi -orum condicionibus foederata praestatur. ARNOB. nat. 2, 16 ex mundanis -is secuntur nos causae. HIL. trin. 12, 53 astriferos in eo (*caelo*) -os. RVFIN. symb. 39 per diversos nascendi -os. CLAVD. MAM. anim. 92, 7 -orum vias rimari. BOETH. arithm. 1, 1 p. 11 in astronomia ... -i sphaera centrum parallelique -i mediusque axis est. ISID. orig. 3, 36 poli sunt -i qui currunt per axem. *latiore sensu interdum de mundo aut caelo toto*: FAV. EVL. p. 5, 25 in quinque partes -um secuere, ut sit primum medium punctum, quattuor absides. HYG. fab. 14 p. 49, 16 *navem Argo* Minerva in sideralem -um retulit. RVFIN. Clement. 10, 11 -us *mathematicorum* ... est aequaliter ex omni parte collectus secundum mathesim (PS. AMBR. act. Seb. 55). SALON. in eccles. p. 994[C] caelum et terra, maria et omnia, quae in hoc -o continentur. EVSTATH. Bas. hex. 1, 11 p. 878 nec superior aut inferior pars telluris ... idem ... vel directum erga -i rotunditatem continet intervallum. ALC. AVIT. carm. 1, 220 celsus calidum cum reddit -us annum. DRAC. laud. dei 2, 52 -us haerebit, nisi iusseris ire meantem. PS. AVG. categ. 10 p. 1429 nec magis in quanto (*i. in notionibus quantitatis*) contrarietas, quam in -o convideri potest (*syn.* caelum). *cf.* ENNOD. opusc. 3 p. 366 cum tot in regni nostri -o pontifices esse videantur.

b *de cursibus lunae et solis, siderum, temporalium rerum*: VITR. 9, 1, 6 quem -um luna terdecies in XII mensibus percurrit, eum sol eisdem mensibus semel permetitur. AMM. 20, 3, 4 *sol* et lunaris globus obtinentes -os proprios. ACC. trag. 100 quot luna circ[u]los annuo in cursu institit. VITR. 9, 2, 3 luna de septem astris -um proximum terrae in cursibus minimum pervagatur. PLIN. nat. 2, 88 Aegyptia ratio ... singulas partes in lunari -o ... minimo triginta tribus stadiis paulo amplius patere colligit. 5, 7 *Atlantis* elati ... in vicina lunaris -i. 18, 277 aestate ... interlunio necesse est *luna* cum sole proximo nobis -o currat. GELL. 1, 20, 6 *tertii* numeri cubum ... vim habere lunaris -i. APVL. Plat. 1, 10 -i sui (*lunae*) completo curriculo. PS. CENS. frg. 3 p. 58 CHALC. comm. 73 FAV. EVL. p. 20, 26 SERV. Aen. 1, 742 HYG. astr. 1 praef. p. 21, 13. AMBROSIAST. in II Cor. 12, 2 cum in tertio -o dicatur luna esse. AVG. civ. 7, 6 p. 282 BOETH. mus. 1, 27 p. 219. PLIN. nat. 2, 86 cum trecentis sexaginta et fere sex partibus orbis solis ex circuitu eius patere appareat -um, per quem meat. *ibid.* -i solaris. APVL. flor. 18 p. 90 quotiens sol magnitudine sua -um, quem permeat metiatur. CHALC. comm. 83 sol minorem utpote anniversarium -um lustrans quam planetae. SERV. Aen. 1, 745 hieme breviore sol utitur -o. FAV. EVL. p. 18, 10. MACR. somn. 1, 19, 6 -us per quem sol discurrit a Mercurii -o ut inferior ambitur, illum quoque -us Veneris includit *eqs.* 1, 20, 22 caelestis -i per quem sol currit. MART. CAP. 2, 150. CIC. rep. 6, 15 *stellae* -os suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. VITR. 9, 2, 3 SEN. nat. 7, 13, 1. 7, 24, 1 haec ... sidera ... alios et alios -os habent. 7, 24, 2 cometes potest ... alium habere -um. 7, 25, 7. PLIN. nat. 2, 32 *Saturnum* maximo ambire -o. 2, 34 inferiorem Iovis -um. 2, 39. 63 *-os stellarum errantium* Graeci ἀφῖδας in stellis vocant. 2, 65. 72. 74. 79. 82. 88 APVL. mund. 29 Socr. 2 p. 120. ARNOB. nat. 2, 28 quas ex quibus -is qualitates ... attraxerint *animae*. CHALC. transl. p. 39 ea quae diversae naturae motus obliquus ... circumferebat, partim maiore partim minore -o rotabantur. p. 40 *stellae gyros* edunt admirabili venustate iuxta ambitus -orum. comm. 84 quod -is, hoc est lineis picturatis et carentibus corpore vehi stellarum ... corpora non posse dicat *Aristoteles*. 87 seu per eccentros ferantur *stellae* seu per epicyclos -os. SERV. ecl. 5, 57. Aen. 2, 255 -i septem sunt Saturni Iovis *eqs.* (6, 127). 6, 127 novem -is cingitur terra. *ibid.* bene viventium animas ad superiores -os ... redire. 6, 645 *-os mundanos* novem esse novimus. FAV. EVL. p. 7, 30. 12, 20. 15, 26 veteres musici octo tantum chordis utebantur, ad -orum caelestium similitudinem referentes (p. 18, 2. 20, 8). p. 18, 10 *ait Pythagoras* a luna ad Mercurii -um hemitonion ... a solis autem orbe ad -um Martium tonon esse *eqs.* (*cf.* BOETH. mus. 1, 27 p. 219 MART. CAP. 1, 27). SCHOL. Hor. carm. 2, 19, 3 soli novem -i (*sc. circumiecti*) sunt (*cf.* HYMN. Ambros. 50, 2). AVG. gen. ad litt. imperf. 12 p. 486, 10. civ. 10, 30 p. 453 animarum -os (OROS. comm. 2 animam descendentem per quosdam -os). MACR. somn. 1, 19, 6 ISID. orig. 3, 65, 1. 2. *de temporalibus*: STAT. Theb. 2, 400 astriferum iam velox -us (*sc. anni*) orbem torsit. TERT. ieiun. 14 pascha celebramus annuo -o in mense primo. LACT. inst. 7, 14, 9 dies ... magnus dei mille annorum -o terminatur. FVLG. myth. 1, 12 quod *sol* ... quadripertitis temporum varietatibus anni -um peragat. HIER. vir. ill. 61 sedecim annorum -um. *ibid.* decem et novem annorum. in psalm. 76 in Matth. 14, 1 VVLG. lev. 25, 30 iud. 11, 40 I par. 20, 1 II par. 21, 19. 36, 10 *al.* SEN. epist. 12, 6 mensis artiore praecingitur -o (HIER. epist. 64, 9 duodecim mensium ... -um. BENED. reg. 58). PS. APVL. Ascl. 35 quot hora momenta habet -i circumcurrentis (CET. FAV. 29 horalem. ARATOR act. 1, 881 sextae ... horae). PORPH. Hor. carm. saec. 21 temporum (HIER. adv. Rufin. 3, 40). NEMES. ecl. 1, 45 nostri ... novissimus aevi -us. POTAM. tract. 1 p. 1412[A] quattuor dierum (VVLG. I reg. 1, 20. *fort. huc pertinet*: MANIL. 3, 230 vix finit luces Cancer, vix bruma reducit; quam brevis illa [*sc. lux brumae*] iacet, tam longus -us hic [*sc. lucis vel diei Cancri*] est). HILARIAN. pasch. 1 de paschali -o (LIB. pontif. p. 19, 2 paschae). AVG. civ. 12, 14 p. 533 non ... per -os ... *impiorum* vita est recursura. HIER. epist. 10, 2 centenus aetatis -us. 77, 1 quartae aestatis. BENED. reg. 18 septimanae.

c *de orbibus in caelo interdum apparentibus*: LIV. 30, 2, 12 Frusinone arcus solem tenui linea amplexus est, -um deinde ipsum maior solis orbis extrinsecus inclusit (OBSEQ. 20). SEN. nat. 1, 2, 1 circa solem visum coloris varii -um, qualis esse in arcu solet. 1, 2, 2. 1, 8, 5. 1, 13, 2 omnia eiusmodi simulaera ... sunt ... similia lunaribus -is. PLIN. nat. 2, 98 cernuntur ... circa solis orbem ... versicolores -i. 18, 346 circa occidentem candidus -us erit. *ibid.* si ater -us fuerit. 18, 353 -us nubis circa sidera. 1, 2, 28 SVET. Aug. 95 AVIEN. Arat. 1484. 1526. 1640. 1698 OROS. hist. 6, 20, 5 GREG. TVR. Franc. 5, 23. *cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 63 -os igneos circumferri prae oculis sentiunt aegrotantes.

B ***de rebus et instrumentis*** *in orbem arte factis*: VARRO ling. 5, 106 -i *dicti*, quod mixta farina et caseo et aqua cir-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuitum aequabiliter fundebant (PAVL. FEST. p. 16 arculata dicebantur -i, qui ex farina in sacrificiis fiebant. *cf.* GLOSS. III 256, 6 κυκλίσκοι. ATHENAEVS 14, 647 d ἐκ τυροῦ ... γίνεται πλακουντηρὰ τάδε ... κίρκλος). VARRO ling. 6, 8 parvi -i anuli *dicebantur*. RVT. LVP. 1, 13 catenam multi inter se -i coniuncti vinciunt (AVSON. 337 HIER. tract. in Marc. p. 328, 15. *cf.* AVG. civ. 21, 4 p. 494. quaest. hept. 2, 132 quid est aliud anulus vel -us, nisi undique arcus?). VERG. georg. 3, 166 tenui de vimine -os cervici *iuvencorum* subnecte. Aen. 5, 559 it *iuventutis* pectore summo flexilis obtorti per collum -us auri. 10, 138 *iuveni* fusos cervix ... crines accipit et molli subnectit -us auro. PLIN. nat. 29, 80 -o e ramentis *auri* addito in collum *gallinaceorum*. HIL. op. hist. frg. 2, 11 ut cervices eis artissimis -is strangularentur. HIER. epist. 7, 3, 2 ferri -um *mihi* innectens. PRVD. perist. 1, 72 chalybs attrita colla *martyrum* gravibus ambit -is. CYPR. GALL. gen. 1291 VEN. FORT. vita Radeg. 25, 60 CORIPP. Iust. 2, 130. *cf.* GLOSS. II 364, 49 μανίαξ. PAVL. FEST. p. 16 arculum appellabant -um, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa (*cf.* p. 45 caesticillus appellatur -us, quem superponit capiti qui aliquid laturus est in capite). p. 43 circites -i ex aere facti. CVRT. 6, 5, 16 in se implicati arborum rami suspensis -is similes. PETRON. 32 lacertum ... cultum ... eboreo -o lamina splendente conexo (TERT. cult. fem. 1, 2 *-is ex auro* bracchia artantur. VEN. FORT. vita Radeg. 25, 60 CORIPP. Ioh. 2, 127 ISID. orig. 19, 32, 1. GLOSS. V 178, 26 armillum). PETRON. 53 -os ... ardentes transilire. 60 -us ingens, de cupa ... grandi excussus (LEX Visig. 8, 3, 8 -os ad cupas ... asportare). PLIN. nat. 13, 29 *orientis populis* vitilem sibi arborique *palmae* indutis -um. SVET. Aug. 80 ut torpentem contractumque frigore *digitum* vix cornei -i supplemento scripturae admoveret. EDICT. imp. Diocl. 10, 4 capistrum equestre cum -is et ducali. SPART. Sept. Sev. 22, 2 *Septimius Severus in somnio* positus in -o ingenti aereo. VOPISC. Tac. 6, 5 *imperatores pueros*, quos ad consulatus dandos dulcia et -i et quaecumque voluptas puerilis invitet. GAVDENT. serm. 3 coronam ... victorialem quippe -um operibus bonitatis Christi benedicendum. ANON. de mach. bell. 14 funis ... ligatur -o haerenti catafracto in posterioris lateris parte exteriore (VVLG. Esth. 1, 6). 16. VEG. mil. 3, 5 p. 73, 23 *bucina* in semet aereo -o flectitur. mulom. 1, 56, 37 *Parthi* non ... -is atque ponderibus praegravant crura *equorum*, ut tolutim ambulare condiscant. VVLG. exod. 25, 12 *facies* quatuor -os aureos, quos pones per quattuor arcae angulos: duo -i sint in latere uno et duo in altero; *sic 13 tes* exod. 25. 26. 27. 37, 13. 38, 7 (*cf.* CYPR. GALL. exod. 1074). IV reg. 19, 28 ponam ... -um in naribus tuis (Iob 40, 21 prov. 11, 22 Is. 37, 29). Ezech. 10, 12 -i (*i. rotae*) ... *pleni* erant oculis. 16, 12 dedi ... -os auribus tuis (HIER. *ad l.* inter cetera ornamenta mulierum solent aurei -i in os ex fronte pendere). PELAG. in Eph. 6 p. 840^{C} lorica multis -is vel armillis intexitur (SIDON. epist. 3, 3, 5 carm. 2, 322 GREG. TVR. Franc. 7, 38). AVG. quaest. hept. 2, 12 aulaea inter se -is et ansis non coniungebantur (2, 21). PS. AVG. serm. 49, 1 manibus lapillatos -os splendentes induxit. VICTRIC. 6 nullus auri -us scitur. THEOD. PRISC. phys. 6 dextri ... pedis ungulae portatus -us ... medebitur. ALC. AVIT. epist. 74 circumdet *servus fialas* pittaciorum densitate pro -is (*si huc pertinet*). ORIBAS. syn. 6, 44 -um grandem de lana factam ... supponendus est. GREG. M. epist. 6, 54 cocleares ... et -os, quos direxisti, suscepimus. ISID. eccl. off. 2, 4, 4 corona ... latitudo aurei est -i, quae regum capita cingit. orig. 19, 32, 1 primus Prometheus fertur -um ferreum incluso lapide digito circumdare.

additur *genetivus epexegeticus pro re ipsa*: LIV. 36, 9, 12 exteriore -o muri (CASSIOD. in psalm. 50, 19). MANIL. 1, 802 candet -us orbis (GELL. 2, 30, 5 austri ... et Africi ad meridianum orbis -um ... depressi. COMM. apol. 116 DRAC. Romul. 5, 326). CELS. 7, 25, 1 sub -o glandis scalpello diducenda cutis. FIRM. err. 3, 5 *terra* inclusa Oceani ambientis -o (OROS. hist. 6, 22, 1 GILD. Brit. 3 chron. III p. 28). 6, 7 *Liber infulas* pampineis coronarum -is illigabat. HIL. trin. 5, 32 caeli (10, 16 caeli mundique. HIER. epist. 59, 5 in Is. 51, 4 p. 588 IORD. Get. 1, 6 GREG. TVR. glor. mart. 1). CLAVD. 15, 223 lunae (HIL. gen. 83). PAVL. NOL. carm. 6, 116 solis (ZENO 2, 57). RVFIN. Orig. in Ios. 3, 1 rotarum. MART. CAP. 2, 185 aethrae. SIDON. epist. 1, 11, 14 stibadii. IORD. Get. 1, 4 terrae (1, 6).

II ***latiore sensu et translate*:** **A** *i. q. coetus vel congregatio hominum, saepius cum nota vituperationis*: ACC. trag. 250 laetum in Parnaso inter pinos tripudiantem in -is. CIC. Balb. 57 qui Cornelio invident ... in conviviis rodunt, in -is vellicant. de orat. 1, 159 quemcumque patrem familias arripuissetis ex aliquo -o. 1, 174 cum in -o decipiare adversari stipulatiuncula. fin. 5, 56 inertissimos homines ... -os aliquos et sessiunculas consectari. off. 1, 132 sermo in -is ... versetur. Att. 2, 18, 2 sermo in -is ... est liberior quam fuit. ad Q. fr. 3, 4, 1 *Cato iudex* diribitis tabellis de -o se subduxit. NEP. Epam. 3, 3 cum in -um venisset, in quo aut de re publica disputaretur aut de philosophia sermo haberetur. LIV. 3, 17, 10 *patres* inserentes ... se in -os plebis. 7, 12, 14 in -is fremere. 28, 25, 5 sermones inter se serentium -os. 32, 20, 3. 34, 37, 1. 34, 61, 5. 44, 22, 8. SEN. dial. 1, 5, 4 cum ... vilissimus quisque ... tempus in aliquo -o terat. benef. 7, 22, 2 quidam ... beneficium, quod dederunt, omnibus -is narrant. PETRON. 27 duo spadones in diversa parte -i stabant. *ibid.* -is [ludentem] accedere. 47 porcos, sicut in -is mos est, portenta aliqua facturos. PLIN. nat. 36, 12 imaginem eius (*Hipponactis*) ... *Bupalus et Athenis* proposuere ridentium -is. MART. 2, 86, 11 scribat carmina -is Palaemon (*opp.* raris auribus). 10, 62, 5 *nec* maiore quisquam -o coronetur. QVINT. inst. 2, 12, 10 collidere manus, terrae pedem incutere ... mire ad pullatum -um facit. 6, 3, 105. 12, 10, 74 illi per fora atque aggerem -i. TAC. Agr. 43, 4 ann. 3, 54. PLIN. epist. 3, 20, 4 multa agmina in medio multique -i et indecora confusio. GELL. 4, 1, 1 in -o doctorum hominum (AMM. 30, 4, 17) Favorino ... praesente. 15, 9, 2 iuvenum eruditiorum. 16, 10, 3. APVL. met. 2, 13 frequentis populi -o consaeptus (AMM. 21, 9, 7). PORPH. Hor. sat. 1, 6, 114 altioris dignitatis homines erubescunt ... in his vulgi -is stare. PANEG. 12, 39 mirantium -os contrahunt *milites*. VOPISC. Prob. 10, 4. LACT. inst. 3, 17, 7 homo astutus ex variis diversisque motibus -um cogit. AMM. 14, 1, 6 honoratorum -is assistendo. 28, 4, 29. HIER. epist. 39, 1 cum ... lectulum vallaret -us propinquorum. 50, 1 imperitorum. 50, 4 in -is stomachari. 84, 5 -i strepitus commovetur, fautores clamitant. AVG. util. cred. 9, 21. epist. 118, 12 Donatistarum ... Maximianensium ... Manichaeorum *eqs.* (COD. Theod. 16, 5, 11 CANON. Migne 56, 553).

B *de rebus saepius repetitis, in orbis modum in initium revertentibus*: SEN. epist. 77, 6 cogita, quamdiu iam idem facias: cibus somnus libido, per hunc -um curritur. HIL. myst. p. 26, 23 quodam generationum -o circumcursatum *est* ... mundo. in psalm. 1, 8 sermo in ... -um erroris inflexus. CLAVD. DON. Aen. 4, 9 per longos verborum -os venit ad eam partem quae. AVG. civ. 12, 18 p. 540 hos volubiles -os, quos opinio confingit, ratio manifesta confringit. MART. CAP. 2, 219 adhuc iugata compararet pagina quocumque ducta largiorem -um.

synonyma et coniuncta: *ad I A: aliae res geometriae et astronomiae, ut* punctum linea angulus triangulum quadratum sphaera *al. cf. p. 1109, 73 sq.* *ad I B*: armillum, ansae. *ad II A*: convivia, contiones, sermones, forum, consessus, conventicula, coetus.

derivata: circellus, circularis, circulare (circulatim). *compositum*: semicirculus. *Bannier.*

✖**circum** *adv. et praep.* [*acc. nominis subst.* 1. circus; *cf.* circa, circumcirca, idcirco *atque* incircum, *ex quo* circum *imminutum esse putat Skutsch, Rhein. Mus. 61 (1906) 613. Th.*]. CASSIOD. in psalm. 30, 16 -m enim a circuitu. *grammaticorum de usu et significatione iudicia v. s.* circa *p. 1081, 22 sqq.; addas*: SERV. ecl. 1, 29 antiqui enim 'post', 'ante', '-m' etiam ablativo iungebant, quod hodie facere minime possumus (*cogitasse videtur de locis, qualis est* ANTH. 429, 7 *p. 1113, 13*). PRISC. gramm. III 41, 3 -m, quando *περί* significat, praepositio accipitur tam in compositione quam in separatione, ut ...; quando vero *πέρις* demonstrat, adverbium est locale. CASSIOD. gramm. VII 164, 7 -m praepositio sequentibus vocalibus 'm' litteram in enuntiatione amittit, in scriptura servat. NOT. Tir. 1, 27. *dubia*: ENN. ann. 471 -m sum. SEN. nat. 6, 1, 13 GLOSS. V 445, 65. *inde ab* ENNIO *et* PLAVTO; *plura de frequentia v. s.* circa *p. 1079, 6 sqq. 39 sqq.* *usus adverbii omnia dedi exempla, praepositionis delecta.*

ADVERBIVM.

PRISC. gramm. II 554, 24 -m nomen est et adverbium. SERV. Aen. 4, 416 postposita praepositio et accentum mutavit et suas perdidit vires, nam '-m' hic adverbium loci est. *de significatione cf.* GLOSS. II 356, 34 *πύπλῳ ἐπίρρημα*: -m. 403, 29 -m *πέρις* (*cf.* PRISC. gramm. III 45, 5 *l. 45*). *plerumque de rebus in circuitu extra aliquid (aliquem) positis; i. q. in circuitu, per*: LVCR. 5, 1378 *p. 1113, 47* PROP. 1, 20, 37 *p. 1113, 72* SIL. 2, 545 *et* 12, 154 *p. 1114, 64 sq.* STAT. Theb. 2, 84 *al. p. 1114, 2* PS. QVINT. decl. 9, 12 *p. 1113, 43* PHYSIOGN. 33 *p. 1113, 78* MACR. somn. 1, 6, 53 *p. 1113, 14 aliisque locis (cf.* LVCR. 1, 1089 *al. p. 1114, 16. 18* VAL. FL. 7, 305 *p. 1114, 25) minus certis.* *i. q. utrubique*: PLAVT. Asin. 618 *p. 1113, 65* TAC. ann. 4, 74 *p. 1114, 69.* 14, 34 *p. 1121, 68.* *fortasse i. q. iuxta* TAC. hist. 2, 39 *cf.* SALL. hist. frg. 3, 96 C 11 *p. 1113, 57.* *ponitur saepe in fine versus, cum aliis locis, tum his, quibus versus sequens ab verbo incipit*: VERG. georg. 4, 274 Aen. 2, 606. 6, 517 HOR. carm. 2, 16, 33 epist. 2, 2, 94 LVCAN. 7, 558 VAL. FL. 7, 305 SIL. 6, 337 STAT. Theb. 6, 256. *cf.* VERG. Aen. 1, 175. 5, 250. 6, 443.

I ***generatim cum verbis*** (*enumero verba et artius et laxius coniuncta secundum litteras; quae hic desunt v. s. compositis*): CATO agr. 5, 8 -m oleas ... ablaqueato (VARRO rust. 1, 29, 1 COLVM. arb. 10, 5) et stercus addito (LVCR. 2, 1107 addita -m semina). LVCR. 3, 404 adempta anima -m membrisque remota. TAC. ann. 14, 47 adulantibus *v. p. 1114, 14.* aedificare *v. s.* circumaedifico. VERG. Aen. 2, 463 turrim ... aggressi ferro -m ... convellimus. agere *v. p. 1114, 55 et sub* circumago. VERG. georg. 4, 478 quos -m ... arundo Cocyti ... alligat. ambulare, amplecti *v. s.* circumambulo, circumamplector. aspergere *v. p. 1113, 19.* PLIN. nat. 8, 121 nec pupillae motu, sed totius oculi versatione -m aspicit *chamaeleon.* STAT. Theb. 3, 76 *te* volantes ... -m ... assilient; *sed cf. s.* circumvolo. astare *v. s.* circumasto. ACC. trag. 571 -m ... suavisona echo (*Ribbeck*, saeva sonando *codd.*) ... cachinnat. caedere *v. p. 1114, 74 et s.* circumcido. VERG. Aen. 2, 606

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-m caligat. LVCR. 1,387 -m-celerantibus. cingere *v. s.* circumcingo. claudere *v. p. 1114, 17. 41. 58 et s. v.* circumcludo. LVCR. 6, 954 -m ... coercet (*cf.* IVVENC. 3, 713 iugera multa nitentis vineti saepes -m densata coercet). 5, 483 -m ... cogebant. colere *v.* circumcolo. VERG. Aen. 12, 433 complectitur *v. infra l. 23.* TAC. hist. 4, 29 congestis -m lignis. VITR. 6, 7, 2 -m ... constituuntur. LVCR. 1, 512 -m ... constare. PACVV. trag. 86 -m supraque quod complexu continet terram (LVCR. 5, 319). VERG. Aen. 2, 463 convellimus *v. p. 1112, 76* PANEG. 12, 2 -m supraque cooperti. STAT. Theb. 10, 655 -m cumulantur. currere *v. s.* circumcurro. dare: *nota* PLAVT. Most. 347 interim da ab Delphio cito cantharum -m. *rel. v. s.* circumdo. *cf. etiam* dare circa *p. 1079, 59.* VITR. 10, 11, 4 -m delinatur (*alii aliter*) extremum *os foraminis.* -m densatus *v. supra l. 4.* ANTH. 429, 7 collo molles -m diffusa lacertos. MACR. somn. 1, 6, 53 -m perque discurrit. ducere *v. s.* circumduco. TAC. ann. 14, 10 collibus -m editis. eo *v. p. 1114, 70 et s.* circu(m)eo. errare *v. s.* circumerro. ferre *v. s.* circumfero; *adde p. 1114, 25.* LVCR. 4, 608 -m fervunt. 5, 359 nulla loci fit copia -m (6, 829. *cf.* VITR. 5, 12, 1 -m ... navalia sunt facienda. *cf.* circa facere *p. 1079, 63*). LVCR. 1, 718 *insulam* fluitans -m ... aequor ... aspergit. forare, fovere *v. s.* circumforatus, circumfoveo. AMM. 22, 8, 15 scopuli *Symplegadum* immobiles turbine -m fracto steterunt (29, 4, 5 angusto aditu -m fractis collibus. *adde p. 1114, 65*). fremere *v. p. 1114, 28. 33 et s.* circumfremo. VERG. Aen. 12, 433 Ascanium fusis -m complectitur armis. *adde p. 1114, 76 et s.* circumfundo (circa fundere *v. p. 1079, 68*). VERG. Aen. 9, 438 quem -m glomerati hostes ... proturbant (AVIEN. Arat. 859). VARRO ling. 5, 132 habet purpuram -m (VITR. 6, 5, 3. circa habere *v. p. 1079, 68 sq.*). iacere *v. s.* circumiaceo. VAL. FL. 7, 168 vellera tot spiris -m, tot ductibus implet *anguis.* LVCR. 4, 81 -m mage sunt inclusa theatri moenibus (*coni. Munro*, moenia *codd.*) *vela.* LACT. Phoen. 91 -mque supraque inicit (*dub.*: LIV. 25, 36, 5 vallum -m inicere *P*, circumicere *rell.*). RHET. Her. 4, 49, 62 -m inspectans (circumspectans *v. l.*) huc et illuc, si quem reperiat (4, 55, 68 *M*, circumspectans *E*). inspicere *v. p. 1114, 26 et s.* circuminspicio. RHET. Her. 4, 55, 67 rebus consequentibus aut -m instantibus (AMBR. hex. 5, 16, 55. *adde p. 1114, 23*). VAL. FL. 3, 426 -m ... instituit. LVCR. 5, 971 -m se ... involventes (VITR. 10, 6, 2). lacerare *v. p. 1114, 50.* GRATT. 28 *cassem* per senos -m usque sinus laqueabis. latrare *v. p. 1114, 33 et s.* circumlatro. ligare *v. s.* circumligo. VAL. FL. 2, 266 medium curru locat *patrem* aeraque -m (GREG. TVR. glor. conf. 80 *hospitiola* -m locata erant). LVCIL. 1034 lustrans *v. p. 1115, 55. plura v. s.* circumlustro. manere *v. s.* circummaneo. PAVL. NOL. carm. 28, 88 -m metata. CIRIS 452 minitantur *v. p. 1114, 56.* PS. QVINT. decl. 9, 12 *me* -m ad alienas mitteret domos. movere *v. s.* circummoveo *et p. 1114, 18.* mugire *v. s.* circummugio. mulcere *v. p. 1114, 54 et s. v.* circummulceo. VARRO rust. 1, 59, 3 obleris -m ramum. PLIN. nat. 19, 83 incipiente incremento confert alterna folia *raphani* -m obruere. LVCR. 5, 1378 obsita -m (circa obsitus *v. p. 1079, 76*). CATO agr. 48, 2 furcas -m offigito. CELS. 5, 28, 1 -mque exiguae pusulae oriuntur (TAC. ann. 1, 64 quantum aquarum -m surgentibus iugis oritur). CATO agr. 76, 4 insuper et -m operito. PROP. 2, 15, 45 -m oppugnata. TAC. hist. 3, 8 patentibus *v. p. 1114, 40.* pendere *v. p. 1114, 36 et s. v.* circumpendeo. VITR. 9, 3, 3 -m pervagando. MANIL. 5, 558 te -m Alcyones pennis planxere volantes (*sed videtur adverbium ad utrumque verbum pertinere*). premere *v. p. 1114, 32 et s.* circumprimo. SISENNA hist. 8 ilex quae -m proiectis ramis ... tegebat (CAEL. AVR. acut. 2, 37, 193). SALL. hist. frg. 3, 96 C 11 in tumulum -m prominentem. STAT. Theb. 6, 228 lituis aures -m pulsantur acutis. purgare *v. s.* circumpurgo. [PLIN. nat. 29, 83 -m raptum *pars codd. pro* -m latum.] OV. met. 4, 668 gentibus innumeris -mque infraque relictis. PASS. Theclae C b 21 -m respiciens (*v. l.* cum respiceret). rotare *v. p. 1114, 67 et s. v.* circumroto. saepire *v. s.* circumsaepio; *adde l. 84.* scribere *v. s. v.* circumscribo. GRATT. 352 -m ... sequi. serere *v.* circumsero. servare *v. p. 1114, 39.* signare *v. s.* circumsigno. PLAVT. Asin. 618 -m sistamus alter hinc, hinc alter appellemus. *plura v. s.* circumsisto. sonare *v. s.* circumsono. VITR. 10, 2, 3 pali ... -m festucatione solidentur. AETNA 81 sollicitant illi (*poetae*) te -m, Tantale, poena. spectare *v. s.* circumspecto, *adde p. 1114, 25. 57.* stare, stringere *v. s.* circumsto, circumstringo. stupere *v. p. 1114, 35.* CIC. Verr. 2, 69 ligna ... circumdare ignemque -m subicere coeperunt. PLIN. nat. 14, 16 *uvae* stipatae vinaceis -m sudantibus. *adde p. 1114, 21.* PROP. 1, 20, 37 et -m irriguo surgebant lilia prato (CELS. 7, 15 p. 292, 17. *adde l. 50*). VARRO rust. 3, 5, 3 tectorio tacta esse levi -m ostia (VITR. 3, 5, 14). tegere *v. s.* circumtego. CATO agr. 76, 2 tangito et -m tergeto unguitoque. TIB. 1, 2, 95 hunc iuvenis turbā -m terit artū. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 42 quibus -m tollemus exteriorem corticem (*aliter v. p. 1114, 37*). tonare *v. p. 1114, 49.* tremere *v. p. 1114, 16 et 64.* PHYSIOGN. 33 -m tumentes oculi immites. PETRON. 120, 75 saxa gaudent ferali -m tumulata cupressu. vallare *v. p. 1114, 78 et s.* circumvallo. vectari *v. s.* circumvector. CHIRON 289 de suo sibi -m (*an* cirrum?) bracchiola vellito. verrere *v. p. 1114, 55 et s.* circumverro. versare (-i), vertere *v. s.* circumverso, circumverto. TRAG. inc. 113 (*ex Sophocl. Antig. 241*) quandoquidem is se -m vestit dictis saepit sedulo. videre *v. infra l. 62 sq. adde infra l. 38 et s. v.* circumvideo. SIL. 5, 538 undanti -m tempestas acta procella. STAT. Theb. 2, 284 haec -m spumis lunaribus unguit (*cf.* VERG. georg. 4, 46 *s.* circumfoveo; *reliqua v. s.* circumunguo). volare, volitare *v. s.* circumvolo, -volito; *adde infra l. 31.* volvi *v. infra l. 66.* ENN. scaen. 117 -m sese urvat (*locus obscurus*).

II ***speciatim:*** **A** *acced.* esse: CAES. civ. 2, 10, 1 quae -m essent opera. SALL. hist. frg. 2, 82. TIB. 1, 3, 77 Tantalus est illic et -m stagna. VITR. 3, 2, 5 ut intercolumnii latitudinis intervallum sit a parietibus -m ad extremos ordines columnarum. DICT. 2, 15. *suppl.* esse: HOR. sat. 2, 8, 7 acria -m rapula, lactucae *eqs.* VERG. Aen. 11, 34 -m omnes famulumque manus *eqs.* 11, 655. STAT. Theb. 4, 172 -m amnis torpens. 10, 97. 12, 418. TAC. ann. 1, 63 -m silvae paulatim acclives. 2, 24 hostilibus -m litoribus. *cf.* 14, 47 adulantibus -m ... qui dicebant.

B *attributive*: LVCR. 1, 1089 totum -m tremere aethera signis (2, 325. VARRO rust. 3, 14, 1 quem -m totum aqua claudas. VERG. Aen. 3, 92 totusque moveri mons -m. 4, 416. 12, 929). LVCR. 2, 1144 magni quoque -m moenia mundi expugnata dabunt labem (6, 499 per magni -m spiracula mundi). 4, 624 suaviter omnia tractant umida linguai -m sudantia templa (6, 232 omnia -m collaxat *fulmen.* 6, 686 VARRO Men. 86. SALL. epist. Mithr. 15 vastis -m omnibus locis. VERG. Aen. 10, 118 portis -m omnibus instant [STAT. Theb. 11, 243]. 11, 624. [PETRON. 82 v. 3 *e coni. Bücheleri.*] VAL. FL. 1, 690. 7, 305 perque omnia -m fert oculos. SIL. 12, 66. TAC. Agr. 32 spectantes. PS. APVL. Asci. 27 inspicit. TREB. Gall. 10, 6 DICT. 2, 13. 6, 4. *cf.* VARRO rust. 3, 9, 7 in parietibus -m omnia plena sint cubilia gallinarum. VERG. Aen. 6, 175 omnes magno -m clamore fremebant). LVCR. 6, 127 *procella* nubem cogit uti fiat spisso cava corpore -m. SALL. epist. Mithr. 14 nullo -m adnitente. VERG. georg. 4, 113 tecta serat late -m (Aen. 2, 698. 7, 104 -m late volitans. *cf. infra l. 44. 77*). georg. 4, 130 holus albaque -m lilia verbenasque premens. Aen. 7, 588 multis -m latrantibus undis. 7, 589 spumea -m saxa fremunt. *cf. l. 28.* 12, 606 cetera -m turba furit. AETNA 335 pigraque defuso -m stupet humida vultu. 404 hunc multis -m inice flammis (OV. fast. 2, 529 multa -m pendente tabella. *adde infra l. 80*). LVCAN. 1, 142 tot -m silvae firmo se robore tollant (TAC. hist. 2, 39. CLAVD. 28, 43 regia ... tot -m delubra videt, tantisque deorum cingitur excubiis). VAL. FL. 4, 640 diversas -m servantibus undas. 5, 337 ingenti -m stupefacta profundo. TAC. hist. 3, 8 patentibus -m campis. 3, 67. ann. 4, 25 *locus* vastis -m saltibus claudebatur. 4, 55. 64 cunctis -m flagrantibus (15, 39 Palatium et cuncta -m. AMM. 20, 6, 9 aquarum penuria cunctis -m arentibus locis). 4, 67. 12, 55. 16, 33 agro suo latisque -m arvis. AVSON. 325, 48 umida -m nubila ... fuscarent lampados ignem. CLAVD. 21, 294 in tanto -m terrore. *nota*: BELL. Hisp. 27, 3 Varum -m castellis praeesse. ITALA Luc. 9, 12 (cod. δ) euntes in -m (*κύκλῳ*, VVLG. quae circa sunt) castella et villas.

C *cum significatione aucta, fere i. q.* ***circumsitus, circumstipans sim.***: LVCR. 2, 618 tympana tenta tonant palmis et cymbala -m concava. 3, 408 lacerato oculo -m (*i. -mdante pupulam*) si pupula mansit. VERG. georg. 4, 64 Matris quate cymbala -m. 4, 193 -m tutae sub moenibus urbis aquantur. Aen. 2, 238 pueri -m ... sacra canunt. 3, 306 me ... et Troia -m arma ... vidit. 7, 32 variae -mque supraque ... volucres ... aethera mulcebant cantu. 8, 673 -m delphines in orbem aequora verrebant. 12, 335 -mque ... Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur. CIRIS 452 *pristes* glauco in gurgite -m verbere caudarum minitantur. VITR. 5, 10, 4 ut -m spectantes reliqui recte stare possint. 10, 15, 3 supra eos trabes -m clusae continebant totam compactionem. CELS. 5, 26, 31 -m orae crassae *ulceris* livent. SCRIB. LARG. 227. LVCAN. 9, 41 plagae *sepis* proxima -m fugit rapta cutis. PETRON. 131 v. 3. VAL. FL. 1, 714 iamque dolos -mque trucis discrimina leti mille vides (2, 16. 40. 6, 685 STAT. Theb. 3, 54. *cf.* 4, 525 ipsum ... -mque ministras ... cerno). SIL. 1, 83 quod taxi -m ... abdiderant. 2, 545 tremuitque repente mons -m. 12, 154 fractusque ruina mons -m. 17, 18. STAT. Theb. 6, 246 -m *iacens in imagine* asperat orbem *anguis.* 7, 55. 8, 709 -mque ... volvuntur in arma molares. Ach. 1, 56 *delphini* -mque infraque rotantur. TAC. ann. 1, 40 procedebant ... lamentantes -m amicorum mulieres. 1, 65 turbati -m milites. 4, 25. 74 aram amicitiae effigiesque -m Caesaris et Seiani censuere. 11, 31. 14, 30. CLAVD. 5, 76 -mque armata clientum agmina ... ibant. 8, 608. *nota*: LVCR. 3, 1005 annorum tempora -m (*i. circumeuntes, cf. Heinze ad l.*) cum redeunt.

acced. undique (*cf.* STAT. silv. 2, 5, 12 *p. 1116, 23; haud raro etiam* undique *accedit ad verba cum* circum *composita*): LVCR. 3, 403 -m (cretum *codd.*) caesis lacer undique membris truncus. VERG. Aen. 3, 635 undique -m fundimur (STAT. Theb. 2, 228). STAT. Theb. 4, 434 late iaculis -m undique fixis. *cf. supra l. 31.* silv. 5, 1, 155 -m undique ... vallavere. GELL. 4, 5, 3 (*ex annal. max.?*) oppositu -m undique aliarum aedium. 13, 25, 1 simulacra -m undique inaurata. 14, 2, 9 se -m undique distrahentibus causis. 19, 10, 1 -m undique sedentibus multis. *adde* GLOSS. V 276, 64. *cf. etiam* -a undique *p. 1080, 79 sqq.*

iuxta ponuntur: -mque supraque: PACVV. trag. 86 VERG. Aen. 7, 32 STAT. Theb. 9, 114 LACT. Phoen. 91 AVIEN. Arat. 859 PANEG. 12, 2. -mque infraque: OV. met. 4, 668 STAT. Ach. 1, 56.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-mque superque: AVIEN. orb. terr. 249. -m perque: MACR. somn. 1, 6,53. -m proque: CORIPP. Ioh. 3, 5. -m ad: PS. QVINT. decl. 9, 12.

PRAEPOSITIO.

PAVL. FEST. p. 4 'am' praepositio ... significat -m. p. 16. GLOSS. II 402, 4 *περί* -m circa circiter, am de erga super. 100, 56 *κύκλῳ καὶ περὶ καὶ ἱππικόν. cf.* PRISC. gramm. III 41, 3 *p. 1112, 43. sequitur acc.: cf.* PS. ASPER gramm. suppl. 58, 5. 10. *de accentu:* QVINT. inst. 1, 5, 25 scio iam quosdam eruditos nonnullos etiam grammaticos sic docere ac loqui, ut propter quaedam vocum discrimina verbum interim acuto sono finiant, ut in illis 'quae -m litora, -m piscosos scopulos (*Verg. Aen. 4, 255*)', ne, si gravem posuerint secundam *syllabam* 'circus' dici videatur, non 'circuitus'. 1, 5, 27 cum dico '-m litora' tamquam unum enuntio dissimulata distinctione, itaque tamquam in una voce una est acuta. VEL. gramm. VII 53, 2 aliud est círcum, aliud circúm. *cf.* SERV. ecl. 5, 3. PRISC. gramm. III 33, 24 'maria omnia -úm (*Verg. Aen. 1, 32*)' in fine acuitur, ne adverbium vel nomen esse putetur, sicut et apud Graecos *διά*. *postponitur: pronomini:* VARRO ling. 7, 31 LVCR. 6, 427 CIC. nat. deor. 2, 105 VERG. georg. 1, 235. 4, 30. 334. 430 eum vasti -m gens umida ponti. Aen. 2, 564. 5, 250 (*? v. p. 1127, 28*). 6, 706 CVLEX 174. 397 MACER carm. frg. 14 TIB. 1, 1, 23. 1, 3, 68 PROP. 1, 4, 21 STAT. Theb. 4, 16. 8, 701 unum acies -m. SIL. 16, 49 APVL. met. 9, 19 AVIEN. Arat. 92 MAR. VICTOR aleth. 1, 202 CYPR. GALL. deut. 31. *in fine versus:* VAL. FL. 6, 66 acies quem Martia -m. *substantivo: praeter* STAT. Theb. 3, 395 *ubique in fine versus:* LVCR. 1, 937. 4, 12. 220 VERG. ecl. 8, 12. 74. 9, 40 georg. 2, 382. 3, 537. 4, 188 Aen. 1, 32. 466. 2, 515. 3, 75. 4, 145. 5, 435. 6, 166. 329. 7, 379. 8, 285. 310. 9, 679. 808 LVCAN. 7, 48. 552 HOMER. 496. 937 STAT. Theb. 1, 418. 3, 650 SIL. 13, 207. 16, 122 IVVENC. praef. II 13. *in fine versus interpositum inter adiectivum (sim.) et substantivum:* VERG. georg. 1, 383 Asia -m ... prata. Aen. 1, 667 omnia -m litora. 6, 708. 7, 763. 9, 581. 12, 476 HOR. sat. 1, 6, 82 STAT. Theb. 6, 832. *non in fine versus:* CIRIS 236 formosos -m ... capillos. *in fine versus non interpositum:* VERG. Aen. 4, 254. *separatum a substantivo et attributo:* VARRO rust. 3, 5, 4 -m huius aedificii parietes. VERG. georg. 4, 430 *v. supra l. 21.* Aen. 2, 278 -m plurima muros. VITR. 10, 2, 4 -m autem orbiculum. VAL. FL. 6, 66 *v. supra l. 26.* STAT. Theb. 8, 701 *supra l. 24.* Ach. 1, 813 Palladias aut -m videris aras. silv. 2, 6, 32 -m saevi fugientem moenia Phoebi. *separatum et postpositum:* TIB. 1, 5, 51 *v. p. 1116, 66. nota:* VARRO ling. 5, 154 *circus* -m aedificatus est Flaminium campum. *nonnullos locos, quibus utrum praepositio an adverbium sit dubites, v. s. adverbio.*

I ***de loco:*** **A** *i. q.* ***per, ad, apud res in circuitu sitas:*** **1** *quaeritur quo? cum verbis movendi* (circa *hac vi p. 1088, 7 inde a* VITR.): **a** *vi plena: α per compluria loca:* PLAVT. Mil. 424 -m vicinos vagas (BELL. Afr. 24, 2 equitatus ... -m Caesaris munitiones vagari. VERG. georg. 3, 540 timidi dammae ... -m tecta. LVCAN. 6, 574 effractos -m tumulos ... vagati. SVET. Nero 26. *cf.* LVCAN. 5, 125 Castalios -m latices ... Phemonoen errore vagam ... corripuit. *cf.* 7, 558 *et s.* circumvagus). PLAVT. Epid. 199 Periphanem *quaesivi* (*i. quaerens ii*) ... in foro, per myropolia, ... -mque argentarias (OV. met. 5, 623. *cf.* ARGVM. Plaut. Men. 6 germanum ... quaeritat -m omnes oras). LVCIL. 1034 -m oppida lustrans (*i. scortans; aliter interpret. Marx*). CIC. Quinct. 25 pueros -m amicos dimittit (Verr. 3, 92 CAES. civ. 3, 22, 1. 3, 112, 6 SVET. Aug. 64). Verr. 1, 25 cursare ... -m tribus (5, 41. *cf.* HOR. sat. 2, 3, 146 ut heres iam -m loculos et claves laetus ... curreret. 2, 3, 281). Verr. 3, 169 cum praetorem -m omnia fora sectaretur. 4, 65 ducebat eos -m civitates (*cf.* SVET. Tib. 17 -m templa deductus est). 5, 76 optimum quemque ... -m omnia provinciae fora rapiebat. Catil. 4, 17 concursare. -m tabernas (div. 2, 129. BELL. Afr. 81, 1 -m milites). Att. 8, 9, 3 -m villulas ... errare (VERG. Aen. 3, 75. 5, 435). CAES. civ. 1, 14, 5 quos ... -m familias ... distribuit. BELL. Afr. 9, 1 proficiscitur -m villas (67, 2). VARRO ling. 6, 90 -m moeros mitti (6, 93. SALL. Catil. 30, 3 in Apuliam -mque ea loca. LIV. 4, 31, 6 -m Etruriae populos. 42, 45, 1 SVET. Cal. 28 *al.*). VARRO ling. 6, 94 itur (FEST. p. 241. LVCAN. 7, 558 *v. s.* circumeo). VERG. Aen. 1, 32 acti fatis maria omnia -m. 1, 667 omnia -m litora iactetur. 4, 254 quae *axis* -m litora, -m piscosos scopulos ... volat (6, 706. HOMER. 496 agmina -m). 6, 329 volitant (STAT. Ach. 2, 78). 6, 709 *apes* candida -m lilia funduntur. *cf. p. 1116, 8 sq.* 8, 310 oculos fert omnia -m. PROP. 1, 4, 21 te -m omnes alias irata puellas *Cynthia* differet (*i. infamem reddet*). VITR. 8, 3, 10 *aqua* -m hortos ... fossis ductis immittitur. LIV. 8, 36, 6 -m (*MP*, circumiens *U*) saucios milites inserens in tentoria caput. PHAEDR. 4, 6, 1 *cum mures* artos -m trepidarent cavos. TAC. hist. 2, 55 populus ... Galbae imagines -m templa tulit. HYG. fab. 190 p. 121, 14 Leucippe ... -m terras exit investigatum *patrem. nota:* BELL. Afr. 3, 4 neque -m loca gubernatoribus ... quid peterent, praeceperat (*i. praecipientes miserat*). *in imagine:* MANIL 5, 8 me (*poetam*) ... omnia -m sidera vectatum (*sc. ea describentem*). *β per (omnes) partes unius loci:* CIC. Tim. 35 -mque omne caelum (*Plato p. 40ᵃ περὶ πάντα κύκλῳ*) aequaliter distribuit. BELL. Afr. 20, 1 conscriptis litteris -m provinciam. VERG. Aen. 7, 379 turbo, quem pueri magno in gyro vacua atria -m intenti ludo exercent. HOR. carm. 2, 16, 11 curas laqueata -m tecta volantes. VITR. 5, 6, 2 anguli trigonorum, qui currunt -m curvaturam circinationis. LIV. 29, 24, 9 -m oram omnem maritimam misit *legiones* (SVET. Iul. 41). VAL. MAX. 4, 5, 4 Crassus cum omnium candidatorum more -m forum ... ire cogeretur. SVET. Galba 20 -m castra portarunt. **b** *vi debilitata fere i. q. in, ad:* PETRON. 131 *luscinia et hirundo* -m gramina fusae ac molles violas. STAT. Theb. 2, 515 nec mora, quin ... terribili applausu -m hospita surgeret ora *Sphinx.*

2 *quaeritur ubi? (aliter v. p. 1118, 30 sqq.*; circa *p. 1087, 47 inde a* VITR. *et* LIV.): PLAVT. Truc. 66 -m argentarias scorta ⟨et⟩ lenones qui sedent cottidie. COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 92 *uti* in arce classicus canat, -mque muros et ante privati huiusce ... ostium canat. CIC. carm. frg. 22, 8 nos -m latices (*Hom. B 305 ἀμφὶ περὶ κρηνήν*) gelidos fumantibus aris ... divom placantes numina. LVCR. 5, 783 genus herbarum ... terra dedit -m colles camposque per omnes. VARRO rust. 3, 5, 4 -m huius aedificii parietes intrinsecus multos esse palos. 3, 7, 8. BELL. Afr. 21, 4 disposuit (BELL. Hisp. 20, 1). VERG. georg. 2, 382 praemia ... pagos et compita -m Thesidae posuere. HOR. sat. 1, 6, 82 mihi custos ... omnis -m doctores aderat. epist. 1, 1, 49 -m pagos et -m compita pugnax. OV. am. 1, 8, 65 veteres -m atria cerae. STAT. silv. 2, 5, 12 clausas -m undique portas (*sc. stantes*) ... tumuere leones. CHIRON 207 dolores fieri ... per singula principalium loca, ... -m singula iumentorum corpora. *nota:* GRACCH. or. tit. Gell. 1, 7, 7 de Popilio -m conciliabula (*cf.* FEST. p. 241, 28 DIOM. gramm. I 374, 20).

B *i. q.* ***in circuitu(m)*** (*sc. extra rem*): **1** *quaeritur quo? (cum verbis movendi):* **a** *in circuitum (alicuius rei deferre.* circa *p. 1084, 6 inde a* NEP.): CATO agr. 6, 3 -m coronas et -m vias ulmos serito (6, 4 PLIN. nat. 17, 259). 21, 4 armillas ... -m orbem indas. 29 addito (HEMINA hist. 38). 33, 4 sarito. 43, 2 ⟨-m⟩ sulcos et [-m] (*transp. Keil*) capita oleagina ... fodere oportet. 95, 2 unguito. 115, 2 circumponito. 157, 11. TER. Haut. 290 capillus ... -m caput reiectus neglegenter. CATVLL. 64, 292 haec (*i. has arbores*) -m sedes ... locavit. LVCR. 2, 802 sita cervices -m. VARRO rust. 1, 55, 7 quod -m arborum radices infundi solet (COLVM. 11, 2, 29). 3, 7, 3 quam lēvissimo marmorato toti parietes ... oblinuntur ... -m fenestras. HOR. sat. 2, 4, 84 Tyrias dare -m illota toralia vestes. VITR. 5, 1, 2 -m spectacula spatiosiora intercolumnia distribuantur circaque *eqs.* 10, 4, 4 -m extremum latus rotae figentur modioli quadrati. 10, 14, 3. OV. am. 2, 19, 9 implicuitque suos -m mea colla lacertos. met. 4, 493 colubrae ... -m pectora Baccharum lapsae. LVCAN. 9, 743 umorem -m vitalia fusum (STAT. Theb. 4, 16 iamque suos -m pueri ... funduntur. SIL. 16, 49). STAT. Theb. 3, 395 stipantur. QVINT. inst. 2, 17, 19 sarmentis -m cornua boum deligatis. SOL. 32, 7 Meroe -m quam divisus *Nilus. cf. p. 1084, 20.* VVLG. III reg. 18, 35 currebant aquae -m (*κύκλῳ*) altare. Ezech. 6, 5. CORP. XII 5244 maceria(m) clusit -m monimentum suum. *cf.* VITR. 3, 8, 9 columnarum -m aedem dispositio. *de actione removendi:* CATO agr. 37, 2 vellito ... -m salicta herbam altam. LVCR. 6, 891 *fons* salsas -m se dimovet undas. **b** *de rotatione sim.* (circa *p. 1083, 43 inde a* VARRONE [*?*] *vel* PROP.): *cum verbis ipsam motionem exprimentibus:* LVCIL. 249 (*loc. corr.*) zonatim -m impluvium cineraris cludebat. CIC. ac. 2, 123 *terra* cum -m axem se ... convertat et torqueat (Tim. 19 -m se *mundus* torquetur et vertitur. TAC. hist. 5, 22 -m bracchia torta veste). nat. deor. 1, 52 versari -m axem caeli (2, 56 VITR. 9, 5, 4). 2, 84 quae ... conversione rotunda -m medium feruntur (2, 103 *al.* VARRO ling. 5, 153 -m metas fertur pompa. SIL. 12, 563 AVIEN. Arat. 92). nat. deor. 2, 102 volvitur (VARRO Men. 202 VITR. 9, 1, 2. IVVENC. praef. II 13 dum vertigo poli terras atque aequora -m aethera ... volvet). CIC. rep. 6, 29 animi *luxuriosorum* ... -m terram ipsam volutantur. LVCR. 5, 915 manibus totum -m se vertere caelum. BELL. Afr. 3, 3 -m oppidum vectus (*cf.* STAT. Theb. 7, 132 sacrae -m fastigia vallis turbine praevectus *Mars*). 24, 2 *v. p. 1115, 48.* VARRO rust. 3, 4, 3 volitare -m fenestras (TIB. 1, 5, 51 hanc volitant animae -m). VERG. ecl. 8, 12 sine tempora -m ... hederam tibi serpere (SIL. 16, 122 serpentes tempora -m ... ignes). 8, 74 altaria -m effigiem duco (COLVM. 10, 362. SIL. 1, 315 ducta -m caput ... habena). Aen. 1, 483 -m Iliacos raptaverat Hectora muros (SIL. 2, 266 rapto cineres ter -m corpore lustrat). 9, 584 *fundam* -m caput egit (FAV. EVL. p. 14, 27 *terra* -m se actis octo cursibus). 10, 883 ter -m astantem laevos equitavit in orbes. 11, 188 -m accensos ... decurrere rogos *al.* OV. met. 12, 296 -m caput igne rotato. 12, 591 Hectoris ... -m sua Pergama tracti. Ib. 331. VITR. 9, 1, 3 *signa* -m terram ... pervolantia. 10, 2, 1 funis ⟨se⟩ involvendo -m suculam. 10, 2, 4 -m autem orbiculum ... traiectus funis. MELA 3, 70 -m eam (*insulam*) isse (HYG. fab. 139 p. 17, 11 -m arborem. *cf. p. 1117, 10*). HYG. astr. 2, 4 p. 35, 9 -m eum *utrem* saltare. CAPITOL. Maximin. 28, 4 -m Aquileiam muros circumiens. EVSTATH. Bas. hex. 1, 3 p. 870ᶜ -m te discurrunt ea quae moventur in caelo. *nota:* VAL. FL. 7, 526 seque metu postquam sua vellera -m sustulit *draco. circumeundo sim. (vel utrubique adeundo) aliquid facere:* VERG. georg. 3, 537 non lupus insidias explorat ovilia -m. 4, 188 mussantque oras et limina -m *apes.* Aen. 1, 56 *venti*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magno cum murmure montis -m claustra fremunt (4, 145 mixtique altaria -m Cretes . . . fremunt. Ov. met. 5, 627. Stat. Theb. 3, 435 eunti *Aeolo* -m lora fremunt Nimbi). Ov. met. 15, 796 inque foro -mque domos ... ululasse canes. Val. Fl. 6, 302 *v. s.* circumstrepere. 6, 745 stridentesque viri -m caput . . . hastas. Stat. Theb. 1, 418 iam crebros ictus ora et cava tempora -m obnixi ingeminant. 6, 793 mille cavet lapsas -m cava tempora mortes. *cf. p. 1118, 13.* silv. 2, 6, 32 -m saevi fugientem moenia Phoebi (Homer. 937). *translate de clangore*: Stat. Theb. 3, 650 et tua non unquam Tyrrhenus tempora -m clangor eat. *adde infra l. 77 sq.*

2 *quaeritur ubi?* **a** *sensu pleno* (circa *p. 1081, 57 inde ab* Inscr. Varr. *et* Cic.): **α** *proprie*: *cum* esse: Plavt. Cas. 26 *v. infra l. 79.* Enn. ann. 151 -m sos (*i. eos*) quae sunt magnae gentes opulentae (*cf.* 471 *p. 1112, 48*). Cic. leg. agr. 1, 20 urbes, quae -m Capuam sunt. opt. gen. 10 *templa* -m forum. Caes. civ. 3, 43, 1 -m castra Pompei permulti . . . asperi colles. Varro rust. 3, 5, 14. 17 -m cardinem est orbis ventorum. *cf. infra l. 43.* Sall. Catil. 49, 4. Verg. Aen. 3, 392 albi -m ubera *suis* nati *erunt. cf. p. 1118, 47.* Fest. p. 278. Pers. 1, 32 -m umeros . . . laena est. Hyg. astr. 2, 6 p. 42, 19 ut -m eum (*Herculem*) magna lapidum copia esset. Ps. Apvl. Ascl. 30 deus in se est et a se est et -m se totus est plenus atque perfectus. Itala deut. 13, 7 *v. p. 1081, 70.* *attributive*: Cic. Catil. 4, 14 templa -m forum. Phil. 12, 19 operum -m Mutinam taetra monumenta. Varro rust. 2, 9, 15 cingulum -m collum. Ov. am. 2, 12, 1 -m mea tempora laurus. trist. 1, 8, 41. Vitr. 2, 9, 16 in suggrundiis -m insulas. Liv. 28, 5, 10 omnem -m (-a Σ) urbem agrum. Lvcan. 2, 557 fervidus . . . -m (*V*, -a *cett.*) praecordia sanguis. Sil. 13, 207 Tert. patient. 15 p. 23, 6. Corp. X 6463 aed(es) et -m aedem muros. *cum aliis verbis*: Cic. Sull. 31 qui -m iudicium stabant (Hor. sat. 1, 3, 135 turba -m te stante. Stat. silv. 5, 3, 14 Vvlg. IV reg. 11, 11 Svlp. Sev. chron. 1, 19, 2 Ps. Ascon. div. in Caec. p. 100, 3). Cic. Phil. 9, 16 -mque eam statuam locum ludis . . . liberos *Sulpicii* . . . versus pedes quinque habere (Caes. Gall. 6, 23, 1). Lvcr. 2, 635 cum pueri -m pŭerum *Iovem* ... pulsarent aeribus aera. 2, 802 *pluma* sita cervices -m. 5, 612 sol ... possideat multum ignem -m se. 6, 427 quam *columnam* freta -m fervescunt. 6, 862 terra ... quod ... tepet -m fontem. Caes. Gall. 7, 36, 2 Vercingetorix castris prope oppidum positis . . . -m se . . . singularum civitatum copias collocaverat. Varro rust. 1, 2, 9 effodiebat -m arbores e radicibus quae nascerentur e solo. 3, 9, 14 -m caveas eorum incendendum cornum corvinum. 3, 16, 10 *milites* -m villam totam alvaria fecisse (Sall. Iug. 37, 4 -m murum . . . planities . . . paludem fecerat. *cf.* Vitr. 9, 1, 2 *apud polos mundi* -m eos cardines orbiculos -m centra uti in torno perfecit *natura.* 10, 4, 3). Varro ling. 5, 28 qui -m Aternum habitant. 5, 125 et in ea *mensa* et ⟨cir⟩cum eam aenea vasa *ponebantur* (Hor. epod. 2, 65 positosque vernas . . . -m renidentes domos. *cf.* Vitr. 4, 8, 2 disponantur). 5, 143 cippi pomeri stant et -m Ariciam et -m Romam. 5, 162. 7, 31 bos quam -m aliae hostiae constituuntur. Verg. georg. 1, 245 flexu sinuoso elabitur Anguis (*sidus*) -m perque duas ... Arctos. 2, 484 frigidus obstiterit -m praecordia sanguis. 4, 30. 334 eam -m Milesia vellera nymphae carpebant. 4, 429 eum (*Protea*) vasti -m gens umida ponti exultans. Aen. 1, 466 bellantes Pergama -m (11, 661 bellantur Amazones . . . -m Hippolyten. *cf. de materia certaminis*: Val. Fl. 1, 223 quem -m veliera Martem aspicio? Stat. Theb. 12, 33 ac -m informes truncos miserabile surgit certamen). Verg. Aen. 2, 133 parari . . . -m tempora vittae. 2, 515 altaria -m . . . sedebant (5, 440 montana sedet -m castella sub armis *obsidens* [*falso* Serv. *ad l.* tmesis est]. Stat. Theb. 12, 47 Sidon. epist. 5, 14, 1). Verg. Aen. 2, 684 *flammam* -m tempora pasci (Apvl. met. 8, 19 quem -m capellae). 8, 285 Salii . . . altaria -m . . . assunt. 9, 805 strepit . . . cava tempora -m tinnitu galea. Cvlex 174 metabat sese -m loca. 397 Macer carm. frg. 14. Tib. 1, 1, 23 quam (*hostiam*) -m rustica pubes clamet *eqs.* (*cf.* 1, 3, 68 sonant. Lvcan. 7, 48 queritur). Ov. am. 2, 40 -m caput omne micantes . . . radios. Vitr. 4, 4, 4 -m coagmenta et cubilia *lapidum* eminentes expressiones. Liv. 24, 10, 10 aram . . . speciesque hominum -m eam . . . visas esse. Lvcan. 4, 266 *castrorum* -m largos curvari brachia fontes. Plin. nat. 11, 206 -m renes concreto pingui. Stat. Theb. 8, 701 unum acies -m consumitur. 9, 695 pendentes -m latera aspera cinctūs. Itala Matth. 8, 18 (Hil. in Matth. 7, 8 *et* Vvlg.) videns turbas multas -m (*περί*) se (Physiogn. 49, 1 Mart. Cap. 1, 40). *nota in effigie picta*: Val. Fl. 2, 412 -m horrida tela *Baccharum* silva tremit. *pertinet ad extremas partes alicuius rei*: Lvcr. 1, 937 oras pocula -m contingunt *melle.* 4, 12. Carm. epigr. 58, 6 monumentum indiciost saxso saeptum ac marmori -m stipatum moerum multeis millibus. Varro rust. 3, 11, 2 -m totum parietem intrinsecus crepido lata. *de clangore*: Ov. epist. 14, 35 -m me gemitus morientum audire videbar. Stat. Theb. 4, 669 attonitas qui (*tumultus*) -m plurimus aures *est. cf. supra l. 9.* **β** *in imagine*: Plavt. Cas. 26 ludi sunt . . . tranquillum est, Alcedonia sunt -m forum. Cic. Verr. 2, 92 servos artifices pupilli cum haberet domi, -m pedes autem homines formosos (*cf.* Agroec. gramm. VII 135, 3 -m pedes sunt obsequia servorum, ante pedes amicorum. Isid. diff. 1, 94. Petron. 22 -a pedes). Ov. trist. 5, 3, 33 aspiciens -m tua sacra poetas. Pers. 1, 117 *Horatius* amico . . . admissus -m praecordia ludit. Mart. 1, 76, 13 -m pulpita nostra ... basia sola crepant. Ps. Apvl. Ascl. 25 anima enim et omnia -m eam (*i. ad eam pertinentia*). **b** *sensu latiore* (circa *p. 1084, 43 inde a* Vitr.): Caes. civ. 2, 9, 4 storias ex tribus partibus . . . eminentibus trabibus -m turrim praependentes. *i. q. utrubique*: Sent. Minuc. (Corp. V 7749) 8 termina duo stant -m viam Postumiam. Cinc. Gell. 16, 4, 6 *alae* -m legiones dextra sinistraque tamquam alae . . . locabantur (*cf.* Verg. Aen. 12, 662 -m hos utrimque phalanges stant. densae). Varro rust. 3, 5, 10 -m huius ripas ambulatio *eqs.* Verg. ecl. 9, 4 varios hic flumina -m fundit humus flores (Cvrt. 7, 5, 17). georg. 1, 235 quam *zonam caeli* -m extremae dextra laevaque trahuntur . . . glacie concretae. Ov. met. 10, 116 nitebant auribus e geminis -m cava tempora bacae (11, 159. *adde p. 1117, 6 sq.*). Anth. 484, 2 hos *ventos* -m gemini dextra laevaque iugantur. **c** *vi plane debilitata, fere i. q. in vicinitate, apud, iuxta* (circa *p. 1084, 68 inde a* Caes. *et* Varrone): **α** *usus astrictior*: *de familia, comitatu sim.*: Ter. Eun. 581 paucae, quae -m (circa *Donatus*) illam essent, manent *puellae.* Q. Scaev. Gell. 4, 1, 17 familiae eius, quae -m eos et liberos eius est. Cic. Att. 9, 9, 4. Caes. Gall. 1, 18, 5 magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et -m se habere. 5, 37, 1. 6, 15, 2 -m (circa *β*) se ambactos clientesque habet. civ. 2, 40, 1. Sall. Catil. 14, 1. 26, 4 -m se praesidia amicorum . . . occulte habebat. Alf. dig. 32, 60, 1. Verg. Aen. 2, 564 respicio et quae sit me -m copia lustro. 6, 166 Hectoris . . . fuerat comes, Hectora -m . . . pugnans insignis obibat. Liv. 3, 37, 6 *decemviri* primo tribunicios homines . . . -m se ostentaverant plebei. Val. Fl. 6, 66 acies quem Martia -m Gangaridum. *cf. de apparatu, indumentis sim.*: Caes. Gall. 6, 30, 2 omni militari instrumento, quod -m se habebat, erepto. Cypr. Gall. deut. 44 omnia vos -m non perdit fessa vetustas. **β** *usus latior*: Cic. Att. 3, 17, 2 -m haec loca commorabor (Pomp. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1). *sed cf. etiam p. 1116, 11 sqq.* Pomp. Cic. Att. 8, 12^{a}, 3 quam *copiam* Capuae et -m Capuam comparastis. Varro rust. 2, 2, 3 toto corpore, maxime -m cervicem. 3, 17, 2 Hirrus -m piscinas suas ex aedificiis duodena millia sestertia capiebat. ling. 5, 154 *v. p. 1115, 42.* 7, 66 stribula . . . -m coxendices sunt bovis (Caes. civ. 3, 36, 4 -m Thessaliam esse consuerat. Varro rust. 2, 1, 5 sunt . . . -m Fiscellum . . . montes multae. ling. 7, 52 latrones . . . qui -m latera erant regi. Vitr. 4, 5, 2 Avien. orb. terr. 1359). Lvcr. 2, 345 volucres . . . loca aquarum concelebrant -m ripas *eqs.* 4, 220 aestus . . . exesor moerorum litora -m. Caes. Gall. 1, 10, 3 quae -m Aquileiam hiemabant. 7, 7, 4 praesidia . . . in Tolosatibus -mque Narbonem collocavit. civ. 1, 37, 1 in Narbone -mque ea loca . . . disposuerat. 3, 2, 3 autumnus in Apulia -mque Brundisium . . . exercitum valetudine temptaverat *al.* Bell. Afr. 53, 1. Varro rust. 3, 2, 18 quae in villa -mve eam . . . pasci possint. Verg. georg. 1, 383 quae *volucres* Asia -m ... rimantur prata Caystri. 2, 523 dulces pendent -m oscula nati (Aen. 8, 631 geminos huic *lupae* ubera -m ludere pendentes. *adde infra l. 65*). Aen. 7, 763 eductum Egeriae lucis umentia -m litora (9, 581). 9, 676 quales . . . flumina -m, sive Padi ripis, Athesin seu propter amoenum, consurgunt ... quercus. 12, 518 *al.* Ov. met. 7, 313 laniger . . . flexo -m cava tempora cornu. Vitr. 2, 6, 3 *nascitur* -m Aetnam et collibus Mysiae. 9, 4, 6 polus (*stella*) elucet -m caput . . . septentrionis. Liv. 2, 64, 3 *cum* incendia -m Anienem flumen fecissent. Cvrt. 7, 8, 21 quamdiu -m Bactra haereas? Mart. 4, 5, 7 Stat. Theb. 6, 10 Ach. 1, 813 *al.* Tac. ann. 2, 64 structi et arcus -m latera templi. Svet. Aug. 94 praetextatis . . . -m aram ludentibus. Nero 6 deprensis in lecto eius -m cervicalia serpentis exuviis. Flor. epit. 1, 1 praef. Porph. Hor. sat. 1, 7, 28. Mar. Victorin. gramm. VI 209, 14 sex *pedibus hexameter caeditur* dactylo et spondeo -m se positis aut alterna interpositione variatis (Carm. epigr. 1314, 5 -m me positi soror *eqs.*). Carm. epigr. 1204, 6 -u(m) hoc tumu⟨lum quae⟩ cinis occu⟨litur⟩. Cypr. Gall. Ios. 314 Evstath. Bas. hex. 3, 8 p. 899^{B}. *in imagine*: Verg. georg. 4, 400 doli (*Protei*) -m haec demum frangentur. Ciris 236 cur maesta parentis formosos -m virgo remorere capillos. Ven. Fort. carm. app. 4, 3 -m tua lumina pendens. *cf. supra l. 47 sq.*

II *de tempore* (circa *p. 1089, 9 sqq. inde a* Liv.): Vitr. 4, 1, 9 radix acanthi media folia . . . -m vernum tempus profudit. Porph. Hor. epist. 1, 20, 19 -m quartam vel quintam horam.

III *de numero i. q. fere* (circa *p. 1088, 76 inde a* Hor.): Varro rust. 3, 10, 3 singulis *anseribus* ... faciendas haras quadratas -m binos pedes et semipedem. Cypr. Gall. exod. 1224 -m tria milia caedunt.

IV *i. q.* ***erga, in*** (circa *p. 1090, 17 inde a* Nigidio *et* Hor.): *cf.* Gramm. suppl. 214, 26 *p. 1091, 57.* Mar. Victor aleth. 1, 202 nos -m impendere sacri dignatur curam studii. Cypr. Gall. deut. 31 quae cura foret tum numinis alti vos -m. Gloss. V 661, 14 -m negotium destrictus. *cf. etiam p. 1117, 54 sqq. et supra l. 64.*

derivata: circare. circa, circiter. 1. circes, (circitor?).

composita: particulae: circumcirca, circumquaque, circumsecus. *cf.* idcirco. incircum. *substantiva*: circumapparentia, -cellio, -mensuratio, -murale, -pes, -regio (circumtallum?). *adiectiva*: circumcordialis, -finitimus, -finium, -foran(e)us, -muranus, Circumpadanus, -pedilis, -situs. *verba passim, v. infra inde a* circumadiaceo.

Elsperger.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

circumāctio, -ōnis *f. a* circumagere. *fere i. q. circuitus, circumlatio, rotatio*: VITR. 9, 8, 15 deprimens se foramen rediensque -e ad capricorni partem VIII. CHAR. gramm. I 88, 19 vult Plinius ... vorticem vero -em undae esse. CHALC. transl. p. 22 mundi (p. 42. 47 comm. 84. 199). 38 lunae quidem *corpus collocat* iuxta terram in prima -e (comm. 108). 39 perfectus temporis numerus perfectum annum compleat tunc demum, cum omnium octo -um cursus peracti ... ad originem ... -is alterius revertentur (comm. 118. 148). comm. 59 similes ut circuli, cuius a puncto radii pervenientes usque ad extimam -em aequali mensura sunt. 86 nullam ... stellam ... moveri contra universae rei motum -emque. 140 animae una pars integra relinquitur iuxta naturae ... -em. 203 corpus humanum duabus animae immortalis -bus obligatum (213). MART. CAP. 8, 885 stella vero Iovis ... longitudinem propriae -is excurrit. *nota de oratione*: GELL. 17, 20, 4 videsne ... *ἐνθύμημα* ... brevibus ... et rotundis numeris cum quadam aequabili -e devinctum.

circumāctus, -ūs *m. a* circumagere. *i. q. circuitus, circumactio vel actio circumagendi*: SEN. benef. 4, 23, 1 quin ille annum observabilem fecerit -u suo? nat. 2, 10, 2 propter ... motus siderum assiduumque caeli -um (7, 2, 2 APVL. mund. 29 [*sic Rom. ed. pr.*] CENS. 23, 2. *cf.* AVG. gen. ad litt. imperf. p. 487, 11 -u siderum). SEN. epist. 70, 23 -u rotae (PLIN. nat. 28, 141 ARNOB. nat. 2, 30). PLIN. nat. 5, 80 brevi -u corporis (8, 105 SOL. 27, 23. 36, 3). *cf.* 8, 201 cum -um (*sc. caprae*) angustiae non caperent. HYG. lim. grom. p. 126, 6 -us aratri. APVL. flor. 12 p. 43 cervicula eius (*psittaci*) circulo mineo velut ... fulgoris -u cingitur. *nota i. q. cinctus*: MART. CAP. 6, 693 *incolae Attageni sinus* -u vallium auras nesciunt pestilentes. *Probst.*

circumaddo *v.* circum *p. 1112,74.*

circumadiaceo, -ēre *a* circum *et* adiacere. *i. q. in circuitu iacere*: AVG. trin. 12, 15, 24 oculus carnis videt, quae in hac corporea luce -ent.

circumadnītor *v.* circum *p. 1114, 30.*

circumaedifico, -āvī, -āre *a* circum *et* aedificare. *i. q. in circuitu aedificare*: *seiungitur*: VARRO ling. 5, 153 circus, quod circum spectaculis aedificatus (*cf. sim.* ling. 5, 154 *p. 1115, 42*). *compos.*: HIER. in Ezech. 39, 1 p. 456 ut omnem introitum et exitum haereticae pravitatis ... claudant et -ent. VVLG. thren. 3, 7 -vit adversum me, ut non egrediar.

circumaggero, -ātus, -āre *a* circum *et* aggerare (*cf.* circa aggerare *p. 1079, 52*). *i. q. in circuitu aggere claudere vel operire*: PLIN. nat. 19, 68 terra minuta fimoque -atas ... radices. [COLVM. 5, 12, 3 stercoratam terram -ato (*vulgo*, circa aggerato *codd.*).] *Hoppe.*

***circumago,** -ēgī, -āctum, -ere *a* circum *et* agere. *formae*: *per tmesin*: LVCR. 5, 883 *p. 1120, 23* VERG. georg. 2, 392 *p. 1120, 37 sq.* Aen. 1, 117 agens circum *v. l. 57 sqq. de* Aen. 12, 335 *v. p. 1114, 55.* SIL. 5, 538 circum tempestas acta procella. - circum *non eliditur*: HOR. sat. 1, 9, 17 SIL. 12, 663. 15, 620. 17, 579 IVV. 5, 23. 7, 164. 9, 81 PAVL. NOL. carm. 19, 42 *al.* *eliditur*: LVCR. 4, 340 STAT. Theb. 4, 465. *scribitur* circu-: [HOR. sat. 1, 9, 17 (*codd. y*)] SEN. dial. 10, 4, 5 ITALA act. 13, 18 (Comput. a. 452 chron. I p. 152, 11) *al.* GLOSS. *περιάγω, περιελαύνω.* *compos., cuius usus reflexivus haud raro occurrit, legitur inde ab* ENNIO *et* CATONE.

I *i. q. agere, ferre per circuitum, per orbem*: **A** *proprie*: CATO agr. 141, 1 impera suovitaurilia -i *eqs. cf.* VARRO rust. 2, 1, 10 -untur verres aries taurus. AVG. civ. 10, 17 arca -cta (loc. hept. 6, 3 p. 614, 7 SVLP. SEV. chron. 1, 22, 4 *al.*). VERG. Aen. 1, 117 illam (*navem*) ter fluctus ibidem torquet agens circum (*ad l.* GLOSS. V 445, 61 circumagens: in circuitu ducens. *cf.* LIV. 28, 30, 10 repente intorta *navis* in proram -batur). SEN. epist. 83, 21 tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine -ente totam domum. PETRON. 114 repetitumque *Licham* infesto gurgite procella -egit atque hausit. *cf.* 115 video corpus humanum -ctum levi vortice. ITALA III reg. 18, 43 (Lucif. Athan. 1, 17) -e te septies (*σὺ ἐπίστρεψον*, VVLG. revertere septem vicibus). VITR. 1, 6, 6 -enda linea rotundationis (1, 6, 12 *al. cf.* 3, 1, 3 -endo rotundationem. 3, 5, 7 circini centrum ... -ctum. 3, 5, 14 norma ... -cta. 5, 7, 1 -itur circinatio. 10, 3, 2 capitibus ad circinum -ctis. 10, 11, 4 curvaturam molliter -ctam. FRONTIN. aq. 25 lammina ... -cta in rotundum *eqs.*). VITR. 2, 10, 1 *Appennini* montis iugum se -ens (*cf.* 8, 2, 6 *Nigris* se -ens per flumina ... pervenit per montes. MELA 2, 27 Aegaeum ... pelagus ... litus impellit, summotasque terras hinc ad promunturium ... magno ambitu mollique -it. PLIN. nat. 6, 199 -ente se terrarum fronte in occasum ac mare Atlanticum. PLIN. epist. 6, 16, 12 sensim -ctis curvatisque litoribus). VITR. 5, 5, 3 vg ... se -ens. 9, 8, 11 uti minus tympanum ... in maiore -endo ... venetur (10, 9, 4). 10, 3, 2 funis -ctus. 10, 16, 12 ergata. PAVL. FEST. p. 132 *mamphur* -unt fabri in operibus tornandis. CELS. 8, 3 p. 331 -ctus modiolus *eqs.* SEN. nat. 7, 10, 3 *turbo* columnae modo -entis se volvitur (*cf.* PLIN. nat. 36, 90 puero -ente *turbines*). benef. 4, 12, 5 mundi officium est -ere rerum ordinem (*cf.* PLIN. nat. 2, 6 mundum XXIV horarum spatio -i *eqs.* SVET. Nero 31 praecipua cenationum rotunda, quae perpetuo ... vice mundi -retur). PLIN. nat. 8, 20 *scuta* decidentia ... in orbem circumacta (9, 102. 16, 146 [ITIN. Eucher. p. 125, 11]. *cf.* 10, 73 sturnorum generi proprium ... quodam pilae orbe -agi. 15, 51 orbiculata *mala appellantur* a figura orbis in rotunditatem -cti. PLIN. epist. 3, 1, 3 parva ... velut orbe -it. 4, 24, 6). PLIN. nat. 8, 52 rotarum orbes -cti (*cf.* IVV. 5, 23 tempore, quo se frigida -unt pigri serraca Bootae). 33, 8 *anulo* -cto. PLIN. epist. 2, 17, 4 porticus in D litterae similitudinem -ctae. GELL. 3, 3, 14 ad -endas molas *trusatiles*. 17, 8, 5 -egit per omnem partem aulae manum. APVL. apol. 45 orbis a figulo -ctus. *in imagine*: PETRON. 100 quasi somnio quodam turbulento -ctus diu vocem collegi. HIL. trin. 8, 27 sed te, haeretice, furentem et spiritu doctrinae mortiferae -ctum tenet et coarctat apostolus. CASSIAN. conl. 24, 6, 3 mens nostra, nisi solam domini caritatem velut centrum immobiliter fixum per universa operum molitionumque nostrarum momenta -ens probabili, ut ita dixerim, circino caritatis ... *cogitationem* aptaverit *eqs.*

B *latiore sensu i. q. vagari, circumducere*: HOR. sat. 1, 9, 17 nil opus est te -agi. PAVL. FEST. p. 4 servus ambactus i. e. -ctus. SEN. dial. 10, 4, 5 per Macedoniam ... et omnes prope oras bello -ctus. PS. QVINT. decl. 19, 3 dum me variae cogitationes per totius domus spatia -unt. RVFIN. hist. 5, 1, 44 cumque *Attalus martyr* -ctus fuisset in amphitheatro (*περιαχθεὶς κύκλῳ*). *de oratione*: IVL. VICT. rhet. 22 p. 439, 27 periodos vero longo ambitu et pleno circuitu orationis -cta conversio *eqs.* HIER. epist. 57, 6 longo ambitu -cta oratio.. **C** *de motionibus anni sim.*: LVCR. 5, 883 circum tribus actis ... annis (LIV. 1, 19, 6. 6, 1, 4. 6, 38, 1 *al.* AMM. 18, 8, 13 DARES 28 *passim. cf.* LIV. 3, 8, 1 graviore tempore anni iam -cto. 26, 40, 1 magna parte anni -cta; *sic aut sim. passim*). LIV. 9, 33, 4 -ctis decem et octo mensibus (MIN. FEL. 17, 5 ARNOB. nat. 3, 10 *et al.*). 23, 39, 4 prius se aestas -egit quam (*cf.* 44, 36, 10). 42, 42, 6 -etur hic orbis (*cf. p. 1119, 83 sqq.*). 44, 36, 1 post -ctum solstitium.

II *fere i. q. circumdare, cingere*: ENN. frg. var. 86 eosque muro -egit (*cf.* AVG. civ. 15, 27 ut murus per tot milia -atur). VARRO ling. 5, 143 oppida condebant ... interiore aratro -bant sulcum. PS. CYPR. laud. mart. 15 catenis artantibus manus astrictae et -cti graves cervicibus nexus. IORD. Get. 17, 96 in insulam Viselae amnis vadibus -ctam. HIL. trin. 7, 1 incredibilibus ... se corrupti ingenii artibus haeretica subtilitas -egit.

III *i. q. flectere, vertere*: **A** *proprie*: VERG. georg. 2, 392 quocumque deus circum caput egit honestum (CELS. 8, 15 p. 356 PLIN. nat. 11, 151 *sq.* 26, 69. *cf.* SEN. epist. 74, 3 ad omnem strepitum -enda cervix. PLIN. nat. 11, 256 collum. PS. QVINT. decl. 1, 7 vultum). *cf.* PLIN. nat. 28, 25 corpus (TAC. hist. 4, 29). 28, 47 -ctum in vulnus hominem. SCHOL. Pers. 5, 76 *manumittendos* alapa percussos -bant. VITR. 1, 6, 4 uti vento -retur *Triton aeneus.* PLIN. nat. 2, 108 folia (16, 87. 18, 267. *cf.* 14, 39 mirum ... cum sole -agi uvam, quae ob id streptis vocatur. 18, 133 *lupinus* cum sole -itur. 18, 252 *al.*). 9, 14 ut -agi *orca* nullo modo posset. 10, 92 adultioresque *pullos* -agi docent *hirundines.* 10, 116 -ctae *gallinae.* 10, 183 -cto fetu. 16, 220 cum tantum erosit, ut -at se *cerastes*, generat alium. 18, 326 -agi deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat. 18, 336 ad coitum (a coitu *pler. codd.*) cum se pecus -erit. APVL. mund. 17 animalia ... vertice -cta. LIV. 1, 14, 9 frenis equos (8, 7, 10. 10, 11, 1 ab rapido cursu -endo equo effusus. CVRT. 3, 11, 14 *sq. cf.* CYPR. GALL. num. 603 *cornipedem* dum praecipiti temnentem frena timore -it vatis). 3, 8, 8 -cto agmine (34, 28, 10. *cf.* 33, 9, 10 quod phalanx Macedonum gravis ... nec -ere se poterat. 38, 45, 4 -isse exercitum ad Gallograecos [FRONTIN. strat. 2, 5, 20]. 42, 64, 5 aciem. IVV. 7, 164 cohortes. FLOR. epit. 3, 21, 6 legiones. *cf. de elephantorum agmine* PLIN. nat. 8, 9). LIV. 4, 28, 2 -enti se (*sic corr. Mog.*, -entes *codd.*) ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti (*cf.* Tac. hist. 3, 73 huc illuc clamoribus hostium -agi). 6, 24, 7 signa (10, 36, 9 CVRT. 4, 6, 14. *cf.* LIV. 33, 18, 18 hastas. 44, 35, 8). 10, 2, 6 -agi naves in stationem tutam (36, 43, 11 PLIN. nat. 6, 82 FRONTIN. strat. 1, 4, 11. *cf.* LIV. 26, 39, 13 puppes alieno remigio -bantur. 27, 6, 14 classis ... -cta inde ad alterum insulae latus. 31, 45, 14. 38, 7, 3 PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 33 AVSON. 453, 3. *aliter p. 1119, 57 sqq.*). LIV. 44, 35, 8 altero ab tergo se ostendente bello -ctus ad interiorem partem regni tuendam. SEN. benef. 5, 16, 5 bellum in urbem -egit. CVRT. 4, 13, 32 ut qui ultimi stabant ... in frontem -agi possent. SIL. 12, 663 *ducem* (*cf.* 15, 620 ductos). 17, 579 praecipitem ... -it Iuno. **B** *latiore sensu*: **1** *generatim fere i. q. mutari*: LIV. 37, 16, 4 -ente se vento (SEN. nat. 5, 13, 3. *cf.* 6, 14, 4 *spiritus* conglobatus illic furit et hoc atque illo -itur. 7, 10, 3 -cto turbine). SEN. nat. 2, 24, 1 *aquam.* epist. 122, 13 *Butae* vita in contrarium -cta. PLIN. nat. 37, 21 -entibus se maculis in purpuram candoremque et tertium ex utroque. FLOR. epit. 2, 2, 22 paululum -cta fortuna est. **2** *de animi sim. flexione, mutatione*: LIV. 7, 1, 5 cum se mobilis favor -egit. 26, 8, 3 Fabius Maximus ... -agi ad nutus comminationesque Hannibalis flagitiosum ducebat. 39, 5, 3 nec alieni (alienis Φ) momentis animi -agi. 44, 34, 4 in quo exercitu ... imperator rumoribus volgi -atur. SEN. contr. 1, 8, 5 ad haec nova et diversa imperia subito me -agi putas posse? SEN. epist. 8, 7 non differtur in diem, qui se illi (*philosophiae*) subiecit et tradidit: statim -itur. PLIN. nat. 26, 13 universum prope humanum genus -egit in se *Asclepiades.* IVV. 9, 81 quo te -as?

deriv.: circumactio, circumactus. *Probst.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

circumambio, -īre *a* circum *et* ambire. *i. q. in circuitu ambire*: HIER. epist. 124, 5 *sphaera* hanc ipsam terram -it vertigine et dicitur caelum. [HIL. trin. 10, 45 circumambiri *ed. Mign.*, circumamburi *vel sim. codd.*]

circumambulo, -āre *a* circum *et* ambulare. *i. q. in circuitu ambulare*: *seiungitur*: VITR. 5, 11, 3 ambulaverint circum. *compositum*: *transit.*: PAVL. dig. 41, 2, 3, 1 non ... omnes glebas -et. *intrans.*: IGNAT. ad Philad. 3, 3 siquis in aliena sententia -at (*περιπατεῖ*).

circumambūro, -ere *a* circum *et* amburere. *i. q. undique amburere*: HIL. trin. 10, 45 quaero an -i se flammis doluerint *tres pueri*. *cf. l. 3.*

circumamicio, -ctum, -īre *a* circum *et* amicire. *i. q. undique amicire, vestire*: GLOSS. -ctus *περιβεβλημένος*. *cf.* AVG. in psalm. 72, 11 -cti, undique cooperti. ITALA psalm. 108, 29 (Veron.) -antur (*περιβαλέσθωσαν*) sicut pallium duplex (VVLG. operiantur sicut diploide). *part.* circumamictus, -a, -um: ITALA psalm. 44, 10 (Veron.) *regina* -cta variegata (*περιβεβλημένη πεποικιλμένη*, VVLG. circumdata varietate. *cf.* ITALA Cypr. testim. 2, 29 *cod. A* -cta varietatem [circumornata *B*], Ambr. virg. 1, 7, 36 varietate. psalt. Rom. varietatibus. *cf.* PSALT. Rom. *et* VVLG. psalm. 44, 15 varietate. PAVL. NOL. epist. 5, 2 *al.* AVG. civ. 17, 16 serm. ed. Mai 118, 4 epist. 36, 22 in psalm. 44, 25 *al.*). ITALA psalm. 72, 6 (Aug. in psalm. 72, 11) -cti sunt (*περιεβάλοντο*, VVLG. operti) iniquitate et impietate. 103, 2 (Veron. Aug. in psalm. 103 serm. 2, 2) -ctus (*ἀναβαλλόμενος*, VVLG. amictus) lucem. cant. 1, 6 (Ambr. hex. 4, 5, 22 in psalm. 118 serm. 2) ne forte fiam -cta super greges sodalium tuorum (VVLG. ne vagari incipiam post greges). Marc. 14, 51 (cod. k) quidam ... -ctus (*περιβαλλομένη*, VVLG. amictus) pallam. apoc. 19, 12 (Iren. 4, 20, 11) -ctus (VVLG. vestitus erat) vestimentum. VVLG. apoc. 4, 4. AVG. in psalm. 103 serm. 2, 2 -ctus ecclesiam suam. AVELL. p. 209, 22 tanquam ipsa *divinitate* -ctus animalem hominem. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 104 propria stola -cti. hist. 5, 37 ea (*veste sacra*) -ctus *pontifex*. 5, 45 *vidit quendam* imperiali schemate -ctum. NOVELL. Iust. 103, 1 eam (*togam*) -ctus (*περιτιθέμενος*) *proconsul*. FACVND. defens. 11, 5 carnem vere -ctus est. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 4 non tegmine -cto purpura.

circumamplector, -ī *a* circum *et* amplecti. *i. q. undique amplecti*: *verb. et adv. separantur*: VERG. ecl. 3, 45 molli circum est ansas *poculorum* amplexus acantho. MANIL. 1, 305 has *duas stellas* interfusus circumque amplexus utramque dividit et cingit ... Anguis. *coniungi videntur* (*nota elisionem syllabae* -cum): VERG. Aen. 5, 312 pharetram ... lato quam -itur auro balteus. AVIEN. Arat. 1071 -itur undis tellurem *Oceanus*. AVELL. p. 653, 29 epistolas ... Leonis ... -or et suscipio.

circumaperio, -īre *a* circum *et* aperire. *i. q. undique aperire*: CELS. 6, 19 ubi scabri ungues sunt, -iri debent. *Hoppe.*

circumappārentia, -ae *f. a* circum *et* apparere, apparentia. *i. q. apparentia, ἐπιφάνεια* (*sc. Christi*): Ps. AVG. quaest. test. app. 32 p. 439, 13 Sout. neuter ergo eorum (*patris et filii*) visus est iuxta substantiam; -a autem solus filius visus est mente, non carnalibus oculis. *Mbr.*

circumaro, -āvī, -āre *a* circum *et* arare. *i. q. in circuitu arare*: LIV. 2, 10, 12 agri quantum uno die -vit datum *est*. PLIN. nat. 18, 9 quantum quis uno die plurimum -isset. HYG. grom. p. 127, 17 in aratis *locis* intra tot (*sex*) pedes aratrum -at.

circumaspergo, -spersī, -spersum, -ere *a* circum *et* aspergere. *i. q. undique aspergere*: ITALA num. 19, 13 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 347, 16) aqua aspersionis ... non est -sa (*περιεῤῥαντίσθη*, VVLG. aspersus) super eum. 19, 18 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 348, 4) -ens (*περιῤῥανεῖ*, VVLG. asperget) super domum. 19, 21 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 348, 25) qui -et (VVLG. aspergit) aquam aspersionis. DAMIG. lapid. 34 lavata ovilia -is sale. *ibid.* unde ovilia -sperseris. *fort. in tmesi? v.* LVCR. 1, 718 *p. 1113, 19.* *Hoppe.*

circumaspicio *v.* circum *p. 1112, 81.*

circumassisto, -ere *a* circum *et* assistere. NOVELL. Iust. 18, 7 necessitates, quae plurimae -unt hominibus (*περιεστᾶσιν ἀνθρώπους*).

circumasto (-stitī), -āre *a* circum *et* astare. *seiungitur*: TAC. ann. 14, 34 levis circum armatura astitit. *recte disiungi videtur*: TAC. ann. 4, 62 *homines* qui circum astabant. *compos.*: *intrans. i. q. in circuitu astare*: SACR. Gelas. p. 522 memento, domine, ... omnium -antium. *trans. i. q. circumdare*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 96 de malis eum -antibus. *Probst.*

circumauferо, -abstulī, -ferre *a* circum *et* auferre. *i. q. omnino auferre*: ITALA num. 30, 13 (Aug. quaest. hept. 4, 59 p. 364, 28) si ... -ens -at (*περιελὼν περιέλῃ*, VVLG. contradixerit) vir eius quacumque die audierit omnia. *ibid.* (Aug. quaest. hept. 4, 59 p. 365, 3) vir eius -abstulit. Ios. 24, 23 (Aug. quaest. hept. 6, 29 p. 445, 17) -ferte (*περιέλεσθε*, VVLG. auferte) deos alienos, qui sunt in vobis. psalm. 118, 39 (Veron.) -fer (VVLG. amputa) opprobrium meum.

circumcaedo *v.* circumcido.

circumcaesūra, -ae *f. a* circum caedere (circumcidere). *i. q. extremitas vel superficies cuiusvis rei*: LVCR. 3, 219 extima membrorum -a (*i. περικοπή*) tamen se incolumem praestat (4, 647 extima membrorum -a). ARNOB. nat. 3, 13 *deos* terrenorum corporum -a finitis.

circumcalco, -āvī, -āre *a* circum *et* calcare. *i. q. ex omni parte calcare, conculcare*: COLVM. 5, 6, 8 *radices* diligenter -ari. 5, 6, 21 -emus ipsum seminis codicem. SIC. FLACC. grom. p. 141, 15 *lapides* saxorum fragminibus -bant. GROM. p. 346, 23 alios *terminos* tegularum fragminibus -vimus.

***circumcellio** (**circellio**), -ōnis *m.* [*a* circum *et* cella. *Th.*]. *i. q. homines monachorum habitu, haeretici ad sectam Donatistarum pertinentes; cf. Jülicher, PW. III 2570.* *formae*: circellio: AVG. in psalm. 132, 3 quid sibi vult nomen circellionum? sed non, inquiunt, vocantur circelliones. forte corrupto sono nominis eos appellamus. ... forte -es vocantur, non circelliones. GLOSS. Scal. V 596, 41 circellio monachus per cellas vagans. circiliones: GLOSS V 614, 15. AVG. c. Gaud. 1, 28, 32 *hoc genus hominum* victus sui causa cellas circumiens rusticanas, unde et -um nomen accepit. in psalm. 132, 3 -es dicti sunt, quia circum cellas vagantur (*v.* GLOSS. *l. 11.* ISID. *l. 24*); solent enim ire hac illac, nusquam habentes sedes (*cf.* c. Parm. 1, 11, 17 qui -um notissimo nomine per totam Africam vagantur et saeviunt. CASSIOD. in psalm. 132, 1 -*es* diversa monasteria voluntate mutabili pervagantur). AVG. haer. 69 *ad haeresin Donatistarum* et illi pertinent qui appellantur -es, genus hominum agreste et famosissimae audaciae (*cf.* POSSID. vita Aug. 10. ISID. orig. 8, 5, 53 -es dicti eo quod agrestes sunt, quos Cotopitas vocant, supradictae haeresis [*sc. Donatistarum*] habentes doctrinam). PRAEDEST. 1, 69 p. 611[B] *fusius*. ISID. eccl. off. 2, 16, 7 quintum genus *monachorum* est -um, qui suo habitu monachorum usquequaque vagantur, venalem circumferentes hypocrisin, circumeuntes provincias, nusquam missi, nusquam fixi, nusquam stantes, nusquam sedentes. GLOSS. -es qui circuibunt (-eunt?) civitatem. V 614, 15 falsi anachoretae. OPTAT. 3, 4 p. 81, 18 -es agonisticos nuncupans. p. 82, 20 -um furor (AVG. c. Cresc. 3, 43, 47 -um vestrorum nobilis furor. c. Parm. 1, 10, 16. *cf.* 2, 3, 7 per furias -um. c. Emer. 12 inter ... cruentas furias -um. serm. 47, 17). AVG. serm. 62, 17 est furiosorum -um ... saevire (*cf.* epist. 23, 6 saevitiam -um. in psalm. 57, 15). c. Petil. 47, 110 ad furiosas catervas -um. c. Parm. 1, 11, 18 per insaniam -um (c. Gaud. 1, 26, 29). 2, 9, 19 cum gregibus ebriis -um (3, 3, 18 epist. 35, 2). un. eccl. 20, 54 -um vestrorum inordinatas licentias et superbas insanias ... reprehendimus (*cf.* c. Gaud. 1, 26, 29 -um ... insania). in psalm. 10, 5 video ... cotidianas violentias -um ... volitare (CONC. Carth. a. 416 Mansi 4, 217[C] furiosis -um violentiis). 95, 11 fustibus -um regnant. epist. 23, 7 terror congregatorum -um. 43, 24 caedes et incendia -um. 88, 1. 111, 1 -um latrocinia. c. Gaud. 1, 35, 45 adversus rebelles -es. *et passim.* COD. Theod. 16, 5, 52 pr. (*a. 412*) poenae nomine fisco nostro ... cogantur inferre ... -es argenti pondo decem. VICT. VIT. 3, 10 *ut darent* -es argenti pondo dena. *deriv.*: circumcellionicus.

circumcellionicus, -a, -um *a* circumcellio. *i. q. ad circumcelliones pertinens*: AVG. c. Petil. 2, 92, 208 -a fortitudo.

circumcīdāneus, -a, -um [*a* circumcidere. *Th.*]. *i. q. circumcisicius*: CATO agr. 23, 4 tortivum mustum -um (*de re cf.* COLVM. 12, 36 mustum tortivum est, quod ... circumciso pede exprimitur).

***circumcīdo,** -cīdī, -cīsum, -ere [*a* circum *et* caedere. *Th.*]. GLOSS. *περιτέμνω, περικόπτω.* *compos. legitur inde a* CIC. *et* VARRONE (*at cf.* circumcidāneus), *fortasse nondum coaluit, ubi* circum caedo *scribitur*: LVCR. 3, 411 circum caedas aciem. PAVL. FEST. p. 20 ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa, quae caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiunt. *paulo aliter*: LVCR. 3, 403 circum (cretum *codd.*) caesis lacer undique membris truncus.

I ***proprie i. q. undique incidere, circumputare, praecidere, execare, amputare***: **A** *res*: *in herbarum sim. cultura*: VARRO rust. 1, 54, 3 quidam -unt extrema *vinaceorum* (COLVM. 12, 36 vinaceorum -so pede. PLIN. nat. 14, 119). SEN. clem. 2, 7, 4 alias *arbores* -unt *agricolae* (COLVM. 5, 11, 9 acuto scalpello -sam *arborem*. arb. 26, 8. PLIN. nat. 16, 192 *arbores* -eas ... in medullam. CET. FAV. 12 p. 293, 6). SEN. epist. 86, 17 -sis ramis et ad unum redactis (VLP. dig. 43, 27, 1, 8). COLVM. 5, 6, 26 -sis undique capreolis (PLIN. nat. 17, 208). 5, 11, 10 corticem (arb. 26, 8). PLIN. nat. 17, 254 radices. *ibid.* -sis vitibus. *alia*: CAES. Gall. 5, 42, 3 gladiis caespites -ere (VEG. mil. 1, 24 caespites -untur e terra. 3, 8 caespes ... -itur ferramentis). COLVM. 5, 9, 9 latera scrobis -enda. *de libris*: ISID. orig. 6, 12, 3 -i libros Siciliae primum increbruit, nam initio pumicabantur. *in imag.*: TAC. dial. 32 *eloquentia* nunc -sa et amputata. *absolute positum*: CIC. fin. 5, 39 quae *ars* -at, amputet, erigat.

B *animantia vel partes animantium*: **1** *generatim*: CELS. 6, 18, 2 cutis ipsa -enda est. 7, 7, 5 tuberculum ... -i debet (COLVM. 7, 5. 13). 7, 19 si qua vitiosa sunt, -enda sunt. 7, 26, 2 diligenter unguibus -sis (VVLG. deut. 21, 12 -et ungues. *cf.* COLVM. 6, 15, 1 *ungula* latius ferro -itur). SEN. epist. 95, 26 ostrea eatenus -sa, qua eduntur. COLVM. 6, 12, 2 *famex* ferro -sus et expurgatus. PLIN. nat. 25, 61 -so ... vulnere (28, 156. GELL. 17, 15, 7 vulnera ... -ere latius). 30, 40 viperam ... -unt (*i. caput caudamque amputant*). 32, 43 -sis pedibus, capite, cauda *testudinis*. CET. FAV. 27 p. 301, 24 conchylia ... cum -sa ferro fuerint. PELAGON. 448 de penna cauterii eundem locum -ito. CHIRON 720 -es quod super aridum fuerit *ani*. MART. CAP. 3, 224 *scalpro* -i infantibus vitia posse linguarum. SORAN. p. 96, 21 collectiones *partium muliebrium* -antur. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 131

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae (*labia*) fuerint acie -sa. **2** *speciatim i. q. praeputium amputare*: CELS. 7,25,1 qui quarundam gentium more -sus est (*bis*). PETRON. 102 -e nos, ut Iudaei videamur. TAC. hist. 5,5 -ere genitalia instituerunt *Iudaei*. ITALA gen. 17,10 (Lugd.) -etis omnem vestrum masculinum (VVLG. -etur ex vobis omne masculinum). 17,11 (Aug. civ. 16,26) -emini (ITALA Lugd. *et* VVLG. -etis) carnem praeputii vestri. 17,12 (Lugd., Aug. civ. 16,26) circumcisione -etur vernaculus. 17,14 (Lugd.) qui non fuerit -sus praeputio suo (ITALA Aug. civ. 16,27 carnem praeputii sui. Ps. Aug. quaest. test. p. 75,18 S. -sos praeputio. VVLG. cuius praeputii caro -sa non fuerit). 17,24 (Aug. loc. hept. 1,58 p. 517,9) *Abraham* -sus est (VVLG. -it) carnem praeputii sui (AVG. *ibid.* non dixit 'carne' aut 'in carne'; *cf.* PRAEDEST. 1,8 p. 590^{B} *Cerinthiani dicebant* carne [carnem *cod. Aug.*] -i debere). ITALA (Lugd.) *et* VVLG. exod. 4, 25 -it praeputium filii sui. ITALA Rom. 4, 11 (Barnab. 13,7) quae *nationes* credunt domino non -si (*δι' ἀκροβυστίας*, VVLG. per praeputium). TERT. pudic. 17 -it Timotheum. adv. Marc. 4, 7 p. 435,14 *al.* PAVL. sent. 5,22,3. 4. MOD. dig. 48, 8, 11 pr. -ere Iudaeis filios suos ... permittitur. ITIN. Burdig. p. 597. SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 70 *Moyses* omnes *Iudaeos* -i voluit. AMBR. epist. 72, 2 qua ratione -untur infantulorum corpora. *passim*. AMBROSIAST. in Gal. prol. *filii Israel* a Iesu Nave -si sunt de petra. VVLG. gen. 17, 27 empticii et alienigenae pariter -si sunt. 34, 24 -sis cunctis maribus. exod. 12, 48 si quis ... -sus non fuerit. I Macc. 2, 46 -erunt pueros incircumcisos. Gal. 5, 3 omni homini -enti se (*περιτεμνομένῳ*; *cf.* LIB. iubil. 15, 24 -it se Abraham) *al.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 143 -sus circa genitalia. SVLP. SEV. chron. 2, 15, 9 *Achior* -sus Iudaeus factus est. PROSP. in psalm. 113, 1—3 non carnaliter -sae genti. CYPR. GALL. Ios. 577 -sa *cultellis* (*cf.* FILASTR. 151,1 cultris lapideis *et cf.* de petra *l. 21. 42*) fuerat Iudaea iuventus. NOVELL. Iust. 37,7. THEOD. MOPS. in Col. 2,12 hanc -si estis circumcisionem. PASS. Petr. Paul. long. 42 -untur et -unt. *al. nota*: AMBR. Abr. 2, 11, 78 et feminae apud Aegyptios ... -i feruntur. *in imagine i. q. purgare*: ITALA deut. 10,16 (Tert. adv. Marc. 5,4 p. 582 *al.*) -etis duricordiam vestram (VVLG. praeputium cordis vestri et cervicem vestram). Ier. 4,4 (Tert. adv. Marc. 1, 20 *al. et* VVLG.) -imini (Barnab. 9,5 -ite vos) deo vestro et -imini (Cypr. testim. 1,8 -ite, VVLG. auferte) praeputia cordis vestri. *ibid.* (Barnab. 9,1) -ite ... aures vestras (RVFIN. Orig. in gen. 3,5 BARNAB. 9,1. 4). *ibid.* (Filastr. 110,7) -imini corda vestra (TERT. adv. Marc. 5,13 p. 620,23 spiritus -ens cor. AMBROSIAST. in Rom. 2,28. VVLG. deut. 30,6 -et dominus deus cor tuum. PROSP. in psalm. 113, 1—3 *corda* -it fides. PASS. Petr. Paul. long. 42 cordis circumcisione et -imur et -imus). TERT. adv. Marc. 3,16 p. 403 -sis nobis petrina acie, id est Christi ⟨praeceptis⟩. AMBR. Abr. 1, 4, 29 *Iesus* totum -it hominem in veritate. 2, 11, 78 si mens purgata et -sa sit. 2, 11, 79 peccator -atur remissione peccatorum. *ibid.* -sos nos et exutos ... delictorum superfluis. *ibid.* -e ... te non carne, sed vitio carnali. epist. 72, 15 *Christus* totum -ret hominem. 72, 26 *Israel* -sus corde. *passim*. HIER. epist. 18, 15 post -sa labia. RVFIN. Orig. in gen. 3,5 qui -sus est labiis. 3,6 iste -sus est corde. *ibid.* -sus est gustu. *al.* VVLG. Col. 2,11 *in Christo* -si estis circumcisione non manu facta *eqs.* *nota*: *accedit* **a**: HIL. trin. 1,13 -sus a vitiis spiritus. AMBR. Abr. 2,11,79 se -ere a peccatis. RVFIN. Orig. in gen. 3,6 cuncta -enda sunt membra, manus quidem a rapinis, a furtis, a caedibus. AVG. conf. 11, 2, 3. mor. eccl. 1,13,23 -si ab hoc mundo. *cf.* PROSP. c. coll. 1, 2 -sas ab omni errore lineas.

II ***translate*** *i. q. demere, removere, tollere, deminuere*: VARRO rust. 1,1,11 hoc libro -sis rebus, quae non arbitror pertinere ad agri culturam. CIC. de orat. 1,65 licet hinc quantum cuique videbitur -at atque amputet. Tusc. 4, 57 quae evellenda et extrahenda penitus, non -enda nec amputanda sunt. fin. 1,44 amputata -saque inanitate omni et errore. ac. 2,138 -it et amputat multitudinem *sententiarum*. LIV. 32,27,4 sumptus ... -si aut sublati *sunt*. VITR. 3, 3, 11 angulares columnae ... ab aere -untur et graciliores videntur esse. SEN. contr. 2, 3, 13 ut ineptas quaestiones -ret. 7, 1, 2 omnia paene instrumenta -sa sunt. CELS. 4,27 -endum vinum est in totum annum (6,9 vinum ex toto -endum est). 4,32 -sa omni negotiosa cogitatione. PHAEDR. 4, 20, 25 -is omnem impensam funeri. SEN. dial. 3, 6, 2 subducit aliqua et -it *medicus*. 9, 12, 2 -enda concursatio. 11, 12, 2 -sae sunt peregrinantium sarcinae. epist. 78,14 -enda ... duo sunt: et futuri timor et veteris incommodi memoria. 89,13 moralem *partem philosophiae Ariston* -it. QVINT. inst. 10, 1, 104 -sis quae dixisse ei nocuerat. 10, 2, 28 ut suppleat *orator* quae deerunt, -at si quid redundabit. TAC. Agr. 19 -sis quae in quaestum reperta. PLIN. epist. 10,43,4 haec *impendia* ... in posterum -enda existimavi. PS. TERT. haer. 4 has *fabulas* -ens (circumdicens *codd.*) breviter expediam. IREN. 1, 27, 4 solus *Marcion* manifeste ausus est -ere scripturas. MAR. VICTORIN. defin. p. 40, 20 -sa et ablata notarum rerum cognitione. AMM. 17, 13, 14 cunctis vitae praesidiis -sis. 19, 3, 2 ut amplam omnem adipiscendae laudis decessori suo ... -ret. 22, 10, 7 ambagibus -sis. 28, 4, 1 fisci lucra, unde poterat, -ens *Olybrius*. RVFIN. Orig. in Ios. 1, 7 -endus ... tibi est ... idolorum cultus ..., avaritia -enda est. COD. Theod. 1, 1, 6 pr. (*a. 435*) -sis ex quaque constitutione ad vim sanctionis non pertinentibus. MART. BRAC. form. vit. 4, 1 -e superflua. *nota*: PANEG. 9, 3 *Maximianus* transfugis -sus (*i. debilitatus*).

syn.: *ad I*: praecidere, execare, amputare, purgare (AMBR. Abr. 2, 11, 78). *ad II*: demere, amputare (*p. 1123, 58 sqq.*), tollere (*p. 1123, 61*), subducere (*p. 1123, 67*), auferre (*p. 1123, 76*), praetermittere (COD. Theod. 1, 1, 5).

deriv.: circumcidaneus. circumcisicius, circumcisio, circumcisor, circumcisorium, circumcisura.

part. perf. **circumcīsus**, -a, -um *adi.*: **1** *i. q. praeruptus, arduus, praeceps*: CIC. Verr. 5,107 Henna ... ab omni aditu -a atque directa est. rep. 2, 11 arduo et quasi -o saxo. CAES. Gall. 7, 36, 5 collis ... ex omni parte -us. HEGES. 4, 1, 1 urbs ... praeruptis -a rupibus. **2** *i. q. concisus, brevis*: QVINT. inst. 4, 2, 42 Graecorum aliqui aliud -am expositionem, id est *σύντομον*, aliud brevem putaverunt, quod illa supervacuis careret, haec posset aliquid ex necessariis desiderare. 8, 5, 27 *membra orationis* rotunda et undique -a. PLIN. epist. 1, 20, 4 *orationes* -ae et breves. 2, 12, 2 *λειτούργιον* ..., nescio an satis, -um tamen et adrasum est. 3, 7, 11 quid ... tam -um, tam breve quam hominis vita longissima? ARNOB. nat. 2,77 ad lumen ... -is nexibus evolare. NON. p. 539 caesicium linteolum dicitur ... quod oras -as habeat. ITIN. Alex. 1 *auctores* -a satis curiositate collegi. IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 7 -um enthymema. 17 p. 428, 29 breve aliquod et -um dictum. EVCHER. instr. 1 p. 73,6 nuda et -sa responsio. MART. BRAC. form. vit. 8,1 talis et tam -a putrebit integritas.

compos.: incircumcisus.

adv. **circumcīsē** *i. q. breviter*: QVINT. inst. 8, 3, 81 virtus non solum aperte ponendi rem ante oculos, sed -e atque velociter. SVET. rhet. 30 *declamare* modo splendide atque adornate, tum ... -e ac sordide et tantum non trivialibus verbis. MACR. sat. 5, 1, 5 breviter et -e dicere.

syn.: *ad 1*: arduus (CIC. rep. 2, 11). *ad 2*: concisus, brevis (*supra l. 15. 17. 20*). *Hoppe.*

circumcingo, -xī, -ctum, -ere *a* circum *et* cingere. *compos. inde a* VITR., *ut videtur; seiungitur*: VERG. Aen. 12,162 cui tempora circum aurati ... radii fulgentia cingunt. HOMER. 864 caelaverat ... Oceanum terris et cinctum Nerea circum. *cf.* circa cingere *inde a* VITR. *et* LIV., *v. p. 1062, 78—80.*

circumdare, cingere (GLOSS. II 402,46 *περιζωννύω*. AVG. in psalm. 64,10 -ctum ... id est undique cinctum), *circumsaepire* (*cf.* GLOSS. *s.* circumsaepio): **1** *proprie: de hominibus et rebus*: VITR. 8, 2, 6 *fluvius aliquis* -it Meroen. SIL. 10, 2 fera ... telis -entibus ultro assilit in ferrum. TRACT. in Luc. 5,19 totam domum -serunt populus. HYG. fab. 9 p. 42,11 Amphion et Zethus ... Thebas muro -xerunt. AVG. c. Faust. 15,5 *ternis per quattuor tractibus deus* unus -itur. PS. APVL. herb. 64, 2 herbae paeoniae radicis partem alligabis lino, eumque, qui patitur, -es. OROS. hist. 1, 2, 2 Asia ... oceano -cta. MART. CAP. 6, 709 lineae punctis utrimquesecus includuntur, sicuti ipsae quoque superficiem -unt. ANTH. 483, 32 mira putas, cur ... vis ... solis ... non -at terrestres lumine metas. CORP. X 5348 porticos ... -entes colimbum a solo constituit. **2** *translate*: VVLG. Sirach 45, 9 -xit (*ἐνέδυσεν*) eum zona gloriae. AVG. in psalm. 64,10 -imus illum (*Christum*) omnes, qui credimus in illum. 64,11 -ctus est a credentibus in potentatu. CONSENT. gramm. V 390,35 *pars orationis duabus partibus* -cta est. PETR. CHRYS. serm. 47 p. 332 *Christus* misit piscatores suos retia portantes, praeceptis legalibus innodata, monitis -a. RVFIN. Clement. 9,25. *Bannier.*

circumcirca (-ā?) *adv.* [*cum accusativo singulari accusativus pluralis eiusdem vocabuli iunctus esse videtur, ita formatus ut sunt* loca, ioca, acina *sim., quamvis posteriores ex duobus praepositionibus* circum *et* circā *coaluisse putaverint; cf.* circum. *Th.*]. *syllabam ultimam longam fuisse* (*nisi antea, certe inde a saec. IV*) *e* GRAMM. *testimoniis sequitur.* DON. gramm. IV 389,23 praepositio ... aut verbum praecedit, ... aut se ipsam ut -a. SERV. gramm. IV 442, 25 praepositionem praepositioni sic cohaerentem, ut pro una parte orationis habeantur, invenimus saepius apud Catonem ut -a, i. e. circa. CLEDON. gramm. V 75, 10. 28 POMP. gramm. V 274, 18. PRISC. gramm. III 41,15 est tamen quando praepositioni eam (*circa*) subiungimus et '-a' dicimus, quod et Donatus (*cf. l. 59*) ... docet ... et hoc tum fit, quando *ἀμφὶ περί* significare volumus. FVLG. myth. 1, 4 amphi enim graece -a dicimus. MYTHOGR. 1,107. GLOSS. Plac. V 16, 5 huc illuc. 55,9. *cf. Hamp, Archiv 5 (1888) p. 323 sqq. 332 sqq.*

proprie de loco: PLAVT. Aul. 468 occepit ibi scalpurrire ungulis -a. CATO inc. lib. frg. 52 *v. l. 62*. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 4 coepi regiones -a prospicere. BELL. Hisp. 41, 4 ut aqua ... -a nusquam reperiretur propius milia passuum VIII. APVL. met. 11,3 *vestis* -a remeans. SERV. Aen. 7, 463 positis *ollis* -a ignem adhibebant. 10, 118 AVG. serm. ed. Mai 75, 5 IORD. Get. 272. 284 a diversis -a gentibus premebantur. VITA Radeg. (Mon. Germ. hist. script. Merov. II) 2, 27 monasteriis -a proximis. PAPYR. Marini 93, 7 (*saec. VI*) inter affines -a. *in imagine*: MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 4 convertant vos ... perditiones decem millia -a (*κύκλῳ καὶ πάντοθεν*).

circumcirco, -āre [*a* circumcirca *ductum esse videtur. Th.*]. *videtur i. q. circumcirca pervagari*: AMM. 31, 2, 23 *gladium* ut Martem regionum quas -ant (-unt *V*, circumeunt *coni. Accursius*) praesulem verecundius colunt. *Elsperger.*

circumcīsīcius, -a, -um [*a* circumcisus. *Th.*]. *i. q. circumcidaneus, circumcisione effectus*: VARRO rust. 1, 54, 3 circumcidunt

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extrema et rursus premunt et rursus cum expressum *mustum* -um (circumcisicitum *trad.*) appellant.

circumcīsio, -ōnis *f. a* circumcidere. GLOSS. *περιτομή. περιαίρεσις. scribitur*: circumcissionis: CONC. Turon. a. 567 p. 127,2. *legitur inde ab* ITALA, *apud* ECCL. *passim.*

1 ***proprie*** *i. q. actio circumcidendi, amputatio*: PS. ORIG. tract. 4 p. 34,11 -em esse circumductum ferro vulnus, quod aliquid amputatur. ZENO 1, 13, 1 -o est ... in damnum rotundi vulneris ferro circulata cicatrix. **a** *generatim*: PS. SORAN. quaest. med. 245 generales *operationes chirurgiae* sunt incisiones et divisiones et -es. PHYSIOGN. 81 -em palpebrarum. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 12 neque incisura neque -e antecedente. **b** *speciatim praeputii amputatio*: ITALA gen. 17, 12 (Aug. civ. 16, 26) -e circumcidetur vernaculus. Ier. 9, 26 (Barnab. 9, 5 Lucif. Athan. 2, 2) *gentes* sine -e (*ἀπερίτμητα*, VVLG. habent praeputium). Eph. 2, 11 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 636 *et* VVLG.) -o in carne manu facta. TERT. pudic. 1 -em detinendam. 17 abstulit -em. adv. Marc. 1, 20 illos -em vindicantes (4, 3 p. 428, 2). *ibid.* -em ... sistens apostolus. 4, 34 p. 537, 10 in signo -is (VVLG. Rom. 4, 11 RVFIN. Orig. in gen. 3, 7. ALC. AVIT. epist. 6 p. 35, 1 *signo -is* christianitas figurabatur. *cf.* AMBR. epist. 72, 11 -is signaculum. MAX. TAVR. hom. 35 -is signaculo dedicatur Iesus. LEO M. serm. 66, 2). TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 582 servitutis notam eradere perseverabat, -em. *ibid.* -em ... excludebat. *ibid.* -o et praeputiatio uni deo deputabantur. adv. Iud. 3 unius infantis coacta -o. *ibid.* dari ... habebat -o (*ibid.* priorem -em tunc datam cessaturam. VVLG. Ioh. 7, 22 Moyses dedit vobis -em). *ibid.* -o carnalis (CYPR. testim. 1, 8 rubr. quod -o prima carnalis evacuata sit. ZENO 1, 13, 10 *al.*) *saep.* IREN. 1, 18, 3 -em (*τὸ περίτμημα*) ... manifestare. 4, 16, 1 -em non quasi consummatricem iustitiae. LACT. inst. 4, 17, 1 -em vacuefaceret. 4, 17, 8 de -e solvenda. FILASTR. 36, 5 Iudaismo, id est -is ... parere carnalibus. ZENO 1, 13, 4 -is nota. 1, 13, 6 *-em* evacuatam videmus. TYCON. 3 p. 30, 14 qui -em Galatis praedicabant (VVLG. Gal. 5, 11). 4 p. 44, 3 qui *deo* -e, id est sacris, blandiuntur. AMBR. epist. 72, 4 viros -e signatos. 72, 5 purgationem ...-is arcano celebrandam. 72, 6 Phoenicum aliquos -e erga suos usos. 72, 10 de -e celebranda. 72, 26 ad -em teneri. Abr. 1, 4, 29 cessavit -o partis, ubi refulsit -o universitatis. *et passim.* AMBROSIAST. in Gal. 2, 5 non subiciunt se -i. HEGES. 2, 10, 7 usque ad -em se Iudaeum futurum. HIER. epist. 108, 12 secundae -is mysterium (RVFIN. Orig. in gen. 3, 4). adv. Iov. 1, 11 p. 254 ne -is et pudicitiae libertatem oneres sarcina nuptiarum. 1, 18 p. 267 cultellus -is. VVLG. gen. 17, 25 tempore -is. Ioh. 7, 23 -em accipit homo. act. 7, 8 testamentum -is. RVFIN. Orig. in gen. 3, 3 -is insigne. 3, 6 -o divinitus observetur (PS. PRIMAS. in Hebr. p. 685[B] -em ... non debere carnaliter observari). *ibid.* -em turpem, foedam, deformem, ipso etiam habitu et aspectu *καπέμφατον* praeferentem. *al.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 137 -em genitalium. AVG. civ. 16, 26 sacramento -is. *ibid.* imperata est -o. anim. 2, 11, 15 *-o* praefigurabat ... baptismum. *passim.* ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 21, 11 intromittendo· -em. ENNOD. epist. 2, 6 p. 46, 1 -is secretum. GREG. TVR. Franc. 1 pr. p. 34, 11 primum -em inducit. ASSVMPT. Moys. 8, 1 confitentes -em. PASS. Petr. Paul. long. 1 fidem -is.

2 ***in imagine vel translate***: *cf.* TERT. adv. Iud. 2 -o purgat hominem. ZENO 1, 13, 11 prior -o desecat carnem, secunda animi desecat vitia *eqs.* AMBR. Abr. 1, 4, 27 -is vocabulo id praescribitur, ut omnis impuritatis foetor abstergatur et incentivum libidinis auferatur. epist. 74, 4 *-o corporalis* membrum amputat, ista (*spiritalis*) peccatum. HIER. in Ier. 6, 10 -o tribus generibus in scripturis appellatur, in praeputio, in corde et in auribus. AVG. c. Faust. 16, 29 *-o significat* expoliationem mortalitatis (EVCHER. form. 9 p. 52, 13 -o expoliatio vitiorum). AVG. civ. 16, 26 -o significat ... naturam exuta vetustate renovatam. ITALA Ier. 9, 26 (Barnab. 9, 5 Lucif. Athan. 2, 2 *al.*) sine -e sunt cordis (*ἀπερίτμητοι*, VVLG. incircumcisi sunt corde. *cf.* LACT. inst. 4, 17, 10. 15 HIL. myst. p. 25, 6. 8 FILASTR. 112, 5 AMBR. spir. 3, 21, 162 VVLG. Rom. 2, 29. AVG. epist. 23, 4 -o cordis et mundatio conscientiae. *al.* PS. PROSP. prom. 1, 14). TERT. adv. Iud. 3 spiritalis -is observantia (4 fuit et spiritalis -o praeostensa. uxor. 1, 2 dei sermo -em inducens spiritalem. CYPR. testim. 1, 8 rubr. *al.* ZENO 1, 13, 10. PRISCILL. can. 67 p. 137, 15 per spiritalem cordis in Christo -em propudiosam illam legis destruat apostolus. PELAG. in Rom. 2 p. 657[C] -em spiritus accipere. AVG. serm. 4, 7). ZENO 1, 13, 10 -is ... cura. AMBR. epist. 72, 19 debuit praemitti -o, quae foris est ... nunc autem -o est necessaria, quae in occulto est. *al.* VVLG. Rom. 2, 25 -o tua praeputium facta est. 2, 26 nonne praeputium ... in -em reputabitur? RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 -em labiorum ... aurium. LEO M. serm. 48, 3 gulae.

3 ***metonymice***: **a** *i. q. homines circumcisi* (*sc. Iudaei; cf.* RVFIN. hist. 4, 22, 7 in -e id est in filiis Israel. 6, 25, 4 *ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ*. AVG. civ. 15, 26 -em ... et praeputium ... apostolus et alio modo dicit Iudaeos et Graecos. 16, 2. *l. 30*): TERT. praescr. 23 praedicarent ... Petrus in -em, Paulus in nationes (adv. Marc. 5, 3 p. 576 VVLG. Gal. 2, 9). adv. Marc. 5, 3 qui erant ex -e (IREN. 4, 24, 1. PS. ORIG. tract. 6 p. 58, 5 primogenitus populus ex -e fuit. VVLG. act. 10, 45 *al.* HIER. epist. 112, 8. chron. a. Abr. 2140 ex -e episcopi. RVFIN. hist. 4, 5, 3). TERT. adv. Marc. 5, 9 p. 604 agnituram *Christum* quandoque -em. IREN. 3, 13, 1 Petrus in -e annuntiabat deum (4, 24, 2. SERM. Arrian. 4 p. 652[A] in -e ..., in gentibus. VVLG. Rom. 4, 9). HIL. in Matth. 14, 7 erant duo populi, -is et gentium. ZENO 1, 13, 7 -o circumciditur rursum. HIER. vir. ill. 1 qui de -e crediderant (VVLG. Tit. 1, 10. SIDON. epist. 8, 13, 3 nisi faceret ad Christum de -e transfugium). in Is. 10, 28 et nos ... et -o. VVLG. Rom. 3, 30 *deus* iustificat -em ex fide. 15, 8 Iesum ministrum fuisse -is. Gal. 2, 8 in apostolatum -is (*opp.* inter gentes). Phil. 3, 3 nos ... sumus -o. Col. 3, 11 -o et praeputium (PS. PROSP. vocat. gent. 2, 16). HIER. in Iob p. 854, 32 ut tantum -i praedicarent. PAVL. NOL. epist. 11, 13 siquidem tam intima -o plena perfectio sit. AVG. civ. 16, 23 ne -o gloriaretur. **b** *i. q. praeputium*: ITIN. Burdig. p. 597, 15 Iesus filius Nave circumcidit filios Israel et -es eorum sepelivit.

compos.: incircumcisio.

circumcīsor, -ōris *m. a* circumcidere. *is qui circumcidit* (*translate*): MAR. MERC. subnot. 8, 16 -r *est Christus.*

circumcīsōrium, -ī *n.* [*a* circumcidere. *Th.*]. *instrumentum chirurgicum ad circumcidendum*: CHIRON 22 -um subicies a media ungula inter unguem et solum. VEG. mulom. 1, 26, 2 -um inferes inter unguem et solum.

circumcīsūra, -ae *f. a* circumcidere. *i. q. incisio in circuitum facta*: PLIN. nat. 16, 219 *arbores* -a siccatae.

circumclāmo, -ātus, -āre *a* circum *et* clamare. *i. q. clamore circum complere*: SIDON. carm. 2, 507 ora Hellespontiacis -ata procellis. *Hoppe.*

circumclūdo, -sī, -sum, -ere *a* circum *et* claudere. *compos. inde a* CIC. *et* CAES.; circum claudo *in tmesi*: VERG. Aen. 1, 311 classem ... arboribus clausam circum atque horrentibus umbris occulit (VARRO rust. 3, 14, 1 *v. p. 1114, 17* TAC. ann. 4, 25 *v. p. 1114, 41*). *aliter* VITR. 10, 15, 3 *v. s.* circum *p. 1114, 58.* circumclaudo *legitur* AMM. 15, 11, 3. 24, 5, 2. 25, 6, 5. 26, 6, 16 (*sed* 14, 6, 4 -u-). CAEL. AVR. chron. 4, 7, 103. circum cludo *separatim*: CORP. XI 5820 *et* XIV 730 *v. infra l. 53. 70.* GLOSS. *περικλείω.*

I ***aliquem***: *in bello, sim.*: CIC. Catil. 1, 7 te ... meis praesidiis, mea diligentia -sum commovere te ... non potuisse. 2, 14 Catilina consiliis, laboribus, periculis meis -sus ac debilitatus. CAES. civ. 3, 30, 7 Pompeius, ne duobus -retur exercitibus. ... discedit. BELL. Hisp. 6, 4 *Pompeiani* cum aliquot cohortibus et equitum turmis -unt Caesaris equites. 32, 2 vallo -rentur adversarii. 38, 3 *Pompeius* celeriter equitatu cohortibusque -itur. SVET. Tib. 20 se ... cum exercitu iniquitate loci -sum. VEG. mil. 4, 2 si quis ... machinas voluerit admovere, non solum a fronte, sed etiam a lateribus et prope a tergo velut in sinu -sus opprimitur. AVG. in psalm. 141, 11 tamquam -sum se dicit: periit fuga a me. *transl.*: AVG. in euang. Ioh. 20, 6 -sus (*sc. argumentis*) quaeris qua exeas. *aliter*: ARNOB. nat. 6, 12 Martem armis spoliet et his rursus -at Hammonem. AMM. 26, 6, 16 *Procopius* multitudine stipatus armatorum ... -sus horrendo fragore scutorum. AVG. civ. 10, 17 p. 429 deum ... -i ... vel contineri loco. ORIG. in Matth. 18, 65 *Christus* non est corporeo ambitu -sus. GREG. M. moral. 16, 78 si eos (*malos*) lux iustitiae -at (*cod. Turon.*; circumdet, circumfundat *rell.*). se -ere: GREG. M. moral. 7, 59 munitione custodiae.

II ***aliquid***: *corporale*: *claudit persona*: CAES. Gall. 6, 28, 6 *cornua* ab labris argento -unt. CORP. XI 5820 (*aet. lib. reip.*) ⟨b⟩asilicas sublaqueavit ... podio -sit. PLIN. nat. 16, 64 si fronde ea (*fraxini*) -antur (gyroque cludantur *E*) ignis et serpens, in ignes potius quam in fraxinum fugere serpentem. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 103 farina -endus locus in passione constitutus. CORP. VI 34090 macerias a fundamentis cum aediculis et ollaris sua impensa -sit. *cf.* III 9961 (*epistylium*) ⟨...⟩nius Certus -sit. 13726 prat(a) pu-b(lica) terminis circu⟨m⟩c⟨l⟩usi⟨t⟩. *claudit res*: VITR. 2, 1, 4 alterae *arbores* ... -unt medium spatium habitationis. 3, 2, 2 *parietes* cellam (5, 9, 2 ambulationes). PLIN. nat. 18, 344 si nubes solem -ent. OPT. PORF. schol. carm. 27 versus ... texta invicem alii alia vota -unt. AVIEN. Arat. 147 altera *arctos* curvo ceu -sa dracone in dorsum alterius dorso iacet. AMM. 15, 11, 3 *Matrona et Sequana* post -sum ambitu insulari ... castellum ... funduntur in mare. 24, 5, 2 spatium ... loricae ambitu -sum. 25, 6, 5 castra ... velut murali ambitu -sa. GREG. M. moral. 7, 59 humana ... mens aquae more et -sa ad superiora colligitur ... et relaxata deperit. CORP. VI 13061, 9 area maceriā -sa. XIV 730 sepulcrum. macereis · circum · clusum. ***incorporale***: *rem quae temporis est*: ARNOB. nat. 3, 12 nec obtinere perpetuam posse credimus aevitatem, quod extremis coercitum finibus necessaria -it extremitas. AMM. 14, 6, 4 *pueritia populi Romani* annis -itur fere trecentis. COD. Iust. 1, 2, 23, 2 nullis temporum metis ... actionem -i. *alia*: EVGRAPH. Ter. Phorm. 547 'ut nullus locus relinquatur preci': ut ex omni parte -amus nostris precibus senis acres (senes aut res *codd.*) ⟨iras⟩. COD. Iust. 6, 51, 1, 1[b] lex Papia ius antiquum ... suis machinationibus et angustiis -ens.

deriv.: circumclusio.

circumclūsio, -ōnis *f. a* circumcludere. COSMOGR. 2, 41 *Africam* in tertiam orbis partem maiores nostri ... accipiendam ... protulerunt, non spatiorum mensuram, sed -um rationem secuti. *Hey.*

circumcola, -ae *adiect.* [*cf. c.* circumcolere. *Th.*]. *i. q. in cir-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuitu habitans, incolens: TERT. scorp. 3 p. 152,9 gentium -arum viribus ... iugo allophylorum iram dei pensavit Israel.

circumcolo, -ere *a* circum *et* colere. *in tmesi*: MANIL. 1,236 hanc *terram* circum variae gentes . . . colunt. AVIEN. orb. terr. 249 circumque superque . . . colunt. *compos.*: LIV. 5,33,10 qui sinum -unt maris. 31,41,4 -unt Boeben paludem. VLP. dig. 43,12,1,1 existimatione -entium *sc. flumen*. AMM. 22,8,27 -unt Tanain. 22,8,43 Peuce insula, quam -unt Trogodytae. 27,4,14 montium -unt altitudines. 28,5,15 -unt Padum.

circumcommēnsūrātio *v. s.* circummensuratio.

circumcomplector, -plexus sum, -ī *a* circum *et* complecti. IVVENC. 4,82 *ales* pullos obice pennarum circumcomplexa fovere. *cf. etiam* VERG. Aen. 12,433 *s.* circum *p. 1113,24*.

circumcontineo, -ēre *a* circum *et* continere. *nondum compositum*: PACVV. trag. 86 *et* LVCR. 5,319, *v. s.* circum *p. 1113,7 sq.* IREN. 1,17,1 *Horus* trigesimam nominis illorum matrem -et (*var. lect.* circumtinet). 2,1,2 cum oporteat deum . . . omnia -ere et -eri a nemine.

circumcordiālis, -e [*a* circum *et* cor. *Th.*]. *proprie*: TERT. anim. 15 p. 321,11 ille versus Orphei vel Empedoclis (*frg. 105 Diels*): 'namque homini sanguis -is (*περικάρδιον*) est sensus'. 43 p. 370,9 Aristoteles *somnum dicit* marcorem -is caloris. *translate*: PS. AMBR. paenit. 10 cum unum -is secreti effuderis in confessione sermonem.

circumcumulo *v. s.* circum *p. 1113,9*.

circumcurro, -cucurrī, -ere *a* circum *et* currere. GLOSS. II 405,24 *περιτρέχω*. NOT. Tir. 27,22ª -it. *in tmesi* (*utraque vox in fine versus*): VERG. Aen. 5,250 chlamydem . . . quam plurima circum purpura . . . cucurrit (AVSON. 354,3). *perfectum solum his locis et* NOT. Tir. 27,32ª -cucurrit. *translate*: VITR. 4,6,3 corsae cum astragalis -ant *ostia*. QVINT. inst. 1,10,41 illa -ens linea si efficiet orbem *eqs.* (PS. BOETH. grom. p. 395,6). PS. APVL. Ascl. 35 quot hora momenta habet circuli -entis. *proprie*: HIL. in Matth. 11,10 claudi -unt (*cf.* VVLG. Matth. 11,5 ambulant). SCHOL. Stat. Theb. 6,408 'circumspicit'. . . huc illuc -endo. MART. CAP. 8,814 mundus . . . terram . . . aeternis caeli raptibus -ens. 8,856 Saturnus eos circulos . . . -ens. *in imagine*: QVINT. inst. 2,21,7 eamque artem (*rhetoricen*) -entem (*περιφόρητον*) vocaverunt, quod in omni materia diceret.

deriv.: circumcursio. *cf.* circumcursare.

circumcursio, -ōnis *f.* *actus in circulo currendi*: APVL. met. 9,13 *muli* ungulas multivia -e in enorme vestigium porrecti. EVSTATH. Bas. hex. 3,7 p. 898ᴬ *v. l. pro* circumversione *q. v.*

circumcurso, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* circumcurrere *et c.* cursare. *Th.*]. *i. q. cito moveri circum; subest plerumque notio sedulitatis vel trepidationis.* 1 *circum, per aliquid*: **a** *proprie*: *c. accus.*: PLAVT. Rud. 223 omnia iam vi . . . quaerere conservam. DICT. 2,37 propere duces -ans . . . monet. *absol.*: CYPR. epist. 59,14 non -are nec episcoporum concordiam . . . collidere. *cf.* TER. Haut. 512 hac illac -a, inveniendumst . . . argentum. LACT. inst. 6,12,12 per omnes portas -es. **b** *cum quadam translatione*: HIL. op. hist. frg. 1,4 rex angitur, . . . , episcopi -ant. in Matth. 7,8 non . . . cadere in salvatoris bonitatem, ut -antes relinquere voluerit. 2 *in circuitu(m) alicuius rei*: **a** *proprie*: *c. accus.*: CATVLL. 68,133 quam -ans hinc illinc saepe Cupido fulgebat. IVL. VAL. 1,5 dracunculus . . . saepe -ans et ambiens ovi testulam. HEGES. 3,24 l. 32 maximas acies -at (*i. circumvenit*) *equitatus*. AMM. 20,7,2 rex castrorum ambitum -ans (*sc. equo*). *absol.*: LVCR. 4,400 atria versari et -are columnae *videntur vertiginosis*. PANEG. 12,37 sequi, -are, praecedere *chorum*. OROS. hist. 5,15,11 fremitu -antium et impetentium equitum suscitatus. **b** *translate*: HIL. in psalm. 119,9 -ant . . . undique *colloquia mala*. HIL. myst. p. 26,23 *sex milium annorum tempore* circa mundum est oberratum et quodam generationum circulo -atum. *Elsperger.*

circumdatio, -ōnis *f.* *a* circumdare. *id quod circumdat(-um est)*: *proprie*: ITALA num. 16,39 (Lugd.) accepit Eleazar . . . arulas . . . et adpositae sunt -i arae (*περίθεμα τῷ θυσιαστηρίῳ*). VVLG. I Petr. 3,3 *mulierum* non sit extrinsecus . . . -o auri. HIER. in Ezech. 9,28 p. 332 omnis lapis pretiosus operimentum tuum sive colligatio tua et -o. AVG. in psalm. 134,13 ab extremo terrae, sive ab imo sive a -e finium terrae. EVSTATH. Bas. hex. 4,4 p. 906ᴮ *sinus maris* pro schemate suo terrae -o comprehendit. CASSIOD. in psalm. 21,12 obsidio . . . dicta est quasi hostium insessio, id est hostilis -o. *translate*: CASSIOD. in psalm. 36,5 velum quoddam est densitas peccatorum, unde via id est vita nostra tenebrosi amictus -e vestita est. GREG. M. moral. 8,39 cetus . . . ac mare -e premitur carceris. 26,26 nox erat in -e pressurae. ACT. Archel. 40 ille magnus pater tuus adhibet minas vultus sui conversione, -e ludificat.

obsessor **circumdator** GLOSS. V 470,27. *a* circumdare.

circumdēnsātus *v. s.* circum *p. 1113,4*.

circumdīcēns *v.* circumcido *p. 1123,74*.

✖**circumdo,** -dedī, -datum, dare *a* circum *et* dare. *compos. inde a* PLAVTO *et* CATONE; *cf. etiam* circa dare *p. 1079,59*. *in tmesi*: VERG. Aen. 1,175 arida circum nutrimenta dedit *flammae*. 2,218 bis collo squamea circum terga dati *dracones*. 2,793 collo dare bracchia circum. CARM. epigr. 1820,2 *v. p. 1131,76*. *aliter*: PLAVT. Most. 347 da . . . cantharum -um (*i. per circulum*), *v. s.* circum *p. 1113,10*. *scribitur*: circundatus, circondat *sim.*: CORP. VI 1080,15. GLOSS. II 402,43. 403,16. 405,9. IV 218,56. *cf.* VIRG. gramm. p. 75,12 ne scribseris circumdata, sed circundata. GLOSS. *περιδίδωμι, κυκλῶ, περικυκλεύω, περιστοιχίζω, περιέχω*. -atur cingitur vel tegitur. -ata circumsaepta. HIER. in Is. 57,16 p. 680 spiritus . . . qui cuncta -at — hoc enim significat *περιειληθήσεται* et *περιβάλλει* (PRISC. gramm. III 346,22). *cf.* FEST. p. 375 urvat Ennius in Andromeda. significat -at. PORPH. Hor. carm. 1,36,20 ambire, id est -are. *similiter verbo* -are *saep. alia explicantur in* GLOSS., *ut* circumfluo, circumfundo, circumlino, circumplecto, circumsaepio, circumvallo (*cf.* SCHOL. Ter. Ad. 302); *similia in* ITALA *et* VVLG. *cf.* circumamicio, circumpono. *al. additur*: undique *saepius*; totus *sim.*: CIC. de orat. 1,264 Tim. 18 CAES. civ. 2,41,7 HIRT. Gall. 8,34,4 CELS. 3,12 p. 94 SCRIB. LARG. 206 PLIN. nat. 2,171. universus: PLIN. nat. 27,69; ab omni parte *sim.*: LIV. 30,36,8. 41,1,5 CELS. 7,18 p. 295 FRONTIN. grom. p. 58 RVFIN. hist. mon. 5; latera ac terga: TAC. hist. 3,21; extrinsecus, extra, externus: CIC. Tim. 20 LIV. 37,37,10 CELS. 7,16 p. 293. 8,5 p. 338 PLIN. nat. 16,52. 32,142 QVINT. decl. 252 p. 31 RVFIN. hist. mon. 5; circa: CELS. 6,18,6; utrimque: PLIN. nat. 27,73. 35,169; super: VAL. FL. 8,33 LIB. iubil. 26,11; septentrione: SOL. 55,2; in orbem: SIL. 12,162; in valli formam: AVSON. 289,9; in circuitu: VVLG. Is. 29,3. *de structura*: PRISC. gramm. III 346,22 Attici *περιβαλεῖν ἐκεῖνον συμφορᾷ καὶ περιβαλεῖν ἐκείνῳ συμφοράν* -are illum casibus et -are illi casus. ARVS. gramm. VII 460,5 -at hoc illi rei . . . -ata haec res illam rem . . . -atur haec res illa re. *part. perf. pass. non raro pro adiectivo sumi potest.*

I ***proprie***: **A *homines -ant*** (*rarius res ab hominibus factae -are dicuntur*): 1 *pro obiecto est res circumclusa*: *i. q. circumcludere, includere, cingere.*

a *aliquid (aliquem) aliqua re (aliquo)*: *α generatim i. q. includere, circumcludere*: *αα rem re*: *oppida, silvas sim. vallis, muris sim.*: CIC. epist. 15,4,10 *oppidum Eleutherocilicum* vallo et fossa -dedi (CAES. civ. 3,9,4 castris oppidum. AMM. 18,9,1 turribus . . . et moenibus). SALL. Iug. 23,1 vallo atque fossa moenia (VERG. Aen. 6,549 muro. LVCAN. 2,450 vallo. AVSON. 289,9 in valli formam . . . limbo). NEP. Them. 6,1 Piraei portus . . . moenibus -atus. VERG. georg. 2,535 muro . . . arces (Aen. 6,783. SIL. 14,181 castris). Aen. 1,368 taurino quantum *sŏli* possent -are tergo (CVRT. 7,6,25 quantum soli occupaverat castris, muro -dedit). 9,151 igni . . . muros. 10,74 Troiam flammis. OV. fast. 3,431 saxo (*i. muro*) lucum. LIV. 1,36,1 muro lapideo . . . urbem (1,44,3. 25,22,8 fossa valloque. 28,3,5 FEST. p. 254. VVLG. IV reg. 24,10 munitionibus). LIV. 21,11,10 locum editum . . . muro (MANIL. 2,773 muris . . . colles. TAC. ann. 6,41 collis operibus). VELL. 2,4,2 -atam operibus Numantiam. SEN. suas. 2,3 Sparta lapidibus -ata. CVRT. 4,7,20 nemus . . . muro. LVCAN. 2,478 Corfini . . . -ata muris tecta. SIL. 1,339 -ata vallo Roma. 12,162 Nola . . . -ata in orbem turribus. TAC. Agr. 20 civitates . . . castellis . . . -atae (AMM. 19,5,1 vineis ⟨et⟩ puteis. VVLG. deut. 20,19 munitionibus. II reg. 20,15 APRING. in apoc. 21,12). FLOR. epit. 3,10,25 *Gergoviam* castellis ingentique lorica -atam. NEMES. cyn. 303 saltus linea. VVLG. Iudith 4,4 muris . . . vicos. I Macc. 6,7 sanctificationem . . . muris excelsis. 13,43 Gazam . . . castris. *domicilia, aedes sim. vallis, muris*: LIV. 1,23,3 castra . . . fossa (9,2,13 vallo. TAC. hist. 4,57. 75 VEG. mil. 3,8 p. 85). 23,28,3 navibusque subductis et vallo -atis (AVSON. 427). 25,36,13 *turrim* igni. 29,18,17 muro . . . templum (AMM. 22,13,2 peristylio. SVLP. SEV. chron. 2,22,3). VAL. MAX. 9,2 ext. 5 gymnasium armis et igni. COLVM. 1,6,24 hortos . . . saepto. 5,9,1 *terram seminarii* fossa. 8,14,1 cohors *anserum* . . . porticibus . . . -ata. 9,1,9 vivarium . . . vacerris. 9,5,1 apiarium maceria. 11,3,54 *locum cappari serendae* fossula. PLIN. nat. 8,21 euripis harenam *circi*. TAC. Germ. 16 suam quisque domum spatio -at. PLIN. paneg. 56 tribunal . . . nec fascium tantum sed pilorum signorumque honore -atum. CAPITOL. Pert. 3,4 tabernam . . . aedificiis. AMM. 16,8,10 aedem . . . fossa. 20,7,17 munimentum muris. 29,5,25 fundum nomine Gaionatis muro -atum. VVLG. exod. 40,8 atrium tentoriis. RVFIN. hist. mon. 17 monasterium . . . muro. CORP. XIV 3006 monumentum . . . ⟨. . . maceria⟩ -atum. *arborem*: OV. met. 8,621 quercus . . . -ata muro. *nota*: LVCAN. 4,424 quod *navis* trabibus -dedit aequor. MAR. VICTOR aleth. 3,5 nulla quibus cum se saeptis -ret aedes.

ββ rem hominibus (oppida, loca militibus, al.): HIRT. Gall. 8,18,1 campum velut indagine . . . insidiis -dederunt. BELL. Alex. 26,2 oppidum . . . -atum copiis. SALL. Iug. 98,5 colle multitudine -ato (LIV. 7,34,11 armatis). NEP. Hann. 12,4 multitudine domum. VERG. ecl. 10,51 canibus . . . saltus (georg. 1,140). LIV. 23,18,5 corona (23,44,3 CVRT. 4,6,10. 7,6,19 AMM. 24,2,9) undique -atis moenibus (33,38,9 armatis). 35,28,9 impedimenta . . . armatis. 42,65,7 -ato armatis tumulo. ASCON. Mil. p. 45 Cl. villam . . . praesidio militum. TAC. ann. 13,41 Artaxata . . . obsidio. 14,8 villam . . . statione. AMM. 14,11,20 palatium . . . armatis. 16,12,59 armis -atum aggerem. 24,4,10 oppidum ordine -atum trino scutorum. RVFIN. hist. 3,8,5 urbes agminibus. DARES 36 Argivi cum exercitu murum -ant. SVLP. SEV. chron. 2,15,10 montes militibus. *γγ homines (bestias) rebus*: SISENNA hist. 16 Aesernini duplici fossa valloque -ati (LIV. 4,22,2. 6,8,9. 7,34,12.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13. 7,35,5 VAL. MAX. 7,6 ext. 2 LVCAN. 4,29. 6,44 *al.*). CIC. leg. 1,61 *animum* -atum moenibus. CAES. Gall. 1,51,2 aciem...raedis et carris. 4,32,5 reliquos... essedis. HIRT. Gall. 8,37,1 munitione oppidanos. VERG. Aen. 11,596 *nympha* -ata turbine corpus (*cf.* 12,416 Venus ...faciem -ata nimbo. OV. met. 5,251 *Tritonia* -ata nube. 6,310. SEN. dial. 6,26,3 alta nocte -ati. SIL. 1,551 AVSON. 440 RVFIN. hist. 10,11 p. 975,7 PASS. Theclae C 34. *cf.* SIL. 9,488 *Mars* nebulam -atus). PROP. 2,32,59 Danae -ata muro. OV. Ib. 633 Cliniadae...modo -atus ignibus (LIV. 9,12,8 *ceteros* -atos igni. MANIL. 1,21 duplici -atus aestu. VAL. MAX. 1,8,12 RVFIN. hist. mon. 9 p. 427A). PAVL. FEST. p. 315 stipati ... ferro -ant corpora regum. PLIN. nat. 32,11 lupum *piscem* rete -atum. TAC. hist. 1,36 Othonem vexillis. 2,29 -atum aquilis signisque *Valentem* (4,18 AMM. 20,5,1). LACT. inst. 6,4,8 qui se apparatu regio -erit. AVSON. 393,29 cervos ... maculis et multa indagine pinnae. VEG. mil. 4,45 ipsa ordinatione *navium* -ati *adversarii*. VVLG. Iob 7,12 -dedisti me carcere (HIER. epist. 1,3). 16,14 -dedit me lanceis. CARM. epigr. 1823,2 prostrata iaces...-ata terra. CORP. VI 3428,14 lapide Tiburt(ino) ambos *mortuos*.

δδ homines (bestias) hominibus: CAES. Gall. 4,32,5 reliquos ... equitatu (civ. 1,71,1 exercitum ... -atum undique equitatu. 2,41,7 acies equitatu hostium -ata. SVET. Cal. 48). HIRT. Gall. 8,12,3 *Remi* a peditibus undique sunt -ati (LIV. 21,55,3 VAL. MAX. 3,2,16). BELL. Alex. 40,3 legio ... copiis hostium -ata. PROP. 3,14,29 *puella* ingenti...-ata turba. RABIR. carm. frg. 2 Numidis elephans -atur. LIV. 28,29,10 corona contionem. 35,28,9 calonum turbam ... armatis (CVRT. 7,9,3). VELL. 2,112,2 *Messala* -atus hostili exercitu (CVRT. 3,8,3). VAL. MAX. 5,4 ext. 7 *patrem* destrictis militum gladiis. LVCAN. 6,108 *hostis* -atus arta obsidione. PLIN. nat. 10,39 *noctuae* -atae multitudine *avium*. VAL. FL. 8,33 *columba* super ingenti -ata praepetis umbra. SIL. 13,684 hostes socio desertos milite...spisso -dedit orbe (*sc. militum*). STAT. Theb. 6,138 *Eurydice* Argolidum coetu -ata matrum. IVV. 6,533 *sacerdos Isidis* grege linigero -atus et grege calvo. TAC. Germ. 13. hist. 3,21 cohortes auxiliorum in cornibus, latera ac terga equite -ata. 3,69 custodia clausos (ann. 2,4. 12,21. 15,69. 16,10). 4,59 valida manu -atos Agrippinenses. PLIN. epist. 5,1,5. PAVL. sent. 3,5,8 -atum a latronibus dominum. PANEG. 12,47 auditore -bor. TREB. Gall. 7,2. AMM. 14,10,10 *imperator* -atus potestatum coetu celsarum (23,5,15). 18,8,10 *dux* pugnatorum mole -atus. 21,1,4. 26,2,3. 27,6,5 *Gratianus* splendore nobilium -atus potestatum. VEG. mil. 3,21 CLAVD. 15,100. COD. Theod. 10,10,27,3 (*a. 415 vel 418*) per impugnantium profectionem -ato. CARM. c. pag. 65 *taurobolus* canibus Megales ... -atus.

β speciatim de actione ornandi, vestiendi, circumligandi sim. i. q. cingere sim.: *res rebus*: CATO agr. 40,4 *linguam bubulam* stramentis -to. CIC. div. 2,134 *aurum* -atum argento. VERG. Aen. 1,593 argentum Pariusve lapis -atur auro. OV. met. 6,127 ultima pars telae tenui -ata limbo. PAVL. FEST. p. 115 aram velis linteis -atam. CELS. 4,25 p. 150 alumen lana -atum (SCRIB. LARG. 55 linteolo). 8,5 p. 338 pinna ... molli pellicula -ata. PHAEDR. 1,28,9 flammis arborem. COLVM. 4,29,10 libro fissuram *arboris*. 6,12,4 *spongia* fasciis -atur. SCRIB. LARG. 76 scilla argilla -ata. 122 cervi cornua ... argilla. PETRON. 33 ficedulam ... piperato vitello -atam. 138 *scorteum fascinum* oleo et minuto pipere atque urticae trito -dedit semine. BVC. Eins. 1,8 mobilibus -ata bullis fistula. PLIN. nat. 19,20 linteo ... arborem. 26,47 nervos ... in arcu -atos lanis. 27,77 *enneaphyllon* lana -atum. 28,170 fimum earum (*dorcadum*) cera -atum. 30,101 urucam ... lino. SIL. 13,482 Celtae vacui capitis -are gaudent ossa...auro ac mensis ea pocula servant. GELL. 5,3,3 caudices ligni...funiculo. SYMPH. 440,208 *sagitta* levibus -ata pinnis. PS. SOL. add. p. 218,30 *alveos* ambitione tergorum bubulorum. AMM. 16,2,12 -ata retiis busta. 25,1,1 loricae limbis -atae. VVLG. exod. 25,28 *vectes* auro. 28,11 *lapides* inclusos auro atque -atos. 37,11 *mensam* auro mundissimo. Ier. 52,23 malogranata *columnarum* ... retiaculis. PASS. Theclae C 18 speculum ... argenteum ... auro ... -atum. *homines armis, vestibus sim.*: CATVLL. 64,377 non illam (*Polyxenam*) nutrix...hesterno collum poterit -are filo. NEP. Dat. 3,2 *Datames* agresti duplici amiculo -atus hirtaque tunica. VERG. Aen. 4,137 *Dido* chlamydem -ata limbo. 9,460 Turnus ... armis -atus (LVCAN. 8,264 VEG. mil. 2,14 CORP. XII 533,8). CIRIS 251 veste puellam (CELS. 7,26,5 PETRON. 92 COMM. instr. 2,18,2 PS. HIL. libell. 11 MVTIAN. Chrysost. hom. 28,5). PROP. 2,1,33 regum ... -ata colla catenis (SIL. 6,505. 15,256 torque). OV. met. 3,666 *Bacchus* frontem -atus uvis. 4,313 *Salmacis* -ata corpus amictu (SIL. 15,284). 13,643 -ata tempora Anii vittis (CALP. ecl. 2,29 taeda). CORN. SEV. carm. frg. 3 huc ades Aonia crinem -ata serta (SEN. contr. 2,6[14]4 senex ... -atus sertis). VELL. 2,70,2 *Cassius* lacerna caput -dedit. VAL. MAX. 3,2,17 *Nasica* laevam manum ⟨im⟩a parte togae -dedit. 7,8,5 cadaver ... cervicibus reste -atum. CELS. 3,12 p. 94 fomentis ... totum corpus. 4,5 p. 127 fauces lana. 4,13 p. 138 latus hapso lanae. 7,32 p. 321 *digitus* uterque non pingui emplastro -atur. SEN. nat. 4,13,10 graciles ... palliola focalique -atos. COLVM. 6,17,6 animal vivum creta figulari (PELAGON. 280 VEG. mulom 4,21,6. *cf.* 2,146,2 de creta). PLIN. nat. 28,110 velleribus -ari vapore eiusdem (*crocodili*) infectis. SIL. 4,726 *Iuno* crines -ata fronde populea. 7,288 membra ... pelle leonis (CARM. c. pag. 44 collaribus). 8,547 ferro ... pectus. STAT. Theb. 6,289 *Alcmena* tergemina crinem -ata luna. silv. 2,1,66 umeros ... ulnis. 5,1,173. 5,3,266. Ach. 1,199 -ata nexu *Aegidae* ... Minoia bracchia tauri. SVET. Vit. 16 zona se ...-dedit. MIN. FEL. 22,2 Ceres ... serpente -ata. TERT. adv. Marc. 3,7 p. 388 alter ... -atus coccino (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 28,3 chlamydem coccineam -dederunt *Christum*). SOL. 52,20 plurimi *Indi* ... flexibilibus libris -ati. CAPITOL. Maximin. 11,3 *Titum* purpura -dederunt (VVLG. apoc. 17,4 PASS. Thom. p. 141,12. VVLG. Ioh. 19,2 veste purpurea. EVG. TOLET. carm. app. 4,5 tegmine purpureo). VEG. mil. 3,14 -ati catafractis sagittarii. AMM. 25,5,5 *Iovianus* indumentis -atus principalibus. VVLG. Iob 19,26 -bor pelle mea. psalm. 44,10 regina -ata varietate (*cf.* ITALA *p. 1121, 17 sqq.*). Bar. 6,42 mulieres ... -atae funibus in viis sedent. Ezech. 4,8 -dedi te vinculis. act. 28,20 catena hac -atus sum. COMM. instr. 2,17,2 auro te -as (PS. HIL. libell. 11). PASS. Mar. Iac. 11 p. 60,7 corona rosea collo -atus *puer*. PASS. Thom. p. 141,12 mortuum bysso. *nota*: BELL. Afr. 84,2 *elephans* militem proboscide -at atque in sublime tollit.

b *aliquem, aliquid (absolute)*: VELL. 2,120,4 *ei*, qui ... -ati Alisone immensis Germanorum copiis obsidebantur. VAL. MAX. 1,8,2 *anguis* palmam -dedit. SEN. epist. 86,6 Thasius lapis ... piscinas nostras. SIL. 12,506 Romam. 15,370 -ata ... nil restare videt virtus *Marcelli*. STAT. Theb. 5,513 anguis dei -are templa orbe vago labens. ANTH. 471,9 imbelles...cervos. CAPITOL. Maximin. 30,1 serpens dormienti caput -dedit. AMM. 15,8,4 *tribunal* aquilae -dederunt et signa. 16,10,7 *Constantium* texti -dedere dracones. VVLG. Ios. 7,9 Chananaei et omnes habitatores terrae ... conglobati -bunt nos. 10,34 transivitque *Iosue* de Lachis in Eglon et -dedit. iud. 9,49 ramos de arboribus praecidentes sequebantur ducem. qui -antes praesidium succenderunt. 9,50 Thebes ...-ans obsidebat exercitu. 16,2 -dederunt *Philistiim Samson*. 19,22 -antes *viri* domum senis. IV reg. 19,32 nec -bit *hanc urbem*...munitio. Iob 40,17 -bunt eum (*Behemoth*) salices torrentis. psalm. 21,13 -dederunt me vituli multi. 25,6 -bo altare tuum, domine. Sirach 23,26 tenebrae -ant me. 51,6 *flamma* -dedit me. Is. 29,3 -bo *te, Ariel*, quasi sphaeram in circuitu tuo. Ion. 2,4 flumen -dedit me. HIER. epist. 45,3 multa me virginum ... turba -dedit. 127,12 spoliatos -ari. chron. a. Abr. 1885 Hierosolymam. RVFIN. hist. mon. 19 p. 442A nubes repleta rore -dedit viros. hist. 3,8,2 luminis fulgor aram...-dedit. MEROB. poet. 2,80 auratae -ent tela pharetrae. PAVL. MED. vita Ambr. 34 confugientem ad altare... episcopus cum clericis ... defendendum -dedit. DRAC. Romul. 5,126 virtutis vestrae -ent funera testem. 5,179 *divitem* -ant famuli. 10,80 bracchia collum -ent. GREG. M. moral. 2,20 deus interius sine extenuatione penetrans, exterius sine extensione -ans. PASS. Matth. 248,22 eum -dedit ignis. PASS. Andr. long. 14 fulgor de caelo veniens ... -dedit eum. *fere i. q. inhabitare*: EVSTATH. Bas. hex. 4,1 p. 903A -antes praeclaram hanc divini operis stationem. *cf.* STAT. Theb. 9,599 planctu -at (*i. replet*) pectus inani.

1 *pro obi. est id, quod undique extrinsecus additur; i. q. circumagere, circumgerere*: **a** *aliquid, aliquid alicui (rei)*: *de liquidis*: CATO agr. 93 amurcam cum aqua commisceto aequas partes. deinde ad oleam -ito. PLIN. nat. 17, 260 aqua lupini decocti -usa pomis prodest. 21, 26 *lilia* in scrobiculis seruntur heminis faecis -usis. 21, 42. *passive paulo aliter, i. q. superfluere*: PLIN. nat. 28, 126 cum fervet *lac*, ne -atur, praestat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus. *de variis rebus*: VERG. Aen. 1, 586 -usa repente scindit se nubes (SIL. 6, 337 LACT. inst. 4, 21, 1). 12, 433 *Aeneas* Ascanium fusis circum complectitur armis. LIV. 1, 41, 3 *dei* clarum hoc fore caput divino quondam -uso igni portenderunt (HEGES. 5, 15, 9 -usi ignes templum oberrant). SEN. dial. 1, 4, 9 cuius cenationes subditus et parietibus -usus calor temperavit (epist. 90, 25). epist. 20, 10 qui illas *divitias* -usas sibi ... ridet. VAL. FL. 1, 384 *Mopso* -usa cothurno palla imos ferit ... pedes. 8, 93 *Medea draconi* fusis circum proiecta lacertis. TAC. ann. 3, 5 -usas lecto *ferali* Claudiorum Iuliorumque imagines. HEGES. 5, 37, 1 -usae . . . templi porticus. **b** *aliquem, aliquem alicui, plerumque* -i, se -ere. *de multitudine*: CAES. Gall. 6, 34, 8 ut magna multitudine -usa . . . stirps ac nomen civitatis *Eburonum* tollatur (civ. 1, 63, 3. 3, 63, 6 LIV. 2, 22, 6. 2, 28, 6 in contionis modum. 21, 14, 1. 22, 14, 15. 23, 10, 7. 26, 27, 10 *al.*). CAES. Gall. 6, 37, 4 -untur ex reliquis hostes partibus, si quem aditum reperire possent (SALL. Iug. 97, 5 LIV. 4, 46, 6. 30, 8, 9. SEN. benef. 6, 25, 4 magna vis hostium -usa castris. AMM. 25, 5, 1. VEG. mil. 3, 6 inimici. HEGES. 4, 1, 5 agmina ... hostium. 5, 19 per diversas plateas. OROS. hist. 5, 15, 15). CAES. Gall. 7, 28, 2 neminem in aequum locum sese demittere, sed toto undique muro -i. civ. 1, 67, 3 -i noctu equitatum Caesaris (LIV. 8, 38, 7 CVRT. 3, 9, 12 FLOR. epit. 3, 11, 8). *cf.* HIRT. Gall. 8, 29, 3 equites ... cedentibus -usi (LIV. 2, 65, 3. 10, 36, 9. 25, 34, 9. 44, 23, 8 -uso agmine equitum. HEGES. 4, 15, 1 OROS. hist. 5, 4, 6). VERG. Aen. 2, 64 undique ... Troiana iuventus -usa (CLAVD. 15, 425). 2, 383 irruimus *in Androgeon* densis et -imur armis. 3, 634 nos . . . una undique -imur. 6, 666 -usos sic est affata Sibylla. 11, 546 -uso volitabant milite Volsci. OV. met. 3, 180 -usaeque *nymphae* Dianam corporibus texere suis. 14, 354 ne posset *Circe Picum* adire, cursus equi fecit -ususque satelles. LIV. 2, 23, 5 cum -usa turba esset prope in contionis modum (6, 15, 9 lateri. 26, 35, 7. 29, 34, 14. 42, 15, 7 SEN. epist. 59, 15 LVCAN. 5, 680). LIV. 5, 55, 2 senatus accipere se omen ex curia egressus conclamavit et plebs -usa approbavit (SEN. contr. 1 praef. 19). 8, 35, 8 digressum ... templo laetus senatus, laetior populus (APVL. met. 10, 32) -usi ... prosecuti sunt. 10, 25, 6 *lignatores* -usi ... cum consulem salutarent. 21, 55, 2 in cornibus -udit *Hannibal* decem milia equitum. 22, 7, 11 -banturque *mulieres* obviis sciscitantes. 22, 7, 12 gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos -usos. 22, 47, 9 inclusi adversus -usos ... pugnabant. 22, 51, 1 Hannibali victori cum ceteri -usi gratularentur. 28, 9, 6 salutabant . . . universi -usi. 28, 26, 13 reducti a portis armati inermi se contioni ab tergo -erunt. 29, 33, 5 *cum* pars ab tergo se -isset. 31, 40, 10 super -usas tot Macedoniae gentes maritimam quoque instantem obsidionem. 34, 48, 3 omnium civitatium legationes in contionis modum -usas. 38, 2, 9. 41, 10, 9 *Manlio* -usus exercitus (FLOR. epit. 4, 2, 33 HEGES. 1, 31, 1). VELL. 2, 112, 4 pars *barbarorum* ... -usa quinque legionibus ... auxiliaribusque. SEN. contr. 2, 6 (14), 9 parasitorum -usum patri gregem. SEN. dial. 10, 2, 4 quam multis nihil liberi relinquit -usus clientium populus! clem. 1, 3, 3 *regem aut principem* latera obiecti -usique defendunt. apocol. 3 *Claudius* tot -usa *milia hominum videbat* (LVCAN. 4, 471). CVRT. 4, 15, 21 -usos regi barbaros. 7, 5, 9. 8, 14, 31 *Porus* tela . . . in -usos ex elephanto suo coepit ingerere. 9, 1, 16 *Macedones* ab utroque latere vehiculis -usi Persarum. SIL. 6, 336. 461. 9, 621 -usi Rhoeteia pubes nunc iaculis, nunc ... saxis ... incessunt *elephantos*. 12, 489 tot sese -entibus armis vallatas ... portas (QVINT. inst. 2, 20, 8 inter -usa militum arma). STAT. Theb. 2, 228. 4, 340. 12, 284 *Argia* non -usa tremescens concilia umbrarum. FRONTIN. strat. 3, 17, 4 *Pompeius Caesarem* exterior ipse -usus corona obligavit. TAC. dial. 6 coire populum et -i coronam. hist. 2, 70 -usas auxiliorum manus (4, 33). 5, 18 duae alae cum perfuga missae incauto hosti -untur. ann. 1, 41 *Germanicus* apud -usos ita coepit. 1, 68 clamore et impetu tergis Germanorum -untur. 12, 27 *ut* dilapsis improvisi -rentur. FLOR. epit. 3, 6, 13 ubi -usa undique rostra *navium* viderunt. GELL. 15, 1, 2 nos . . . familiares eius -usi undique eum prosequebamur domum. APVL. met. 8, 17 *canes* contra nos ruunt et undique laterum -usi passim insiliunt. 8, 29 passimque -usi *sacerdotes* nudatum supinatumque iuvenem execrandis oribus flagitabant. PANEG. 9, 19 *homines* -usi ⟨vi⟩is. 12, 32 ut ... fugam *hostium* -usus ambires. LAMPR. Alex. 57, 4. AMM. 24, 2, 19 -usi per turres ac moenium minas. VEG. mil. 3, 24 -sis undique armatorum globis. HEGES. 3, 20, 2 *Romani* se -erant litori. AMBR. c. Aux. 4 -usi milites me non terrent (RVFIN. hist. 11, 18). obit. Valent. 42 *ad sorores*: tumulum *mortui* -usae tenetis. CLAVD. 5, 392 seges undique ferri -usa micat. CARM. epigr. 1808, 11 undique visendi studio christiana aetas -usa venit. *de singulis: fere i. q. amplecti*: LVCR. 1, 39 *Venus* recubantem *Martem* corpore sancto -usa super. OV. met. 4, 360 *Salmacis* nunc hac iuveni, nunc -itur illac. 14, 586 colloque parentis *Venus* -usa sui. SEN. dial. 11, 18, 4 nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non -usus ille *puer* permulceat. IVL. VAL. 2, 32 *Alexander* iacenti homini -itur. VIR. ill. 49, 1 draco ipsi parvulo -usus.

2 *pro obi. est id quod intra undique circumcluditur; i. q. includere, cingere*: **a** *aliquem aliquo (aliqua re)*: CIC. Mil. 71 *Pompeius* publicorum praesidiorum copiis -usus. fin. 3, 7 Catonem ... multis -usum Stoicorum libris. Tusc. 3, 66 *Pompei comites* classe hostium -usos. CAES. Gall. 7, 74, 1 ut ne magna quidem multitudine . . . munitionum praesidia -i possent. NEP. Ages. 8, 7 *Agesilaum mortuum* amici ..., quod mel non habebant, cera -erunt. Chabr. 4, 2 *Chabrias* -usus hostium concursu. VERG. georg. 3, 368 stant -usa pruinis corpora magna boum. Aen. 1, 412 multo nebulae circum dea fudit amictu *gradientes*. CIRIS 493 Scyllae -usum aequore corpus. LIV. 10, 25, 2 *consul* -usus turba (26, 22, 2 SEN. suas. 6, 19). 22, 4, 5 -usum ... copiis ... hostem (VELL. 2, 46, 4). 26, 27, 16 *Laevinus* -us multitudine *Campanorum*. 27, 51, 3 legati . . . -usi omnis generis hominum frequentia. 29, 2, 11 Cornelium procella equestri hostes -urum. SEN. dial. 2, 5, 6 rex -usus victoris exercitus armis. CVRT. 3, 11, 4 *equites* immissi in medium Persarum undique -usi egregie ⟨se⟩ tuebantur. SIL. 2, 50 *Hannibal* tot Libyae populis, tot -usus Hiberis. 5, 200 signum clamore vicissim per colles Tyria -ento corona (7, 308 cernis, ut armata -are corona). FRONTIN. strat. 1, 2, 7 *Boios* alio quam expectabatur latere missis legionibus -udit *Paullus*. 2, 5, 24 *Flaminius* simul a fronte, lateribus, tergo -usus. TAC. hist. 2, 19 si cum exercitu Caecina ... tam paucas cohortes -isset. 4, 20 ut Batavos numero impares -ant. ann. 3, 46 -udit eques frontemque pedites invasere. 12, 38 praefectum castrorum et legionarias cohortes. 13, 40 agmen Romanum. PLIN. paneg. 23 *Traianus* -usus undique

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nunc senatus nunc equestris ordinis flore. FRONTO p. 117, 17 N. tu tuusque frater... tanta multitudine omnium generum omniumque ordinum ...-usus (-um *cod.*). CAPITOL. Gord. 8, 5 *senex* -usus purpura. HEGES. 1, 32, 6 *legati caesi* -usi angelorum legionibus. 3, 26, 3 -usa hoste omnia. 4, 19 *Romanis* Hierosolymitana civitas -usa bello undique ardebat. VVLG. II Macc. 3, 27 *Heliodorum* multa caligine -usum rapuerunt *iuvenes*. CLAVD. 24, 201 seu turbine vulgi -usa tuae conscendant rostra secures. MART. CAP. 1, 71 *Iuno* fecunda -usaque partubus. 2, 213 -usus atomis Democritus. SALV. eccl. 3, 87 obsidet lectum sericis atque auratis vestibus -usa numerositas. POMER. 1, 1, 2 *catervis hostium* -imur. *nota*: VELL. 2, 123, 2 -ususque *Augustus* amplexibus Tiberi sui. **b** *aliquid aliqua re*: VARRO frg. dub. nom. gramm. V 574, 9 cals -usa aqua. SEN. dial. 2, 3, 5 quaedam flammā -usa rigorem suum habitumque conservant. PLIN. nat. 17, 250 ne frigus vites adurat, -unt *bruma* riguis. QVINT. inst. 9, 4, 91 miscendi... sunt *pedes versus* curandumque ut...-usi bonis deteriores lateant. CET. FAV. 27 umor melle -usus. LACT. epit. 22 (27) paradisum vallo igneo -udit *deus*. HEGES. 5, 16 l. 174 cum plena horroris... omnia -antur. SIDON. epist. 2, 10, 4 (*in imagine*) nostra... tubis -usa potioribus stipula (*i. fistula*) vilescit.

3 *medialiter* circumfundi *aliquam rem* (*aliquem*): BELL. Afr. 78, 4 ut haberent *equites Pacidei* facultatem turmas Iulianas -i. LIV. 22, 30, 2 cum *Minucius* patrem Fabium appellasset -ususque militum eius totum agmen patronos consalutasset. APVL. met. 3, 8 *mulieres* -usae lectulum.

B *-unt (vel -untur) res naturae*: **1** *de mundo*: **a** *alicui aliquid i. q. iacere circum*: CIC. nat. deor. 1, 37 ultimum et altissimum atque undique -usum... ardorem qui aether nominetur. PANEG. in Mess. 151 -uso consistit in aere tellus (OV. met. 1, 12 SEN. nat. 6, 14, 3 COLVM. 1, 4, 9 MELA 3, 71 TERT. anim. 17 AMM. 20, 11, 28 AVG. civ. 13, 24 p. 597 MACR. somn. 2, 15, 24. *cf.* QVINT. inst. 12, 11, 13 -usus nobis spiritus). MANIL. 3, 49 *cum natura* -usis orbem concluderet astris. SEN. nat. 2, 28, 2 nubes in montem actae... -untur (AVIEN. orb. terr. 102 -usis vestitur nubibus axis). 3, 20, 4 -itur... corpori *in flumen quoddam demerso* limus alliniturque paulatim. 6, 6, 4 si ex hac causa (*sc. motione*) unda prorumperet, a lateribus terrae -retur. epist. 65, 23 deus ista (*sc. universa*) temperat, quae -usa rectorem secuntur. AVIEN. Arat. 1535 si duo se *circuli* lunae -udere. 1643 -usa... si cingula servarint... speciem... molis. AVG. gen. ad litt. 7, 20 p. 217, 8 -uso et superfuso caelo. HIPPOCR. progn. 12 nebulae... -usae (*ἐναιωρεύμεναι*) urinis. *cf. in imagine*: SEN. dial. 8, 4, 2 utrumne extrinsecus illi (*operi suo*) *deus* -usus sit, an toti inditus (PRISCILL. tract. 11, 143 p. 103, 17 *deus* in omnibus originibus virtutum intra extraque et supereminens et internus et -usus *eqs.* HIER. epist. 59, 5. CEREAL. 20 *deus* internum lumen est, non materies -usa. FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 133, 11). CLAVD. 1, 128 *longeque* regendo -usa polo *Roma* consors addicta Tonantis. AVG. civ. 2, 4 p. 57 *Mater deorum* si illecta curiositate adesse *in ludis* potuit -usa, saltem offensa castitate debuit abire confusa. **b** *aliquid aliqua re: circumdare*: CIC. nat. deor. 2, 17 *terram* crassissimus -at aer. 2, 91 terra...-usa undique est hac animali spirabilique natura. Tim. 18 neque erant anima -usa extrema mundi. SEN. nat. 2, 9, 4 spiritus media... -it. AMM. 20, 3, 8 sol sphaerae inferioris curvamine -usus.

2 *de terra, geographicis*: **a** *aliquid alicui*: OV. fast. 5, 582 gens...-usis invia fluminibus (LIV. 21, 27, 4 insulae -usum amnem. PLIN. nat. 6, 132 Apameae... Tigris -itur. PANEG. 4, 18. AMM. 14, 2, 9. SIDON. epist. 1, 5, 5 fluenta... moenibus -usa. ALC. AVIT. carm. 4, 69). LIV. 30, 9, 12 -usum mare urbi (SEN. suas. 1, 4 terris natura -udit oceanum. SEN. dial. 11, 20, 2 PLIN. nat. 2, 170. LACT. inst. 2, 5, 1 *deus* terris... maria -udit. AVIEN. orb. terr. 155 Itala tellus...-usis latus amplum lambitur undis. ora 81 VEG. mil. 4, 1 p. 129 DRAC. Romul. 8, 396). LIV. 37, 54, 21 *Massilienses* iam pridem efferassent tot indomitae -usae gentes (PLIN. nat. 2, 161 -i terrae undique homines. AVIEN. orb. terr. 393 -uso populorum examine. 445. HEGES. 3, 6, 2 -usis nationibus alienigenis Galilaea circumdatur. OROS. hist. 5, 23, 17 *gentes* montibus -usae. SIDON. epist. 3, 4, 1). LIV. 44, 46, 6 umore -usae paludis. PLIN. nat. 5, 103 Caria mediae Doridi -itur. PLIN. epist. 8, 20, 8 -usum undique lacum. SOL. 48, 2 *harenosa solitudo* per centum et viginti milia passuum undique versum -usa est. AMM. 31, 4, 8 innumerae gentium multitudines per provincias -usae. **b** *aliquid aliqua re*: CIC. rep. 6, 21 omnis... terra... parva quaedam insula est -usa... mari *Atlantico* (MELA 3, 45 universum orbem mari -usum esse). Tusc. 5, 74 sese in Arpinati... gelidis fluminibus -usum fuisse. LIV. 28, 32, 8 -usam Oceano insulam (VELL. 1, 2, 4. APVL. mund. 4 *insulas* -it oceanus). SEN. dial. 6, 18, 5 aliae *urbes* ripis lacu vallibus... -untur. PLIN. nat. 4, 85 Taurica *regio*... mari -usa. 5, 67 -i Syria Phoenicen. 5, 106 *Apamea* -usa Marsya. 5, 116 ut duos sinus iungeret *Alexander* Erythrasque cum Mimante -ret (*sc. mari*). 6, 143 *Arabia* mari -usa. SOL. 45, 1 dextero *latere* plurimis Asiae populis -usa *Cappadocia*. PANEG. 5, 11 *Britannia* -usa mari.

3 *corpus animantium, lapidum sim.*: **a** *aliquid (alicui) i. undique addere*: VERG. georg. 4, 274 *folia amelli floris* plurima circum funduntur. SEN. dial. 11, 11, 6 quantum per... hanc -usam gravem sarcinam licet, celeri et volucri cogitatione divina perlustrat *animus*. PLIN. nat. 10, 148 increscente pullo *in ovo* candor in medium vertitur, luteum -itur. PANEG. 9, 19 toti corpori -usa maiestas. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 112 siquidem -atur pulmoni umor corruptus (5, 10, 113. 128). **b** *aliqua re i. circumdare*: STAT. Theb. 10, 559 Fuga -usa tenebris. MART. 12, 17, 7 *febris divitis hominis* -usa rosis. SOL. 52, 62 *chrysoberylli* nube aurea -untur. MAR. VICTORIN. rhet. p. 155, 32 acies... animae quodam corporis crasso tegmine irretitur et -itur.

II ***translate***: *aliquid (aliquem) aliqua re, i. q. circumdare, includere*: CIC. ac. 1, 44 omnia tenebris -usa esse (2, 122 LACT. inst. 3, 28, 12. *cf.* LACT. inst. 3, 29, 14 eos... stultitia... tenebris -it. 4, 26, 5 *caeci* tenebris ignorantiae -usi terrena et fragilia venerantur). 2, 46 ut, quanta luce ea (*perspicua*) -usa sint, possint agnoscere. Tusc. 1, 45 qui... cum has terras incolentes -usi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant. SEN. benef. 4, 22, 2 *honesti* pulchritudo animos -it. dial. 9, 1, 9 -udit me multo splendore luxuria. SIL. 7, 723 Tyriis quas -erat atra tempestas Stygiae tandem fugere tenebrae (*i. pavores*). STAT. Theb. 3, 193 Tantalis innumeris... -usa ruinis. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 111[A] *anima* veri luminis luce -usa radiabit. SVLP. SEV. dial. 2, 13, 2 horrore quodam -imur ac stupore. BOETH. trin. 4 *homo* -usus et determinatus proprietate aliqua. GREG. M. moral. 16, 78 *mali* ita gaudent in nocte peccati ac si eos lux iustitiae -at. *aliquid alicui rei, i. q. addere, attribuere*: CIC. Tusc. 5, 121 undique -usis molestiis alia nulla potuit inveniri levatio (*sc. nisi philosophia*). LIV. 28, 5, 8 vel segnem ducem tot excitare tumultus -usi poterant. 30, 14, 6 non est... tantum ab hostibus... aetati nostrae periculi, quantum ab -usis undique voluptatibus (SEN. dial. 7, 5, 4 QVINT. decl. 337 p. 329). 34, 38, 7 -uso undique pavore. SEN. benef. 3, 32, 2 si quis in tantum processit, ut... patri quoque ingentem -ret famam. dial. 12, 9, 4 -usis bonis caruisse. QVINT. inst. 4, 1, 59 *locorum* naturalis ubertas licentiam verbi notari -uso nitore non patitur. decl. 247 p. 11 videamus... si ista *definita* supervacua et -usa sunt, ⟨qualis⟩ finitio huic nomini sufficit. APVL. met. 11, 3 mihi marcentem animum in... cubili sopor -usus oppressit. LACT. inst. 4, 8, 2 *duplex nativitas Christi* -it... tenebras etiam iis, qui verae religionis sacramenta retinebant. 4, 26, 23 -usi undique ad eum (*Christum*)... assistimus. VVLG. II Macc. 3, 17 -usa... erat maestitia quaedam viro.

derivatum: circumfusio.

circumfūsio, -ōnis *f. a* circumfundere. *status, actio circumfundendi*: *aquae*: FIRM. math. 1 praef. 5 oceanus... terrae spatium in modum insulae undarum suarum -e concludat. AVG. in psalm. 70 serm. 1, 15 laudatus est deus... in -e maris. OROS. hist. 1, 2, 69 Hispania...-e oceani Tyrrhenique pelagi paene insula efficitur. *cf.* HIL. in psalm. 135, 11 *admot.* *hominum*: AMBR. Iac. 1, 1, 3 *aqua* hostium erat -e vallata. epist. 20, 8 non ego vallabor -e populorum. GREG. M. moral. 10, 10 antiquus hostis varia -e nos obsidet. *Bannier.*

circumgarrio, -īre *a* circum *et* garrire. *ubique, in circuitu garrire*: CLAVD. MAM. anim. p. 132, 10 hisce falsiloquiis -entibus... fert ille responsum.

circumgelo, -āvī, -ātum, -āre *a* circum *et* gelare. *undique gelare*: *passive*: PLIN. nat. 13, 120 andrachle est... cortice non scabro quidem, sed qui -atus videri possit. *act. trans.*: TERT. anim. 23 quod... animae immortali mortale ei -verint corpus.

circumgemo, -ere *a* circum *et* gemere. *fremitu, clamore circumdare*: HOR. epod. 16, 51 nec vespertinus -it ursus ovile (ovili *VF*).

? **circumgestātor,** (-ōris) *m. a* circumgestare. CORP. II 3442 ⟨...u⟩s Ser(gia) circum | gestator (*in titulo mutilo*).

circumgesto, -āre *a* circum *et* gestare. *secum gerere, ferre*: CIC. ad Q. fr. 1, 2, 6 eam quoque epistulam T. Catienus -at. APVL. met. 8, 26 *iuvenis* -antibus deam cornu canens adambulabat. *deriv.*: circumgestator.

circumglobo, -ātum, -āre [*a* circum *et* globus *vel* globare. *Th.*]. *in formam globi circumfundere, circumdare*: PLIN. nat. 9, 154 adeoque nihil non gignitur in mari, ut cauponarum etiam aestiva animalia... existant et -ata escae saepe extrahantur.

circumgredior, -gressus sum, -gredī *a* circum *et* gradi. *i. q. circumire, speciatim in re militari*: **a** *transitive*: SALL. epist. Mithr. 21 si tu Mesopotamia, nos Armenia -imur exercitum. TAC. ann. 2, 25 terga -ssi (4, 73). AVR. VICT. Caes. 21, 5 cum Syriam -retur *Caracalla*. AMM. 16, 12, 59 lacunam... -iens ut transiret. **b** *intransitive*: TAC. ann. 1, 64 barbari perfringere stationes... nisi lacessunt, -untur, occursant. 2, 17 Stertinium...-i tergaque invadere iubet. 12, 28 ne hinc Romanus, inde Cherusci... -rentur. DAMIG. lapid. 20 iubeas mulieri -i (*sc. circum lapidem*). *deriv.*: circumgressus.

circumgressus, -ūs *m. a* circumgredi. **1** *circumvehendi actio*: AMM. 22, 2, 3 *Triptolemi currum* ob rapidos -us aeriis serpentibus et pinnigeris fabulosa vetustas imponit. **2** *fere i. q. ambitus, circuitus*: AMM. 22, 8, 30 palus est Maeotis amplissimi -us.

circumgȳrātio, -ōnis *f. a* circumgyrare. *i. q. motus circularis, rotatio*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 24 p. 387[B] in circuitu

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

autem ferri dicit *Aristoteles* hoc quintum corpus (*aethereum*), quod circulari -e moveatur.

circumgȳro, -āre *a* circum *et* gyrus *vel* gyrare. *i. q. circulare, ambire*: CHIRON 22 sŏlum ungulae in circuitu, quidquid ungula contegit, scalpello -bis (*cf.* VEG. mulom. 1, 26, 2). 662 callitiem ungulae in circuitu ungulae scalpello -bis. 707 cauteriis candentibus -as eam. *deriv.*: circumgyratio.

περίοικοι **circumhabitātōrēs** GLOSS. II 403, 37. *a* circumhabitare.

circumhabito, -āre *a* circum *et* habitare. *in circuitu habitare*: ITALA psalm. 30, 14 (Cassiod. in psalm. 30, 16 *et* Psalt. Rom.) audivi vituperationem multorum -antium (*παροικούντων κυκλόθεν*, VVLG. commorantium in circuitu). *cf.* CASSIOD. *ibid.* tales -antes dicuntur, qui legem dei non spiritualiter, sed carnaliter advertere maluerunt. *deriv.*: circumhabitator.

circumhaereo, -ēre *a* circum *et* haerere. *undique haerere*: CHIRON 312 hic est morbus alienatus maleus, qui -et et contagium faciet.

circumhumo, -ātum, -āre *a* circum *et* humare. AMM. 22, 12, 8 -ata corpora . . . transferri.

circumiaceo, -ēre *a* circum *et* iacēre. *compos. fort. inde a* CAELIO orat. *l. 27 sqq., certe a* LIVIO; *seiunguntur adv. et verbum*: VAL. FL. 4, 488 mediisque tapetibus ipsum accipiunt circumque iacent. PAVL. NOL. carm. 26, 258 tua captivi iaceant vestigia circum. *dub.*: AVIEN. ora 362 circum atque iuxta plurimo ⟨tractu iacens⟩ madere tradit *Endemon* tenue prolixe mare. iacere circa *v. p. 1079, 69 sq.* *i. q. in circuitu, prope iacere*: *absolute*: CAEL. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 123 contubernales ab omnibus spondis transversas incubare et reliquas -ere passim. *c. dat.*: LIV. 37, 54, 11 quae . . . -ent Europae. APVL. Socr. 23 p. 173 si plena artis ornamenta capiti (capite *codd.*) et collo -ent. *c. acc. i. q. circumdare, cingere*: HEGES. 4, 17 campus eum (*fontem*) -et. PAVL. NOL. carm. 26, 259 ferae -uere prophetam.

part. praes. pro adi. circumiacēns, -tis *fere i. q. circumsitus, vicinus, sim.*: LIV. 35, 23, 9 ex -bus insulis. SEN. nat. 4, 2, 5 cum ingenti -ium regionum strepitu (AMM. 19, 12, 3). TAC. ann. 2, 72 luctu provinciae et -ium populorum (*cf.* SERV. Aen. 1, 523 gentes . . . -ium barbarorum). PLIN. epist. 6, 20, 6 quassatis -bus tectis (*cf.* CORP. XIII 1567 aedem . . . dedicaverunt cum aedificiis -bus). 10, 41, 4 ad colligendum umorem -ium agrorum. IVST. 41, 5, 3 soli -is . . . ubertas. *nota imaginem de oratione*: QVINT. inst. 9, 4, 29 sensus in verbo . . . obscurari -bus solet. *cf.* PHOEBAD. c. Arrian. 22 ratio quae per arduum et angustum tramitem repit, -bus hinc et inde praeruptis *eqs.*

×circumicio, -iēcī, -iectum, -ere *a* circum *et* iacere. *forma* circumiacio: ITALA Ezech. 32, 3 (Tycon. 4 p. 44, 7). *sermonis pedestris vox, cuius formae aliae praeter part. perf. pass. non frequentantur, legitur inde a* VARRONE *et* CIC.

1 *iacere, ponere, disponere aliquid (aliquem) circum aliquid*: **a** *aliquid*: VARRO ling. 5, 132 'amictui' dictum, quod a⟨m⟩biectum est, i. e. -ctum (-lectum *codd.*; *cf.* APVL. flor. 9 p. 43 habebat amictui pallium . . ., quod superne -erat). LIV. 25, 36, 5 vallum -ere (circuminicere *P*; *cf.* 35, 4, 6). SEN. epist. 102, 25 detrahetur tibi haec -cta, novissimum velamentum tui, cutis. FRONTIN. aq. 10 Signino -cto (circumlecto *cod.*). TAC. ann. 14, 37 -cta vehicula saepserant abitus. *alicui rei aliquid*: LIV. 38, 19, 5 fossam quoque et alia munimenta verticibus . . . -ere. TAC. hist. 3, 26 miles moenibus . . . castra sua, castris vallum -erat. 5, 11 moenia regiae -cta. IVVENC. 3, 331 nubes -cta oculis. *nota*: ITALA Ezech. 32, 3 (Tycon. 4 p. 44, 7) -am (*περιβαλῶ*, VVLG. expandam) super te retia. **b** *aliquem* (*spectatim de dispositione exercitus*): CAES. civ. 3, 45, 3 sagittariis funditoribusque -ctis. TAC. ann. 6, 19 -cti custodes. hist. 4, 2 paucos erumpere ausos -cti oppressere (*i. armati qui agmen circumdant*). HIL. in Matth. 12, 22 custodia -ctae potestatis. *alicui aliquem*: CAES. Gall. 2, 6, 2 -cta multitudine hominum totis moenibus. LIV. 33, 18, 11 equites levisque armaturae quod erat, cornibus -ctum. **c** *medialiter* -ici *aliquem rem*: CIC. div. 2, 62 quod anguis domi vectem -ctus fuisset. **2** *circumdare, includere, cingere*: CIC. Tim. 26 animus . . . extremitatem caeli . . . rotundo ambitu -ecit. TAC. ann. 2, 11 planities saltibus -cta. IVL. VAL. 3, 31 chlamyde . . . -ctum *Ptolemaeum* egredi iubet. SVLP. SEV. Mart. 24, 4 -ctus ipse (*diabolus*) luce purpurea.

part. perf. pass. pro adiect. **circumiectus,** -a, -um. *i. q. circumiacens circumsitus, vicinus*: **a** *c. dativo* (*cf. supra l. 55*): LIV. 9, 28, 5 aedificia . . . -a muris. 34, 28, 12 omnia -a urbi frequentis et amoeni agri loca. 35, 30, 5 in -as itineri silvas diffugiunt. 36, 9, 12. 36, 10, 2. 36, 20, 3 -um templo agrum *populari*. PS. QVINT. decl. 13, 2 non late pauperi casae -a possessio. PANEG. 3, 13 tot -a Romano imperio flumina. HIL. in psalm. 1, 16 ut ad custodiam fructuum fructibus ipsis -a prorumpant *folia*. **b** *absolute*: *de locis sim.*: LIV. 21, 33, 11 castellum . . . viculosque -os capit. 31, 24, 17 templum . . . et lucus erat -us. 42, 54, 11 copia pluribus -is fontibus perennium aquarum. 44, 45, 4 *praeda* -i agri (PS. QVINT. decl. 13, 3). SEN. nat. 3, 3 montes (CASSIOD. in psalm. 124, 2). CVRT. 3, 1, 3 -os rigat *Marsyas* campos. 3, 10, 2 nemora. 4, 12, 23. TAC. ann. 4, 27 oppida. PLIN. epist. 5, 6, 20 -asque platanos . . . aspergine fovet *aqua*. SVET. Aug. 100 -asque silvas et ambulationes. HIL. in psalm. 146, 9 valles -orum collium. COD. Theod. 9, 45, 4 pr. (*a. 431*) oratorium templi -um. NOVELL. Valent. 1, 2, 1 cum -is insulis. VEN. FORT. vita Hil. 4, 13 -as . . . Gallias illustrare. SEN. nat. 1, 2, 11 -um aera (*cf.* CASSIOD. in psalm. 2, 8 totius aeris -a substantia). PLIN. nat. 11, 148 -o candore. LIV. 38, 3, 6 -is gentibus . . . fama affertur. TAC. hist. 3, 43 -ae civitates (AMM. 24, 2, 7). ann. 6, 31 nationes (12, 31). SIDON. epist. 7, 9, 21 *reges*. *nota de oratione*: QVINT. inst. 4, 2, 117 quae in locis impetu feruntur et -ae orationis copia latent. *subst. neutr. plur.* **circumiecta,** -ōrum (*sc. loca*): SEN. nat. 6, 18, 1 *spiritus* iacet innoxius nec -is molestus est. PLIN. nat. 23, 37 distat orbis medius . . . -is (*sic edd.*, -tectis *codd.*). TAC. ann. 1, 21 vagi -a populabantur. PS. QVINT. decl. 5, 16 squalent -a naufragiis. ITIN. Eucher. p. 127, 13 -a Hierusolimitanae urbis. FAVST. REI. serm. 27 p. 334, 2 lampas . . . lumen suum eminus et in -a iaculatur.

deriv.: circumiectio, circumiectus.

circumiectio, -ōnis *f. a* circumicere. ARNOB. nat. 2, 43 humani corporis -e vestiri. CAEL. AVR. acut. 1, 2, 31 -o manuum.

circumiectus, -ūs *m. a* circumicere. **1** *actio circumiciendi, speciatim vestiendi*: CIC. carm. frg. 43 *aether* terram tenero -u amplectitur. VARRO ling. 5, 132 amictui dictum quod a⟨m⟩biectum est i. e. circumiectum, a quo etiam quo vestitas se involvunt, -ui appellant (*cf.* PAVL. FEST. p. 28 amiculum genus vestimenti, a -u dictum). TERT. pall. 5 *vestire* ex uno -u licet, equidem nusquam in humano; ita omnia hominis simul contegit. **2** *res quae in circuitu sunt*: CIC. rep. 2, 11 ut ita munita arx -u arduo et quasi circumciso saxo niteretur. PLIN. nat. 11, 270 et in rudi parietum -u *vox devoratur*. IVL. VAL. 3, 24 *locum* consaeptum . . . non materiae -u.

circumincīdo, -ere *a* circum *et* incidere. *ubique incidere*: CASS. FEL. 67 p. 164 morsum ipsum medicinali scalpello -es.

circumincīsio, -ōnis *f. a* circumincidere. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 11 nisi ex aliqua hoc fuerit -e confectum (*cf. ad l. Helmreich, Archiv 12 (1902) 177 sq.*).

circuminicio *v. p. 1113, 30 et p. 1151, 52.*

?circumīnscrībo, -ere *a* circum *et* inscribere. AVG. conf. 5, 2, 2 quem nullus -it locus (circumscribit *pars codd., recte, ut videtur*).

circumīnsidior, -ārī *a* circum *et* insidiari. AVG. in psalm. 139, 11 de circumlatrantibus et -antibus malignis hominibus vasis diaboli. *Probst.*

circumīnspectio, -ōnis *f. a* circuminspicere. EPIST. pontif. 322 Innocent. Aug. epist. 182, 1 *fideles* illicenter dudum petita vitantes custodiae pristinae -e (*v. l.* circumspectione) tutari (*agit de episcopis*). 860 Hormisda Avell. p. 736, 18 cavenda est subtilium magna -e (circumsp.- *unus cod. rec.*) calliditas.

circumīnspecto *v. s.* circum *p. 1113, 32 sq.*

non irrideas . . . . est enim . . . **circumīnspector** (*sic cod. Tolet.*, circumspector *rell.*; *deest* LXX) deus VVLG. Sirach 7, 12.

circumīnspicio, -spexī, -spectum, -spicere *a* circum *et* inspicere. GLOSS. V 178, 27 -it quaerit cernere; nam -ere est quaerere (ISID. diff. 1, 21 *F*, circumspicere *Ald*). 178, 28 ubique inquirit (626, 62). 178, 29 -xit contra undique versus (*sed cf.* GLOSS. IV 34, 31 circumspexit). 178, 30 in ambitu vidit. *interdum scribitur* circuninspicio *sim. haud raro codd. variant inter* circumspicio *et* circuminspicio. *secunda syllaba* -cum *in versu eliditur v. infra l. 57. 58.* *cf.* PS. APVL. Ascl. 27 *s.* circum *p. 1114, 26.*

1 *proprie*: *transitive*: STAT. Theb. 2, 700 fragiles aevo -e (*P*, circumspice *BM*) muros (DRAC. Orest. 693 [circumspicit *A*]). VVLG. Marc. 3, 34 -iens (*codd. Harl. Tolet. Cant.*, circumspiciens *rell.*, *περιβλεψάμενος*) eos. Luc. 6, 10 (*codd. iidem et Hubert.*). *nota i. q. de alto videre*: AVG. c. Maximin. 1, 3 superiorem non habet *deus* a quo -atur. *c. inf.*: VVLG. Marc. 5, 32 -bat (*codd. iidem*), videre eam. *c. enunt.*: DIDASC. apost. 29, 35 -e de iuvenioribus qui magis iunior est. *absolute*: ITALA Ios. 5, 13 (Cypr. testim. 2, 19) -xit (*A*, circumspexit *rell.*, *ἀναβλέψας*, VVLG. levavit oculos) oculis. VVLG. Marc. 9, 7 -entes (*codd. Tolet. Harl.*, circumspicientes *rell.*) neminem amplius viderunt. 10, 23 (*codd. Fuld. Hubert. Tolet. Cant.*).

2 *translate*: *transitive*: AVELL. p. 633, 20 (*a. 519*) -ite omnia fide. *c. enunt.*: CASSIOD. var. 3, 11, 2 -e (circumspice *dett.*) itaque, quam magnum sit. *absolute*: VAL. MAX. 3, 8, 1 latius mihi -enti (*codd.*, circumspicienti *coni. ed.*) . . . se Fulvi Flacci constantia offert. VEREC. in cant. 9, 3 quod . . . femina . . . -at sibi populoque subiecto.

part. adiect. **circumīnspectus,** -a, -um: PHOEBAD. c. Arrian. 6 -o sermone. AVELL. p. 645, 24 responso -o (circumsp- *unus cod. rec.*) et cautissimo. *Elsperger.*

circumīnstāns *v.* circum *p. 1113, 35.*

circumitio *v.* circuitio.

circumitor *v.* circitor *p. 1100, 79 et 1101, 9.*

circumitus *v.* circuitus.

circumlābor, -ī *a* circum *et* labi. *non legitur nisi part. praes.* *i. q. ubique labi*: LVCAN. 6, 484 tantae molis onus percussum voce recessit perspectumque dedit -entis Olympi. AVIEN. Arat. 1723 cum patulum torret Vulcanus aenum, scintillas flamma -ente relinquit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

circumlambo, -ere *a* circum *et* lambere. PLIN nat. 11,171 *serpentibus lingua praelonga* ad circumlambenda ora. *Spelthahn.*

circumlātīcius, -a, -um *a* circumferre, circumlatus. *id quod circumferri potest*: SIDON. epist. 2,2,17 illis (*piscibus*) nec redire valentibus nec exire permissis quendam vivum et -um carcerem corpulentia facit.

circumlātio, -ōnis *f. a* circumferre, circumlatus. **1** *motio in circulum facta, περιφορά* (*cf.* HIER. in eccles. 2 p. 396 Septuaginta vero et Theodotio ... transtulerunt *περιφοράν*, quam nos, verbum de verbo exprimentes, -em possumus dicere. quomodo igitur hi, qui circumferuntur omni vento doctrinae, instabiles sunt): VITR. 9, 1, 8 Mercurii stella ita pervolitat uti ... perveniat ad id signum ex quo priore -e coepit facere cursum. 9, 1, 15 astra nitentia ... referuntur cotidiana temporis -e. CHALC. comm. 262 corporeum motum locularem vocans, cuius duae sunt species: translatio et -o. *ita emendes*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349A velocissimam caeli -em (circulationem *codd.*) ad instar rotae iugiter pervehens. **2** *actus circumferendi, circumportandi*: TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 455, 24 apparere possit ... in arcae -e apud Hierichonem sabbatum a creatore destructum. SERV. Aen. 6, 229 circumtulit purgavit. antiquum verbum est ... nam lustratio a -e dicta est vel taedae vel sulphuris (*cf.* circumfero *p. 1141, 80*). **3** *metonymice: i. q. consuetudo, conversatio*: IREN. 1, 25, 1 quod anima eius (*sc. Christi*) ... commemorata fuerit, quae visa essent sibi in ea -e, quae fuisset ingenito deo. 1, 25, 2 animas ... ipsorum (*i. apostolorum*) ex eadem -e devenientes ... eadem dignas habitas esse virtute. 2, 32, 3 dicentes autem, se ex eadem -e (circulatione *pars codd.*) cum Iesu habere animas et similes ei esse.

circumlātor, -ōris *m. a* circumferre, circumlatus. *i. q. renuntiator, nuntius*: TERT. adv. Marc. 1, 19 p. 314, 7 ut ostendam Christum Iesum non alterius dei -em quam creatoris (1, 21 p. 318, 18 cum Christus non alterius dei quam creatoris -r ostenditur). PORPH. Hor. ars 319 si verbi gratia -r referat de Regulo, quomodo captus sit aut punitus *eqs. huc ne pertinet*: GLOSS. IV 318, 14 *et* 495, 38 (*v. p. 1107, 2 sqq.*)? *cf.* GLOSS. II 101, 5 circumlator *περιφοράριος*. *Goetz.*

circumlatrātor, -ōris *m. a* circumlatrare. AVIEN. ora 391 Oceanus iste est, orbis effusi procul circumlatrator (*Hudson*, circumlatratur *codd.*).

circumlatro, -āvī, -ātum, -āre *a* circum *et* latrare. *in tmesi fort.*: VERG. Aen. 7, 588 *?v. s.* circum *p. 1114, 32*. *i. q. undique latrando circumdare.* **1** *proprie*: *de canibus*: SEN. dial. 6, 22, 5 (*in imag.*) acerrimi canes (*i. delatores*) ... -are hominem. AMM. 22, 16, 16. ut ... leonem putredulis vocibus canis catulus -ans. SIDON. carm. 5, 92 -at ingens turba canum. *de mari*: AVIEN. orb. terr. 578 Isthmi terga dehinc geminus -at aestus. 48. ora 159 -at pontus insulas duas. **2** *translate*: *de hominibus i. q. increpare, calumniari sim.*: LACT. inst. 2, 8, 50 in quo illum -antes philosophi omnes coarguerunt. IVVENC. 4, 535 nec talia quisquam in solum tantis -antibus ausus. AMM. 22, 12, 4 frustra virum -bant immobilem occultis iniuriis. HIER. in Gal. 2, 4, 16 p. 463 nec -antium strepitum pertimescere parvulorum. AVG. in psalm. 139, 11 de -antibus et circumsidiantibus malignis hominibus. epist. 65, 1 inter haereticorum -antium rabiem (util. cred. 17, 35). SVLP. SEV. Mart. 27, 4. SIDON. epist. 4, 24, 5 exactorumque -antum instantiam. ANON. de mach. bell. 6. *liberius de rebus incorporeis* (*quasi personatis*): SYMM. epist. 8, 17 *domus nostra* multis -atur iniuriis. AMM. 16, 6, 1 in comitatu Augusti -bat Arbetionem invidia. PAVL. NOL. epist. 1, 2 si nos profana vel stulta quorundam saecularium verba -ent. AVG. in psalm. 54, 5 multorum rabie -atus. 96, 4 -antur fluctibus omnium tentationum. 129, 2 totam vitam humanam -ari peccatis suis. epist. 118, 33 falsorum philosophorum erroribus -antibus. serm. ed. Mai 94, 7 hominum iniquitatibus -ati. ALC. AVIT. epist. 51 p. 80, 10 -antis undique livoris dente. CASSIOD. in psalm. 96, 1 -antium persecutionum numerositate. GREG. M. epist. 9, 227 p. 219, 23 -antibus curis temporalibus.

circumlātus, -a, -um *v.* circumfero.

circumlavo, -ere *et* -āre [circumlavo *et* circumluo *a* circum *et* lavere, lavare. *Th.*]. GLOSS. II 404, 12 *περιπλύνω* ci⟨rc⟩umlabo. **1** -ere: SALL. hist. frg. 2, 56 dubium an insula sit, quod Euri atque Africi superiactis fluctibus -itur (*cf.* NON. p. 503 lavit pro lavat). APVL. flor. 9 p. 34 eius anuli orbiculum -verat. **2** -āre: HYG. fab. 276 p. 152, 6 Aegyptus ... quam Nilus -at. *formam* circumluo *v. s. v.*

circumlego (-ectus?), -ere *a* circum *et* legere. VVLG. act. 28, 13 inde -entes (*περιελθόντες*) devenimus Rhegium. [*dub.*: GLOSS. IV 218, 50 circumlectus (circumiectus?) circumventus. *similia v. p. 1151, 50. 54. cf. p. 1152, 13.*]

circumlevo, -āre *a* circum *et* levare. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 194 -at tegmina, quae amplexu quodam corpus cingendo vaporatione sui resolvant.

circumligo, -āvī, -ātum, -āre *a* circum *et* ligare. *compos. inde a* CATONE; *in tmesi*: STAT. Theb. 12, 670 alternasque manus circum et nodosa ligantem bracchia (*sc. Theseum cum Minotauro luctantem*). *i. q. undique ligare.* *aliquid* (*aliquem*): PLIN. nat. 17, 212 gracilitate singularum *vitium* firmata -atis hastilibus. 23, 28. 28, 29 chartam inscriptam -atam lino subnectebat collo. 28, 41 capillus ... -atus. 28, 166 vulpis masculae genitale -atum. 28, 192 fel cuiuscumque animalis -atum. 28, 227. 29, 113 SIL. 3, 193. ARNOB. nat. 2, 26 quamvis eas *animas* solidissimae corporum -verint vinctiones. AMM. 18, 6, 15 ardente superposita lampade et -ata. VVLG. Is. 1, 6 vulnus et livor et plaga tumens non est -ata. PRVD. ham. 810 molle vel implicitas gluten -at alas. *aliquid* (*aliquem*) *aliqua re*: CATO agr. 22, 1 funi -ato miliarium. 40, 2 ea (*scissa salice*) stirpem praecisum -ato. CIC. div. 2, 66 ut *Roscius* -atus fuerit angui. LIV. 21, 8, 10 *ferrum* stuppa -bant. CELS. 8, 9, 1 fascia (GELL. 16, 3, 4 fasceis ventrem strictissime). PLIN. nat. 17, 86 totas *arbores* caespite -ari. 28, 98 suffiri furentes eodem (*dente*) et -ari ante pectus suum cum adipe renium. 30, 40 *strumas* -antes lino. 37, 162 smaragdum albis venis -atum. SIL. 13, 594 viperea latrans -at ilia cauda. 14, 347 hunc affusa globum Tethys -et undis. IVV. 7, 89 sementri digitos vatum -at auro. SER. SAMM. 402 quando lien tumido -at ilia vinclo. CHALC. comm. 92 hosque *circulos* exteriore alio circulo ... -et. PS. AMBR. laps. virg. 7, 31 mola -atus. VVLG. iud. 16, 13 clavum his *crinibus* -atum terrae fixeris. MARCELL. med. 3, 2 si planta ulmea caput -veris. *aliquid* (*aliquem*) *alicui rei* (*alicui*): VERG. Aen. 11, 555 *natam* habilem mediae -at hastae. PLIN. nat. 21, 140 infantibus eam (*i. irim*) -ari salutare est. 28, 138 -atur et lateribus, pectori, scapulis. 29, 138 formica -ata capillo. 31, 128 -antur *spongeae* hydropicis siccae. CHALC. transl. p. 43A circuitūs immortalis animae -bant irriguo fluidoque corpori (*ἐνέδουν εἰς σῶμα*). VVLG. Ezech. 24, 17 corona tua -ata sit tibi. DAMIG. lapid. 1 *lapis* -atus bracchio. 8 dextro femori. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 557 pronus pedibus blandas -at ulnas. *reflexive*: PLIN. nat. 18, 155 est herba, quae cicer enecat et ervum -ando se. ARNOB. nat. 2, 26 *animam* retinentem res suas corporibus semet -are terrenis. *in imagine*: STAT. Theb. 8, 676 niveo quam flammiger ales (*i. aquila*) olori imminet et magna trepidum -at umbra *alarum*. Ach. 1, 172 exceptamque avidis -at ulnis.

circumlinio *v. l. 71 sqq.*

***circumlino,** (-lēvī) (-līnī?), -litum, -ere *a* circum *et* linere. *perf. in* -ēvī *fort.* SEN. contr. *v. l. 42. supin.* -itū *v. p. 1155, 3 sqq.* circumlinistī, *quod sitne a perf.* circumlini *an a* circumlinivi *dubium est, v.* VVLG. *infra l. 54.* GLOSS. -itus unctus, circumdatus. **1** *proprie*: **a** *aliquid* (*aliquem*) *aliqua re*: CATO agr. 107, 1 quo labra doliorum -as. CIC. Tusc. 1, 108 Persae etiam cera -itos *mortuos* condunt. LVCR. 2, 745 *corpora* nullo -ita fuco. HOR. epist. 1, 10, 7 musco -ita saxa. OV. met. 11, 136 neve male optato maneas -itus auro (*de Mida.*) [*dub.* SEN. contr. exc. 5, 6 oculos puellari lenocinio -evit (*corr. Gertz,* circumdedit *codd.*)]. SEN. dial. 11, 5, 6 inania et specioso ac deceptorio fuco -ita inveni (*in imag.*). COLVM. 4, 29, 14 luto -itur resecta vitis. 12, 44, 1. 12, 46, 4 arb. 14 PLIN. nat. 17, 62. 21, 80 -i alvos fimo bubulo. 21, 83 vasis melle -itis. 27, 83 in olla fictili luto -ita. 28, 167. 28, 250. 29, 98. 33, 103. 131 *al.* SIL. 1, 355 *cetera* atro -ita sulphure. PLIN. epist. 6, 2, 2. GELL. 10, 15, 14 pedes lecti ... luto tenui -itos. SER. SAMM. 217. LACT. inst. 5, 1, 14 -atur poculum caelesti melle sapientiae (*in imag. cf.* SYMM. epist. 1, 32, 1 -ita melle tuo pocula. HIER. adv. Rufin. 1, 7 veneni calicem -ere melle). PLIN. med. praef. p. 9. FVLG. myth. praef. p. 14, 11 caerulanti peplo -ita (13, 11). HIER. in Ezech. 6 praef. labia melle. epist. 107, 6. 120, 5 centum libris myrrhae -itum *corpus*. VVLG. Ezech. 23, 40 circumlinisti stibio oculos tuos et ornata es mundo muliebri. CLAVD. 22, 137 *Luxuries* torvos auro -it hydros. AVG. serm. 311, 14 -unt papillas suas aliqua amaritudine. MART. CAP. 2, 140 ipsa species ovi interioris crocino -ita exterius rutilabat. **b** *aliquid alicui rei*: OV. met. 3, 373 summis -ita taedis ... sulphura. PLIN. nat. 22, 103 ex aqua vulneribus his -itur *laser*. 24, 22 *galbanum* ramo hellebori -itum. 24, 146 *aron* naturae (*i. genitali*) -itum. SER. SAMM. 823 si trita *cortex raphani* admorsis fuerit -ita membris. **2** *translate*: QVINT. inst. 4, 1, 60 neque deducta semper atque -ita *oratio*, sed saepe simplici atque illaboratae similis. 8, 5, 26 nec pictura, in qua nihil -itum est, eminet. LACT. inst. 3, 1, 3 nisi *mendacium* ornatu aliunde quaesito -itum fuerit ac politum. HIER. in Ier. 3 praef. p. 923 *diabolus* universa mendacia subdolo melle -ens. c. Ioh. 3 venena erroris -bant melle verborum. MART. BRAC. superb. 5 hic est primi illius veneni saporatus interitus, qui amarissimo inanis iactantiae melle -itus angelum fefellit et hominem.

forma **circumlinio,** -īre (*de perf. v. supra l. 36*): **1** *proprie*: *aliqua re aliquid*: COLVM. 6, 16, 3 *ulcera* eodem medicamento -ienda. 6, 17, 9 -iendus erit oculus pice liquida. RVFIN. Basil. hom. 1 summitates poculi ... melle -iunt. THEOD. PRISC. eup. faen. 47 dentem -ies. **2** *translate*: QVINT. inst. 1, 11, 7 simplicem vocis naturam pleniore quodam sono -iri, quod Graeci *καταπεπλασμένον* dicunt. 12, 9, 8 si forte susceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus -iunt (*i. exornant*).

deriv.: circumlitio.

circumlitio, -ōnis *f. a* circumlinere. **1** *actus circumlinendi*: PLIN. nat. 24, 40 oris -es. **2** *t. t. picturae*: SEN. epist. 86, 6 nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa et in picturae modum variata -o praetexitur. PLIN. nat. 35, 133 Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus, quae maxime

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opera sua probaret in marmoribus: quibus Nicias manum admovisset; tantum -i eius tribuebat. *de re cf. Blümner, Technol. III 203.*

circumlitū *abl. a* circumlinere. PLIN. nat. 25, 153 praecipuus est *sucus cicutae* ad cohibendas epiphoras aestivas oculorumque dolores sedandos circumlitu (*sic Ian.* -tum *codd.*, -tus *edd. vett.*).

circumlocо *v. s.* circum *p. 1113, 39.*

circumlocūtio, -ōnis *f.* [*a* circum *et* locutio, *cf.* περίφρασις. *Th.*]. GLOSS. περίφρασις. -es: obscuritates. SCHOL. Ter. p. 81, 29 circumitione: circumlocutione, ambage. *per tmesim*: CARM. de fig. 181 est autem circum illa locutio: 'bucera saecla'. *definitiones*: QVINT. inst. 8, 6, 61 quidquid significari brevius potest et cum ornatu latius ostenditur περίφρασις est, cui nomen latine datum est non sane aptum orationis virtuti -o. DIOM. gramm. I 460, 8 -o cum cultu longiore verborum ambitu rem describens. DON. gramm. IV 400, 32 -o, quae fit aut ornandae rei causa, quae pulchra est, aut vitandae, quae turpis est. *dubium*: ISID. orig. 1, 36, 15 *v. infra l. 23 sqq.* GELL. 3, 1, 5 usum esse Sallustium -e quadam poetica. APVL. apol. 33 virile marinum nescio qua -e male ac sordide nominavit. ARNOB. nat. 6, 27 sine ullis -bus dicere. AMM. 30, 4, 15 *advocati* -bus indigestis ita scatentes. SERV. Aen. 1, 65. 121. 244 rem unius sermonis -bus dicere. 1, 295. 4, 6 AVG. de serm. dom. 1, 1, 2. LEO M. epist. 70 p. 894 remotis -bus, quibus obscurari veritas solet. CLAVD. MAM. anim. p. 24, 15.

periphrasis est **circumloquium** (*vulg.*, circumlocutio *Guelf.*), dum res una plurimis verbis significatur ISID. orig. 1, 36, 15. *cf. c.* circumlocutio, circumloqui *et c.* eloquium.

circumloquor, -cūtus sum, -ī [*cf. c.* circumlocutio *et c.* περιφράζειν. *Th.*]. MACR. exc. gramm. V 640, 16 quod et latinitas, quamvis -endo, non tamen respuit. DON. Ter. Eun. 151 honeste -itur et oratorie. PACIAN. epist. 2, 3 p. 30 nec ego Novatiani tui nomen accuso, quod totiens requisitum -entibus litteris et operto quodam sinu claudis. AVSON. 146, 15 nunc proloquor -entis ambitu. 406, 8 possem absolute dicere, sed dulcius -ar diuque fando perfruar. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 1 per perifrasin -utus est. AVG. in psalm. 118 serm. 18, 4 non -retur latinus interpres dicendo. quant. anim. 11, 18 ut minus in disputando -amur. c. Iul. 5, 5, 19 ut nos diutius de pudendis rebus cogat et necessitas loqui et honestas -i. gen. ad litt. 12, 7, 16 p. 388, 4 util. cred. 3, 5 c. Secundin. 24 trin. 15, 9, 15 nupt. et concup. 2, 7, 17 PROSP. resp. ad Gall. 2 praef. nulla -endi arte praetexere, sed absolute ac libere prava respuere. ENNOD. epist. 2, 19, 5 p. 61, 8 quid diu replicanda -or? 4, 11, 1 p. 106, 14.

circumlūceo, -lūxī, -ēre *a* circum *et* lucere. GLOSS. περιλάμπω, circumfulgeo. *absol.*: SEN. dial. 6, 2, 5 ipsam magnitudinis fraternae nimis circumlucentem fortunam exosa. *c. dativo*: ITALA *infra l. 45.* *transit.*: ITALA Luc. 2, 9 (cod. a) maiestas domini -xit eos (cod. d: gloria -xit eis, περιέλαμψεν αὐτούς, VVLG. circumfulsit illos, *v. p. 1147, 30*).

circumluo, -ere *a* circum *et* lavere (*v. et p. 1153, 66*). GLOSS. -it: circum solvit aut fluit. LIV. 25, 11, 1 mari, quo in paeneinsulae modum pars maior *arcis* -itur. MELA 1, 2 ut ea *litora* subit ac -it pelagus. TAC. hist. 4, 12 quam *insulam* mare Oceanus a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera -it. AMM. 22, 8, 2 *Aegaeum* laeva Imbrum et Tenedum -ens. 24, 1, 6 munimentum . . . -itur fluentis Euphratis. 30, 1, 10 RVFIN. Basil. reg. praef. Orig. in num. 15, 1 luxuriae aestibus -itur. AVG. gen. ad litt. 8, 9, 17 p. 244, 8 aquis terram fundatam interlui atque -i. in psalm. 73, 13. CASSIAN. conl. 11, 1 vel mari vel stagnis salsis undique -untur. ISID. orig. 14, 8, 42 *infra l. 77 sq.*

deriv.: circumluvio (-ium).

circumlūstro, -āvī, -ātum, -āre *a* circum *et* lustrare. *compos. fort. inde a* TIB. *vel certe a* SIL.; *seiungitur*: LVCR. 5, 1437 mundi . . . templum sol et luna suo lustrantes lumine circum. VARIVS carm. frg. 4, 3 *canis* circum vestigia *cervae* lustrans (latrans *Ulitius*) aethera per nitidum tenues sectatur odores. [*aliter* LVCIL. 1034 *v. p. 1115, 55.* SIL. 2, 266 *v. p. 1116, 70.*] *i. q. circumire, circumspicere, visitare.* TIB. 1, 5, 11 ipseque te -vi sulphure puro. SIL. 1, 298 ipse . . . -vit anhelo muros saevus equo. COD. Theod. 4, 8, 5, 1 (*a. 322*) -atis provinciae populis. RVFIN. Orig. in Ios. 7, 6 ut omnia circumspicias, omnia -es, etiam ventura praevideas. epist. Clement. 12 oberrantes et -antes cum verecundia actus totius ecclesiae et perscrutantes. Basil. hom. 6, 3 cum singula et diversa corpora -et *sol.*

circumluvio, -ōnis *f.* [*a* circumluere, *cf.* circumluvium. *Th.*]. *i. q. circumluvium.* CIC. de orat. 1, 173 in quibus (*causis centumviralibus*) tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, . . . ceterarumque rerum innumerabilium iura versentur.

circumluvium, -ī *n.* [*a* circumluere, *cf.* circumluvio. *Th.*]. *t. t. Ictorum i. q. imminutio terrae aqua circumfluente effecta. cf.* alluvio. PAVL. FEST. p. 64 -um ius praediorum. ISID. orig. 14, 8, 42 -um locus, quem aqua circumluit (GLOSS. V 178, 32. 565, 24).

circummanco, -ēre *a* circum *et* manere. HIER. epist. 21, 3, 1 laetitia . . . -entium vicinarum (GREG. TVR. glor. conf. 80 nullum vicinorum -entium *ignis* nocuit).

circummēnsūrātio, -ōnis *f. a* circum *et* mensuratio. IREN. 1, 17, 1 Zodiaci circuli -em (circumcommensurationem *var. lect.*; περίμετρον) esse partium 360. 4, 19, 2 -is initium et finem.

circummeo, -āvī, -āre *a* circum *et* meare. GLOSS. conlustro. TERT. pall. 1 quantum -vit a Pelasgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos. SCHOL. Hor. ars 136 poetae, qui civitates -ant recitantes.

circummētio, -īre *cf. c.* circum *et c.* metiri. VITR. 4, 4, 3 si duae columnae aeque crassae lineis -entur.

circummeto *v.* circum *p. 1113, 42.*

circummingo, -minxī, -ere *a* circum *et* mingere. PETRON. 57 si -xero illum, nesciet qua fugiat. 62 ille -xit vestimenta sua et subito lupus factus est.

circummitto, -mīsī, -missum, -ere *a* circum *et* mittere. *seiunguntur adv. et verb.*: Ps. QVINT. decl. 9, 12 *v. p. 1113, 43.* GLOSS. IV 318, 39 -entes obligantes. CAES. Gall. 5, 51, 3 praeconibusque -issis pronuntiari iubent. 7, 63, 1 legationes in omnes partes -untur (civ. 3, 55, 3 -issis legationibus). civ. 1, 12, 3 dilectumque toto Piceno -issis senatoribus habebat. 1, 21, 4 tribunos militum et praefectos -it. LIV. 2, 50, 10 ni iugo -issus Veiens in verticem collis evasisset. 4, 18, 4 Veiens . . . qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes -sit. 4, 59, 5 -issae quattuor cohortes. 26, 42, 5 is classe -issus. 29, 25, 6 scaphas -sit. 29, 33, 3. 36, 14, 13 tribuno cum duorum signorum militibus -isso. 40, 22, 13. *i. q. circumpono*: ORIG. in Matth. 18, 53 stercus illi *fico* . . . -i. *adde*: PAPYR. Amherst II 26 III 4 vulpecula . . . peregrina volens circomitti quis saevi⟨tia?⟩ (*Babrios 11, 2 ξένη θελήσας περιβαλεῖν τις αἰκίη*).

circummoenio *v.* circummunio.

circummoveo, -ēre *a* circum *et* movere; *cf.* circa movere *p. 1079, 74. aliter* VERG. Aen. 3, 92 moveri mons circum, *v. p. 1114, 18.* DOSITH. gramm. VII 434, 6 -o περικινῶ. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 70 si ante oculos eorum quisquam digitos -eat. *Spelthahn.*

circummūgio, -īre *a* circum *et* mugire. *in tmesi*: HOR. carm. 2, 16, 33 te greges centum Siculaeque circum mugiunt vaccae. *videtur coaluisse*: STAT. Theb. 7, 573 ausae -ire iuvencae *tigres.* *Elsperger.*

circummulceo, -ēre *a* circum *et* mulcere. *verb. et adv. seiunguntur*: LVCR. 3, 141 haec loca (*i. in pectore*) circum laetitiae mulcent. *cf.* VERG. Aen. 7, 32 *p. 1114, 54.* *compos.*: PLIN. nat. 28, 30 in dolium serpentium coniectus experimenti causa -entibus linguis miraculum praebuit.

circummundo, -āvī, -āre *a* circum *et* mundare. ITALA Is. 6, 7 (Hier. hom. Orig. in Is. 1, 4 p. 1105) peccata tua -vi (περικαθαριεῖ, VVLG. mundabitur, *at* ITALA *p. 1158, 65* circumpurgavi).

circummūnio, -īvī, -ītum, -īre *a* circum *et* munire. circummoenitus: PLAVT. Capt. 254. *in codd. confunduntur* circummunio *et* circumvenio, *ut ap.* COLVM. 5, 9, 11. 5, 10, 1. PLAVT. Capt. 254 ita vinclis custodiisque -iti sumus. CAES. Gall. 2, 30, 2 crebrisque castellis -iti. civ. 1, 18, 6 oppidum vallo castellisque -ire. 1, 81, 5 vallo fossaque. 1, 84, 4. 2, 16, 2 urbem . . . muro turribusque. 2, 36, 1. 3, 66, 2. 3, 97, 2 montem opere. BELL. Afr. 79, 1. 80, 2 BELL. Hisp. 34, 6. 38, 6. COLVM. arb. 18 *pomarium* -ito macerie aut fossa.

deriv.: circummunitio.

circummūnītio, -ōnis *f. a* circummunire. *i. q. actio muniendi*: CAES. civ. 1, 19, 4 obsidione atque oppidi -e. *i. q. munimentum*: BELL. Hisp. 38, 6 -es iugo derigunt.

circummūrāle, -is *n.* [*a* circum *et* murus; *cf.* muralis. *Th.*]. ITALA Is. 26, 1 (Hier. in Is. 26, 1 p. 343 *et* epist. 96, 9) ponet murum et -e (περίτειχος, VVLG. antemurale). HIER. in Ezech. 14, 48 p. 609 -ia urbis.

circummūrānus, -a, -um [*a* circum *et* murus. *Th.*]. AMM. 14, 6, 4 *Romae* populus . . . -a pertulit bella. 21, 13, 2 timebat eum periculis obiectare -is.

circummūro, -āre *a* circum *et* murare. CHRON. Alex. chron. I p. 129, 313 aedificabitur Hierusalem et -bitur (περιτειχισθήσεται).

I ***proprie*** *i. q. stare circum aliquem* (*aliquid*), *circumdare, cingere; frequenter verbo apponitur* undique (*i. q. κυκλόθεν*): **A** *intransitive* (*adde supra l. 56 sqq.*): ENN. scaen. 30 -ant cum ardentibus taedis. VARRO Men. 277 quid? qui vident (quicquid evident *codd. Non.*) et -ant, non rident. LVCR. 3, 469 ad vitam qui revocantes -ant. CIC. Att. 14, 12, 2 ita multi -ant, qui quidem nostris mortem minitantur. VERG. Aen. 8, 486 -ant animae dextra laevaque frequentes (*cf.* CVRT. 4, 14, 9 dextra laevaque ad -antia agmina). 12, 85 aurigae. LIV. 2, 27, 12 cum -ret cotidiana multitudo (ASCON. Mil. p. 41 Cl. SVET. Claud. 10). 2, 47, 7 excepta a -antibus tela (3, 5, 7 *al.* VAL. MAX. 3, 3 ext. 1. 7, 5, 2 CELS. 7, 26, 2 PHAEDR. app. 25, 3 SEN. dial. 5, 23, 3 *passim.*). 3, 47, 6 -antibus matronis. 4, 53, 12 favor -antis populi (*cf.* LACT. inst. 4, 26, 21 corona enim dicitur -ans in orbem populus. VVLG. Ioh. 11, 42. *v. p. 1174, 2. cf.* VVLG. gen. 23, 13 -ante plebe). 25, 39, 16 cum magno pavore -antium militum (TAC. ann. 15, 67). 37, 41, 11 ab alia -antium turba (CVRT. 6, 10, 36 QVINT. decl. 270 p. 105, 6 SVET. Iul. 84 ITALA Ioh. 11, 42 [Tert. adv. Prax. 23 p. 271, 10] VVLG. Luc. 12, 1. *cf.* SEN. contr. 2, 4, 3 non servorum turba -bat. STAT. silv. 5, 1, 235 -ant famuli consuetaque turba. VELL. 2, 14, 2 intuens -antium . . . frequentiam. PLIN. epist. 6, 33, 3 densa -antium corona. SVET. Aug. 93 APVL. met. 2, 13 flor. 14 p. 49). SEN. dial. 10, 20, 3 a -ante familia plangi (QVINT. decl. 321 p. 263, 11). epist. 13, 6 quotiens -steterint, qui. CVRT. 9, 3, 15 non uti inirem -antis exercitus gratiam (VVLG. Iob 29, 25). SVET. Iul. 14 manus equitum . . . quae armata praesidii causa -bat. FIRM. err. 9, 1 percussor . . . -antibus vulnusque monstratur. HIER. epist. 1, 6, 2 quid miramini . . . -antes? VVLG. Sirach 46, 19 in oppugnando hostes -antes undique (*κυκλόθεν*). *nota de re*: OV. met. 3, 441 ad -antes . . . silvas.

B *transitive*: **1** *aliquem*: CIC. Catil. 1, 21 cives, qui -ant senatum (*cf.* LIV. 3, 38, 6). Att. 1, 16, 4. VERG. Aen. 8, 300 non te... Lernaeus turba capitum -stetit anguis. OV. met. 2, 394 dicentem -ant omnia Solem numina. 3, 249 undique -ant *canes* mersisque in corpore rostris dilacerant . . . dominum *Actaeona* (*v.* quasi canes *p. 1173, 64*). LIV. 3, 9, 6 si ambo consules infesti -rent (*v,* circum in- *rel. codd.*) tribunum. 10, 29, 2 globus -ans consulis corpus. SEN. dial. 12, 6, 1 -at te omnis ista consolantium frequentia. epist. 17, 3 non -at illum turba servorum (*cf.* STAT. silv. 4, 8, 43 PAVL. NOL. carm. 20, 95 SIDON. epist. 2, 2, 9). 28, 8 triginta . . . tyranni Socratem -steterunt nec potuerunt animum eius infringere (*cf.* APVL. met. 1, 12). CVRT. 6, 11, 38 ut praefectos regis -antes se vidit. SIL. 5, 128 umbrarum me noctibus atris agmina -ant. SVET. Iul. 82 assidentem conspirati specie officii -steterunt. VVLG. I reg. 22, 6 servi eius -rent eum (22, 17 II Macc. 3, 26 act. 25, 7). EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 951[A] illae *aves* parentes suos . . . -antes (*i. tuentes*). **2** *aliquid*: CIC. Catil. 1, 32 *improbi* desinant insidiari domi suae consuli, -are tribunal praetoris urbani. CAES. Gall. 3, 15, 1 cum singulas binae ac ternae naves -steterant (-sisterent *β*). VERG. Aen. 7, 585 certatim regis -ant tecta Latini. 11, 388 -ant undique muros (*v. et supra l. 13*). PROP. 2, 9, 27 lectum flentes -remus amici. 2, 31, 7 *v. p. 1173, 66.* OV. met. 2, 717 densi -ant sacra ministri. 11, 505 ubi demissam (*navem*) curvum -stetit aequor. LIV. 8, 32, 14 legati -antes sellam (10, 15, 9 SVET. Aug. 35). 27, 40, 6 duces -are urbem Romanam. SIL. 14, 627 -ant alacres signa. PS. QVINT. decl. 9, 11 haec fortasse, quae -at iudicium, corona (*cf. p. 1173, 82*). *de re*: DRAC. laud. dei 3, 696 pectora -ant (*i. tuentur*) crates.

II *in* ***imagine*** *de rebus; plerumque imagini minitandi, imminendi notio subest* (*cf. p. 1173, 2; at v. l. 29. 39. 63*): PLAVT. Trin. 835 *v. p. 1173, 64.* CIC. Verr. 1, 52 -ant te summae auctoritates. Phil. 10, 20 cum vero dies et noctis omnia nos undique fata -ent. VERG. Aen. 2, 559 me... saevus -stetit horror. 4, 561 pericula *v. p. 1173, 66* (SEN. contr. 1, 8, 6 eadem pericula nos ubique -ant. CELS. 7, 7, 8 hic quoque duo pericula -ant). 10, 903 scio acerba meorum -are odia. OV. trist. 5, 6, 41 tam me -ant (*sic Goth.*[1]; -et *Goth.*[3], circumdat *Guelf.*) densorum turba malorum (*cf.* LIV. 21, 55, 10 in tot -antibus malis. DRAC. Romul. 8, 38. VVLG. Hebr. 12, 1 -ans [*εὐπερίστατον*] nos peccatum. VAL. CEM. hom. 17, 5). LIV. 3, 38, 6 simul duobus -antibus urbem bellis (*cf.* 34, 27, 1). 6, 2, 4 cum tanti undique terrores -rent (*cf.* PAVL. NOL. carm. 18, 97 unde igitur tantus -at limina terror?). 6, 9, 10 ancepsque terror *cum* Etruscos -ret (21, 28, 3. 42, 65, 8). 25, 34, 10 ancepsque proelium Romanos -steterat incertos. 30, 3, 3 *belli opera* multa simul undique eum -bant. SEN. dial. 10, 2, 3 urgent et (urgentem *Madvig*, urgentes *A*) -ant vitia undique (benef. 4, 27, 1). SIL. 2, 550 luctus et atri pectora -ant planctus. QVINT. inst. 5, 12, 4 -antibus *argumentis.* 10, 3, 30 tot -antibus iudiciis. PLIN. paneg. 3 haec me cura, haec difficultas sola -at. TAC. dial. 8, 13 paupertas et angustiae rerum nascentes eos -steterunt. TERT. bapt. 20 ipsum dominum... temptationes -steterunt. IVVENC. 4, 584 mentemque Simonis -ant tristem vera praesagia Christi. CLAVD. 26, 111 Italiam quotiens -stetit atrox tempestas. EVGIPP. Sev. 43, 4 quanta nos -ent (*v. supra l. 41*) adiumenta sanctorum. *nota part. praes.* circumstāns, -tis *n. i. q. circumstantia*: AVG. gen. ad litt. 1, 19 p. 28, 15 si utrique sententiae cetera -ia suffragantur (*cf.* quaest. hept. 2, 159 serm. 32, 6, 6). GREG. M. moral. 3, 10 Iob ut considerationem fragilitatis suae etiam ex -bus traheret. *Probst.*

circumstrepo, -uī, -itum, -ere *a* circum *et* strepere. NOT. Tir. 89, 46. **1** *proprie: undique strepere; strepitu offendere vel distringere*: **a** *transitive*: MANIL. 1, 23 mundus . . . immenso vatem -it orbe. SEN. epist. 56, 4 quae me sine avocatione -unt, essedas ... fabrum. 91, 19 istis, qui te -unt, credas. VAL. FL. 6, 302 lancea ...-it incita vittas. TAC. hist. 2, 44 legatus clamore seditiosorum -itur. GELL. 2, 29, 8 pulli tremebundi, trepiduli -ere orareque matrem. APVL. apol. 75 fenestrae canticis -itae. RVFIN. Basil. hom. 3, 6 miserabili te et flebili lamentatione -unt. AVG. conf. 3, 1, 1 -bat me undique sartago. SIDON. epist. 4, 15, 3 autumnus . . . aures foliis . . . labentibus crepulo fragore -it. 7, 9, 9 aures . . . incondito tumultu -itas.
b *intransitive*: SEN. epist. 56, 14 si inani sono vana -et *vox.* HIER. epist. 125, 18 facto cuneo -entium garrulorum procedebat. DICT. 5, 14 hostiles multae nationes -rent. AVG. in psalm. 66, 6 formidulosa -unt omnia, vel potius non -unt sed circumsilent. SVLP. SEV. chron. 1, 18, 1 tubae -rent. GREG. TVR. Franc. 6, 11 qui cum . . . armis -bant.
nota de re: TAC. ann. 3, 36 atrociora -bant. *cum enuntiato* (*i. q. cir-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cumstrependo flagitare): TAC. ann. 11, 31 certatim ceteri -bant, iret in castra. **2** *translate: i. q. perturbare, vexare*: SEN. dial. 7, 11, 1 humanam vitam -entibus minis. epist. 82, 4 mala humana -ent. IVST. 6, 5, 7 undique belli formidine -ente. HIL. trin. 2, 22 -entium undique haereticorum otiosa fraudulentia (RVFIN. Orig. in gen. 3, 1 qui foris positi arroganter nos -unt, dicentes *eqs.* Orig. in cant. 3 p. 150^{B} haereticorum -entium se [*ecclesiam*] morsibus). ENNOD. epist. 4, 14, 3 p. 109, 17 -entium videatur superasse commenta. AVG. epist. 118, 2 ecclesiasticis curis -entibus districtum. in psalm. 102, 6 cura suorum -ente et murmurante revocatur a talibus curis. 145, 9 -entibus undique tentationibus.

syn.: murmurare. *opp.*: circumsilere.

circumstrīdēns, -ntis *a* circum *et* stridere, stridens. AMM. 14, 11, 17 sauciabantur eius sensus -ium terrore larvarum. ALC. AVIT. epist. 50 p. 78, 24 -bus undique naufragiorum casibus.

circumstringo, -strictum, -ere *a* circum *et* 1. stringere. *seiungitur*: GRATT. 144 *in arbore* stringe notas circum. *compos.*: TERT. pall. 1 pallii ... habitus ... cervicibus -ctus in fibulae morsu umeris acquiescebat. 5 *pallium* nihil circumfulcit, nihil -it. coron. 8 cum linteo -itur, propria Osiridis veste. *in imag.*: PS. ARNOB. confl. 2, 11 p. 286^{C} deitatis quae omnia -it.

circumstruo, -structum, -ere *a* circum *et* struere. INSCR. Notiz. degli scavi 1902 p. 121 aediculamque -endam. COLVM. 9, 6, 4 opere latericio -ctis alvis. 9, 7, 2 superponuntur ... albaria. praeterquam tergo et frontibus -cta. 9, 15, 11 si forte alvearia -cta et immobilia fuerint. PLIN. nat. 11, 16 his dein fores quoque latiores -unt prima fundamenta. 19, 163 ripis ... undique -ctis lapide. CELS. dig. 19, 1, 38, 2 aquam ducerent in aenum lateribus -ctum. SVET. Dom. 4 effosso et -cto iuxta Tiberim lacu. OROS. hist. 5, 16, 17 plaustris in modum castrorum -ctis. CORP. VI 15593, 9 simulacra Claudiae ... ita uti cum maceria a me -cta est.

circumstupeo *v.* circum *p. 1114, 35.*

circumsūdo *v.* circum *p. 1113, 71.*

circumsurgo *v.* circum *p. 1113, 50. 72 sq.*

circumsūtus, -a, -um *a* circum *et* suere, sutus. CELS. 8, 5 in longitudinem implicata linamenta et molli pellicula cincta -aque. PLIN. nat. 4, 104 Britannos vitilibus navigiis corio -is navigare (7, 206 *naves* in Britannico oceano vitiles corio, -ae fiunt. 34, 156 vitilibus ... navigiis et -is corio).

?circumtallum *σφυδρόν* GLOSS. II 100, 28 (cincum tallum *ξοᾶς λέπυρον* **c**; cicum *et σφυρόν Vulc.*; circumtalium: *σφυρόν Bücheler*).

circumtego, -tēctum, -ere *a* circum *et* tegere (*cf.* circa tegere *p. 1080, 42*). *i. q. undique tegere, tutari. compos. ap.* NAEV., *ut videtur, dein inde ab* ITALA; *in tmesi*: VERG. Aen. 6, 443 secreti celant calles et murtea circum silva tegit. [*corrupt.*: PLIN. nat. 23, 37 -ctis *pro* circumiectis.]

NAEV. com. 101 sedens in cella -ctus tegetibus. ITALA Matth. 6, 30 (cod. k) si faenum ... -it (*ἀμφιέννυσιν*, VVLG. vestit), quantu(m) magis nos. DICT. 3, 11 Patrocli corpus ... veste -itur maxime ob tegenda vulnera. VVLG. Hebr. 9, 4 arcam testamenti -ctam (*περικεκαλυμμένην*) ex omni parte auro. PHYSIOGN. 73 venter et pectus si nimio capillo -cta fuerint. PS. APVL. Ascl. 7 *ὑλικόν* ... mundanum ... e quo factum est corpus, quo -itur. AVG. in psalm. 55, 9 carne -imur, per quam carnem cor videri non potest. quaest. hept. 2, 177, 16 velis capillaciis interius tabernaculum -itur. SVLP. SEV. dial. 1, 15, 7 *pelle* sanctus ille quasi amiculo -ctus. 2, 3, 2 in veste hispida, nigro et pendulo pallio -ctum. 3, 6, 3 cilicio -ctus. HESYCH. in lev. 1, 5—9 p. 797^{B} ut divitiis aliisque omnibus saecularibus, quibus -imur, expoliemur. LEO M. serm. 24, 6 hoc dolo actuum suorum obscena -unt. CAEL. AVR. acut. 2, 6, 27 dorsum lanis mollibus -endum. 2, 19, 113 -ctus ... atque inclusus vapor. 2, 34, 180 membranam quae cor -it (2, 34, 183). 2, 37, 196 ora atque colla aegrotantis -entes (3, 8, 75). 2, 39, 227 pannis -enda loca. 3, 5, 58 spongia vultus -endus. 3, 21, 200. chron. 1, 1, 6 *membrana* testam -it. 2, 4, 73 musculi buccarum lana ... -endi. 3, 6, 89 harena litoraria ignita -cto corpore. 4, 3, 20 cute quae ventrem -it. 4, 7, 93. 5, 1, 5. 5, 10, 95. diaet. pass. 44. PS. SORAN. quaest. med. 364, 30 *vena* est vasculum simplex, quo sanguis ... -itur. SACR. Leon. p. 327 quos tuos efficis, domine, tua pietate -e. p. 422 in interiora ... repleat et exteriora -at. GREG. M. moral. 12, 47 hinc inde se -it *fallax.* PASS. Theclae C 34 p. 97, 20 -cta est nube ignea. *nota*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 35 harena litori vicina, quae sit sole ignita et -cta gremio, foveat aegrotantem.

circumtendo, -tentum, -ere *a* circum *et* tendere. PLAVT. Mil. 235 erus meus elephanti corio -ntus est, non suo. AVG. quaest. hept. 2, 177, 10 quantum sufficit decem illis aulaeis -endis. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 174 -nto linteolis vasculo.

circumteneo, -uī, -ēre *a* circum *et* tenere. *scribitur* -tine-: CLEM. ad Cor. 33 NOT. Tir. 6, 59. -tenitur: ORIBAS. syn. 5, 53 *bis.* ITALA IV Esdr. 16, 40 -ent (VVLG. dolores -bunt *saeculum*). IREN. 1, 30, 3 omnia accurrisse et adhaesisse dicunt et -uisse eam. CLEM. ad Cor. 33 terram ... separavit a -ente illam aqua. CHALC. comm. 204 corpora ambitu animae -rentur et sine complexu eius mox dissiparentur. SERM. Arrian. frg. I 4 *pater filium* -et ... ille vero -et universa. *ibid.* pater et filius, qui -et et qui -etur. EXPOS. mundi 61 locum ... quantum corium bubulum -ere potuit. ORIBAS. syn. 5, 53 -itur humor in tonica ventris. *ibid.* spiritus ventositati plenus sit et -itur. 6, 29.

circumtergeo *v.* circum *p. 1113, 75.*

circumtermino, -āvī, -āre *a* circum *et* terminare. IREN. 4, 36, 2 saepem ... circumdedit, id est -vit eorum culturam. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 31 ipse ... se ipsum -vit *deus.* AVG. c. Adim. 28 non ... deum forma corporea -at.

circumtero *v.* circum *p. 1113, 76.*

circumtexo, -textum, -ere *a* circum *et* texere. VERG. Aén. 1, 649 -tum croceo velamen acantho. RVFIN. Basil. hom. 1, 3 membrorum indumenta ei (*cordi*) -i. *part. pass.* circumtextum, -ī *n., nomen vestimenti*: VARRO ling. 5, 132 circumiectui appellant, et quod amictui habet purpuram circum, vocant -um. ISID. orig. 19, 24, 10 -um est quod graece *κυκλάς* dicitur .... -um autem dictum, quia est rotundum pallium. GLOSS. V 565, 35 indumentum quod graece *κυκλάς* dicitur. *Wulff.*

circumtineo *v.* circumteneo *p. 1175, 78.*

circumtinnio, -īre *a* circum *et* tinnire. *i. q. tinnitu circumdare*: VARRO rust. 3, 16, 30 iaciundo in eas (*apes*) pulvere et -endo aere perterritae. *Elsperger.*

circumtollo *v.* circum *p. 1113, 17.*

circumtondeo, -tōnsus, -ēre *a* circum *et* tondere. VARRO frg. Non. p. 179 alii ita sunt -si et terti atque uncti. SVET. Aug. 45 in puerilem habitum -sam matronam. ITALA Ier. 25, 18 (Tycon. 4 p. 53, 25) omnem -sam a facie (*ἐπικεκαρμένον*, VVLG. qui attonsi sunt in comam). PASS. Theclae C 25 p. 67, 17 -e me, ut sequar te. *nota*: SEN. epist. 115, 2 oratio ... si -sa est et fucata et manu facta (*v. Ernesti, Lex. techn. p. 329*).

circumtono, -uī, -āre *a* circum *et* tonare (*cf.* LVCR. 2, 618 tonant ... circum *p. 1114, 49*). HOR. sat. 2, 3, 223 hunc -uit gaudens Bellona cruentis. STAT. Theb. 7, 16 raucae -at ira Maleae. SIL. 4, 253 saevisque virum -at armis. 6, 216 feralem strepitu -at aulam. AVIEN. orb. terr. 149 trina haec pelagi -at unda. CLAVD. 3, 272 illisa montem -at unda. [*dub.*: VERG. Aen. 8, 477 *v. p. 1166, 67.*]

circumtorqueo, -ēre *a* circum *et* torquere. APVL. met. 6, 30 manu secutus prehenso loro retrorsum me -et.

circumtraho, -tractus, -ere *a* circum *et* trahere. DICT. 3, 15 curru concito per campum ... pervolat hostem mirandum in modum -ens. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 31 cucurbitis ... admotis atque violenter remotis aut -ctis. 2, 5, 87 admota manu ac digitis -ctis oculis tenus palpebra recognoscitur. *Wulff.*

circumtremo *v.* circum *p. 1114, 16. 64.*

circumtueor, -ērī *a* circum *et* tueri. *i. q. circumspicere sub III B p. 1171, 4 sqq.*: APVL. flor. 2 p. 8 *aquila* -etur et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese ruat. *Elsperger.*

circumtumeo *v.* circum *p. 1113, 78.*

circumtumulātus, -a, -um *v.* circum *p. 1113, 79.*

circumtundo, -tūsus, -ere *a* circum *et* tundere. AVG. c. Cresc. 3, 46, 50 domum ... lapidibus -ere, ambire flamma. c. Parm. 1, 1 sanctarum paginarum vocibus -sus evigilavit. serm. 360 ego de ecclesia ... -bar divinarum vocibus litterarum. *Wulff.*

circumvādo, -sī, -ere *a* circum *et* vadere. *i. q. circumire. c. acc.* LIV. 9, 40, 13 cum *novus terror* ex parte utraque -isset aciem (34, 21, 5. 34, 38, 6 undique). 10, 2, 12 profectique *pars* ad classem immobiles naves et loca ignota plus quam hostes timentes -unt. PLIN. nat. 9, 92 *canes* redeuntem polypum -sere. TAC. ann. 12, 43 iura reddentem Claudium -ere clamoribus turbidis. AMM. 20, 6, 3.

circumvagor, -ātus sum, -ārī *a* circum *et* vagari. *proprie*: *absolute*: VITR. 5, 8, 2 circumsonantes ... *dicuntur loci*, in quibus -ando coacta *vox* ... sine extremis casibus sonans ibi extinguatur. *transit.*: HEGES. 3, 26, 1 *Iordanes* plurima -atus deserta. PS. AVG. serm. 280, 3 neque in venatione se *quisquam* occupet ... -ando campos et silvas. *translate*: HEGES. 4, 5 hactenus -ari licuerit, dum templi sancti a maioribus conditi et sacrae legis contagia refugientes circa alias urbes stilum occupamus.

circumvagus, -a, -um [*cf. c.* circumvagari. *Th.*]. *is qui circumvagatur* (*cf.* LIV. 44, 10, 6 vagi ... circa muros *hostes* percutiebantur): HOR. epod. 16, 41 nos manet Oceanus -us. LAVS Pis. 19 aethereae moles -a flammae. STAT. Theb. 10, 112 adsunt innumero -a somnia vultu. HIL. trin. 8, 48 *imaginem Christi* corpoream et contemplabilem et ex locis in loca motu incessuque -am. PRVD. psych. 812 -a ... sedit marmoreis fundata altaribus arca.

circumvallātio, -ōnis *f. a* circumvallare. *proprie actio circumvallandi*: HIER. in Is. 29, 1 pro quo (*sc.* 'quam pugnavit David') interpretatus est Symmachus 'castrum David' et Theodotio '-o David'. *in imagine de dentibus*: RVFIN. Basil. hom. 2, 8 dentium murus ... linguae ipsi validissima exhibet -is obstacula.

circumvallo, -āvī, -ātum, -āre *a* circum *et* vallare. *compos. inde a* TER. *in tmesi*: STAT. silv. 5, 1, 155 furvae miserum circum undique leti vallavere plagae. *cf. sim.* CORIPP. Ioh. 3, 5 circumquaque (perque *codd.*) duces vallantes agmine denso. GLOSS. *περιχαράσσω*, -a(n)t circondat (circumdant). *cf.* DON. Ter. Ad. 302 -amus et nos (*sc. tutandi causa*) et alios (*sc. includendos*). *nota* undique

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-are: AMBR. c. Aux. 11 Iob 2,2,4 RVFIN. hist. mon. 1 p. 402[d] Ps. AVG. serm. 50,1; ex omni parte: PS. AMBR. act. Seb. 4.

I ***proprie*** *de actione circumdandi, cingendi, quae fit corporeis rebus:* **A** *strictiore sensu i. q. vallo, muro circumdare:* **1** *aliquem:* DOLAB. Cic. epist. 9,9,2 *Pompeio* -ato (CIC. Att. 9,12,1 CAES. civ. 3,43,2). CAES. Gall. 7,44,4 *hostes* -ati (SEN. dial. 3,11,7). BELL. Hisp. 32,1 LIV. 3,28,8. 4,9,13 ut Volsci firmiore se munimento ab Romanis -atos quam ab se urbem viderent. 25,22,10. 26,13,7 VITR. 2,9,16. AMM. 31,10,15 otioso milite -ari placuit barbaros. **2** *aliquid:* CAES. Gall. 7,11,1 *Caesar oppidum Vellaunodunum* biduo -vit (7,17,1 -are oppidum loci natura prohibebat. LIV. 43,19,9). 7,68,3 Alesiam. LIV. 4,9,13 urbem (28,3,4 SIL. 1,328 castello). 10,35,12 castra (10,35,15). 23,17,5 moenia (AMM. 18,6,10 -ato murorum ambitu). 25,23,1 *Capuam.* HEGES. 3,13 civitas gemino muro -ata. VVLG. Is. 29,2 Ariel.

B *latiore sensu aliquid (aliquem) includere:* **1** *re corporea:* COLVM. 11,3,4 locus, quem saepire destinaveris ... -andus est duobus sulcis. MANIL. 5,678 squamigerum nubes (*i. pisces*) ... excipitur vasta -ata sagena. ITALA Sirach 28,28 (Hil. in psalm. 140,5 *et* Cassiod. in psalm. 140,3) -a (*περιφραξον*) possessionem tuam (VVLG. saepi aures tuas) (in) spinis. IVL. VAL. 3,20 *bestia* ignibus -atur. LACT. inst. 2,12,19 paradisum igni -vit *deus.* CHIRON 36 duritiae cauteriis penetrentur ... et -atum (*an* -entur?) per circuitum punctis. HEGES. 5,20,2 Romanos flammae -verant. **2** *animantibus:* SIL. 7,583 aciem *Romanorum* denso -verat orbe *Hannibal.* GELL. 17,21,36 consules ... apud Caudium a Samnitibus -ati. ITALA psalm. 21,17 (Tert. adv. Marc. 4,42 p. 56,4) synagoga maleficorum -vit me (*περιέσχον*, VVLG. obsedit). IVL. VAL. 1,51 iubet equites -are eos qui in muro constiterant. AMBR. c. Aux. 11 Elisaeus ...-atus erat undique. HEGES. 1,44,6 nisi a Caesare aliqua manus accerseretur, cuius se praesidio -ret *Varus.* 1,46,2 *Archelaus* -batur ... stipatorum ambitu. 2,15,5 discedentibus eis, quorum -atus fuerat multitudine *populus.* 3,23,1 -ati adversa acie *Tarichei.* 5,19 ut *Alexander* aliis se -andi copiam daret. HIER. in Zach. 1,3 p. 803 *angelorum* -etur auxilio et ab omni hostium fraude securus sit. RVFIN. hist. mon. 1 p. 402 d. CLAVD. 8,11 *Bellona* Palatino -ata senatu. CASSIAN. inst. 5,28 senem ... fratres -antes. CORIPP. Ioh. 3,5 *v. p. 1176, 81. cf.* HEGES. 5,14,4 *urbs* -ata obsidione.

C *de rebus naturae vel corpore inclusis aliqua re:* SIL. 12,355 insula *Sardinia* fluctisono -ata profundo. AMM. 24,2,9 civitatem Pirisaboram ... ambitu insulari -atam. HEGES. 3,9,5 civitas profundis ...-ata praecipitiis. MACR. somn. 1,22,7 vis -antis et ex omni parte vigore simili librantis aurae. *cf.* LACT. opif. 10,17 *linguam* dentium saeptis deus quasi muro -vit.

II ***translate*** *de rebus incorporeis i. q. circumdare, urgere:* TER. Ad. 302 tot res repente -ant se, unde emergi non potest (SCHOL. Ter. *ad l.* circumdant). STAT. silv. 5,1,155 *v. p. 1176, 80.* PS. APVL. Ascl. 30 *mundus* sempiternitate vivendi -atus et quasi constrictus. MAR. VICTORIN. verb. script. 2 infirmitas ... creaturae apparet totum mundum non posse -are (*?*). AMBR. Iob 2,2,4 exerceor adversis -atus undique laboribus et periculis. PS. AMBR. act. Seb. 6 -ant me ex omni parte incomparabiles luctus. HEGES. 5,16,165 *Iudaeos* tanta flagitia -arunt. RVFIN. hist. mon. 1 p. 402 d cogitationes eum tanquam cohors barbarica undique -ant. AVG. in psalm. 3,10 *unusquisque tentationibus* -atus (de serm. dom. 1,18,55). c. Iul. 2,5,14 per ... Ambrosium -aris rerum evidentia. epist. 118,1 me innumerabilium quaestionum turba ...-andum ... putasti. PS. AVG. serm. 50,1 undique -antibus poenis stetit *Iob.* THEOD. PRISC. log. 36 adiutoriis -antibus imminemus. GREG. M. moral. 3,17 bellator *Iob* noster -antium certaminum fervore deprehensus.

syn. ad I: includere (LIV. 26,13,7 SEN. dial. 3,11,7). *ad II:* constringere (PS. APVL. Ascl. 30). *deriv.:* circumvallatio.

ponam ... **circumvallum** tuum lapides electos ITALA Is. 54,12 (Iren. 5,34,4); *περίβολον*, VVLG. terminos. *a* circum *et* vallum, *cf.* circumvallare.

circumvectio, -ōnis *f. a* circumvehi. **1** *cursus, orbis corporum caelestium:* CIC. Tim. 29 ut terram lunae cursus proxime ambiret eique supra terram proxima solis -o esset. CHALC. comm. 77 fixarum stellarum -o. 93 eadem ... semper et constans sibi -o ... dextera parte mundi movetur. 116 errantes stellas in spiram ... rotari ob inconstantem atque inaequabilem -em. ISID. nat. 23,1 tertio circulo *sphaerae* Luciferi -o est. **2** *res nautica, res mercatoria:* CIC. Att. 2,16,4 illud ... quod scribis, animadvertas velim, de portorio -is.

circumvector, -ātus sum, -ārī [*cf. c.* circumvehi *et c.* vectari. *Th.*]. *compos. inde a* PLAVTO, *in tmesi:* HOR. sat. 1,6,58 non ego me claro natum patre, non ego circum me Satureiano vectari rura caballo ... narro. **1** *proprie: navibus circumvehi:* PLAVT. Rud. 933 mihi navem faciam ... oppida -bor. LIV. 41,17,7 duumviros navales cum classe Pisas ire, qui Ligurum oram ... -rentur. *equo circumvehi:* HOR. *l. 74.* **2** *translate i. q. describere:* VERG. georg. 3,285 fugit ... tempus singula dum ... -amur (SERV. *ad l.* dum spatiatim cuncta describimus). *active* **circumvecto,** -āre *i. q. vehendo* (*sc. curribus*) *aliquid portare, circumferre:* SIL. 3,291 *Gaetulis* migrare per arva mos atque errantes -are penates.

circumvehor, -ectus sum, -ī *a* circum *et* vehi. **1** *proprie:* **a** *navibus circumire, cingere: aliquem (-id), in, ad aliquid: plerumque de hominibus* (*additur* navibus [*l. 7. 15. 17*], classe [*l. 8. 9. 11. 24*]), navigiis [*l. 21*], *dicitur etiam de navibus:* PLAVT. Men. 238 Histros, Hispanos, Massilienses, Hilurios, mare superum omne Graeciamque exoticam, orasque Italicas omnes ... sumus -cti. Most. 996 non ... in Aegyptum hinc modo vectus fui, sed etiam in terras solas orasque ultimas sum -ctus. CAES. civ. 3,63,6 navibus -cti milites. BELL. Alex. 14,1 Pharon classe. 18,2 -ctus est *Caesar* eo mari, quod Africae partis esse dicitur. NEP. Timoth. 2,1 Peloponnesum. LIV. 8,26,1 classe ... ad Romanum agrum. 10,2,4 Brundisii promunturium (26,19,11. 44,12,7). 21,60,2 Pyrenaeos ... montes. 22,31,1 cum classe ⟨centum viginti⟩ navium ... Sardiniae et Corsicae oram. 23,38,1 naves ... ab supero mari ad inferum -ctae prope omnem Italiae oram. 25,10,3 *praefectus* acceptus scapha in arcem -itur. 25,11,19 classis ...-itur arcem. 25,23,6 in piscatoria quidam nave ... -cti ... ad castra Romana. 25,30,10 actuariae naves ... -ctae ... ad Nassum. 26,43,1 -ctus ... classem *imperator Romanus.* 32,17,3 Sunium. 33,14,8 navibus ... -cti ... oram Achaiae vastabant. 37,19,8. 37,27,2 -cti ab urbe ad aversa insulae ... cum pararent traicere. 37,30,6 mediam ... aciem hostium Romani cum rupissent -cti ab tergo. 44,28,5. CVRT. 9,4,8 navigiis ... arcem. MELA 3,90 magnam partem *oceani.* PLIN. nat. 2,167 Germaniam classe -cta ad Cimbrorum promontorium. 2,169 Hanno ...-ctus a Gadibus ad finem Arabiae. 4,61 Criumetopon. 5,9. 6,58 in Hyrcanium mare et Caspium. 6,96 Onesicritus classe Alexandri -ctus in mediterranea Persidis. TAC. Agr. 10 hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis -cta. 28 Britanniam (38). **b** *equo circumvenire, circumequitare: plerumque bello, circueundi aut explorandi causa* (*cf.* GLOSS. V 445,64 *et* 480,12 -batur rimabatur). *additur* collibus (*l. 30*), libero spatio (*l. 33sq.*), aequioribus iugis (TAC. hist. 4,71). CAES. Gall. 7,45,2 mulionesque *Caesar* ... collibus -i iubet. BELL. Afr. 58,3 equo -ctus *Caesar* (LIV. 3,28,1. 36,22,4). 59,5 ut ... paulo longius ... equitatus -ctus ex improviso clauderet multitudine sua exercitum Caesaris. LIV. 3,61,9 pars *equitum* libero spatio -cti. 10,29,12 equites ... -ctos ab tergo Gallicam invadere aciem. 10,36,14. 21,46,7. 21,54,1. 24,17,3. 27,1,8 signo equitibus dato, ut ... -cti pars castra hostium, pars terga pugnantium invaderent. 27,18,8 Scipio -ctus ordines signaque ostendebat hostem. 27,47,3 -i ... castra ... specularique. 28,33,6 per infima clivi. 31,37,11 paludes. 34,38,1 *Quinctius* ad visendum urbis situm moenia -itur (36,22,4. 44,13,8). 38,20,4 montem. 39,31,6 cum equitibus duarum legionum ... in cuneum hostium. CVRT. 4,15,5 mille equitibus ad diripienda hostis impedimenta -i iussis. 4,16,2 *Mazaeus* abundans multitudine aciem *Macedonum* -i coeperat. 7,11,14 petram, qua minime asper ac praeruptus aditus videbatur. 8,14,21 terga hostium. IVST. 11,9,3 Alexander -ctus suos. **c** *curru:* PAVL. FEST. p. 181 *Sol* tali curriculo (*sc. quadriga*) fertur -i mundum. **d** *nota de circuitu maris:* APVL. mund. 6 mare, per quod Gallicum ⟨sinum⟩ atque Gaditanas columnas -ctus oceanus orbis nostri metas includit.

2 *translate: verbis circuitum facere:* CIRIS 271 dicendum est, frustra -or omnia verbis. MELA 1,24 donec cursus incepti operis intra extraque -ctus orbem illuc unde coeperit redeat. SOL. 3,2 Corsicam plurimi in dicendo latius -cti plenissima narrandi absolverunt diligentia.

deriv.: circumvectio. *cf.* circumvectari.

circumvēlo, -āre *a* circum *et* velare. OV. met. 14,263 pallamque induta *domina* nitentem insuper aurato -atur amictu.

***circumvenio,** -vēnī, -ntum, -īre *a* circum *et* venire. circomvenire: PHIL. Cic. de orat. 2,249 (*v. p. 1180, 8*) *iocose ad* hircum *et* venire *alludens. inde a* NAEVIO. GLOSS. *περιέρχομαι*, *περιστοιχίζω*. -it fallit, decipit. *cf.* NON. p. 183 venor -or. *cf. p. 1153, 74 sqq. proprie et translate:* LIV. 28,42,8 non hostis patrem patruumque tuum armis priusquam Celtiberi socii fraude -erunt. IVST. 26,2,5 pugnantes prius parricidiorum furiae quam hostes -ere.

I ***proprie: circuire, circumdare;*** *plerumque hostiliter, subest saepe consilium vel notio opprimendi, concidendi, trucidandi.*

A *in re militari, aliquis aliquem; actio circueundi hostes in pugna vel post pugnam; coniungitur plerumque cum verbis* interficere caedere concidere occidere *al. nec non cum adverbiis vel adverbialibus* undique, ab latere (-bus), a(b) tergo, a fronte, ab alis, post tergum *al.* LIV. *utitur fere 80ies.* CATO orig. 83,14 Romani milites ...-untur, -ti repugnant (CAES. Gall. 5,39,3 civ. 2,34,6 BELL. Alex. 20,5). CAES. Gall. 1,25,6 Boii et Tulingi ... ex itinere nostros ab latere aperto aggressi -ere (*cf.* civ. 1,58,1. 3,63,3 HIRT. Gall. 8,12,2). 2,8,4 ne ... hostes ... ab lateribus pugnantes suos (HIRT. Gall. 8,19,1 LIV. 21,46,6) -ire possent. 2,10,3 primos, qui transierant, *nostri* equitatu -tos interfecerunt. 2,23,5 *Nerviorum* pars ab aperto latere *legiones* -ire ... coepit (2,24,4. BELL. Afr. 15,3 legionariis ab hostium equitatu -tis. 19,2 LIV. 10,26,9. 22,60,1). 2,26,2 ne aversi ab hoste -rentur. 3,26,5 hostes undique -ti (LIV. 3,5,9 *consul* magnam vim hostium -it. 10,2,11). 6,34,6 dispersos -endi ... audacia (HIRT. Gall. 8,10,3. SALL. Iug. 50,6 disiectos. 53,3 LIV. 24,36,1. *cf.* 2,26,3 plerosque palantes eques -it. 5,45,3. 22,31,4. 33,15,15 ut ab ipsis agrestibus errantes -rentur). CAES. Gall. 6,40,2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pars aliqua *calonum* -ta (6, 40, 8 militum . . . pars a barbaris -ta. Liv. 5, 45, 3. 32, 12, 5 Amm. 27, 10, 15). 7, 50, 3 Fabius centurio quique una murum ascenderant -ti. 7, 62, 7 -ti omnes. 7, 80, 7 sagittarii -ti (Bell. Afr. 13, 2). civ. 1, 40, 5 ne *acies* ab equitatu -iri posset (3, 86, 3 Liv. 25, 21, 10. 28, 33, 17. 37, 30, 6 Cvrt. 4, 13, 30). 1, 55, 3 unamque cohortem . . . seclusam ab reliquis -unt (Sall. Iug. 56, 4 Liv. 2, 20, 7. 6, 30, 4. *cf.* Sall. hist. frg. 3, 8 cohors una . . . a duobus praedonum myoparonibus -ta). Caes. civ. 1, 70, 5 omnesque *caetrati* ab eis (*equitibus*) -ti. 2, 34, 3 relicti ab his (*equitibus*) qui una procurrerant levis armaturae -bantur . . . ab nostris (Liv. 7, 35, 3. Tac. ann. 4, 24 reliquos -iri). 3, 89, 3 ne a multitudine equitum dextrum cornu -retur (Liv. 3, 62, 8. 5, 38, 1 Cvrt. 4, 13, 34). Hirt. Gall. 8, 10, 3 ut impeditis locis dispersi pabulatores -rentur (Liv. 8, 35, 11 frumentatores . . . -ti. 10, 26, 12. 31, 2, 8. *cf.* 6, 30, 4 pabulatum cohortes misere; quibus velut -tis *eqs.* 10, 3, 6). Bell. Afr. 50, 2 Caesar eiusque exercitus . . . -tus (Liv. 9, 31, 6 si . . . exercitus . . . -iri posset. 26, 2, 13. 38, 49, 10 Nep. Hann. 4, 3 Liv. 32, 7, 5 Tac. ann. 1, 69 Veg. mil. 3, 6 p. 80 Oros. hist. 4, 15, 15). Bell. Afr. 96, 2 pauciora ab amplioribus -ta navigia (Liv. 21, 50, 5 septem naves Punicae -tae. 26, 39, 18. 36, 44, 7. 8. 36, 45, 4. 37, 30, 6. 7 Tac. ann. 12, 17). Sall. Catil. 58, 20 multitudo hostium ne -ire *nos* queat, prohibent angustiae loci. Iug. 38, 4 multitudine Numidarum Auli castra (Liv. 3, 22, 7). 57, 2 moenia exercitu. 88, 4 urbes . . . singulas (*cf.* Cvrt. 9, 1, 17 quo facilius *vehicula* singula -rentur) -ire (Tac. ann. 12, 16 Amm. 19, 5, 5). 97, 5 multi contra adversos acerrime pugnantes ab tergo -iri (Liv. 10, 17, 4. 33, 17, 14 Ivst. 26, 2, 5. *cf. p. 1178, 75*). Liv. 3, 8, 9 compulsos in cavas valles . . . -unt. 9, 21, 4 locum haud facilem ad -endum. 10, 30, 3 Samnitium agmen . . . -tum a Paelignis est. 22, 8, 1 quattuor milia equitum . . . ab Hannibale -ta (22, 15, 10. 23, 1, 7. 28, 33, 15). 25, 16, 18 paucis a multitudine . . . -tis (Val. Max. 1, 6, 9 Marcellus . . . cum paucis egredi ausus a multitudine hostium . . . -tus). 26, 5, 14 ancipiti pugna medios. Sen. epist. 9, 8 ut habeat *sapiens* aliquem . . . quem . . . -tum hostili custodia liberet. Sil. 7, 61 grex *Fabiorum* . . . cecidere deorum invidia . . . subitis -entibus armis. Tac. Agr. 37 incautos collecti et locorum gnari -bant (ann. 14, 32). hist. 2, 15 improvide secutos conversi equites -erunt. 2, 43 -ti plurium accursu quartadecumani. 4, 77 aquilas. 5, 15 Germani . . . omissa plerumque fronte latera ac terga -entes. ann. 1, 25 ceteri tribunal ingenti agmine -unt. 1, 68 egressos . . . per umida et impedita. 12, 27 recens reversos praedaque per luxum usos et somno graves. 12, 50 armis . . . regiam. Amm. 21, 4, 8 nihil metuentes huiusmodi -it. Veg. mil. 3, 17 alas hostium (3, 20 p. 107). *nota aliquem (aliquid) aliqua re, plerumque fere i. q. circumdare*: Caes. Gall. 6, 16, 4 -ti flamma . . . homines (Tac. ann. 15, 11 ignium iactu. 15, 38). Sall. Iug. 76, 2 vallo fossaque moenia. Sil. 17, 417 incola Thyles agmina falcigero -it arta covinno.

B *in aliis rebus vel actionibus, aliquis aliquem*: Sall. Iug. 103, 4 *legati* in itinere a Gaetulis latronibus -ti spoliatique (Sen. benef. 4, 12, 2 ⟨a⟩ latronibus -tum defendo. Plin. nat. 8, 61 Men. dig. 49, 16, 6, 9. *cf.* Ps. Qvint. decl. 6, 3 me per omnia maria volitantem . . . -it . . . latrocinium *et supra l. 8*). Liv. 40, 9, 6 -tis in solitudine natura ipsa subicit, ut hominum, quos numquam viderint, fidem tamen implorent. Val. Max. 1, 7 ext. 10 *comiti* coponis insidiis -to. Petron. 92 *iuvenem nudum* frequentia ingens -it. Plin. nat. 8, 8 -tique *elephanti* a venantibus. 8, 23 equitatu -ti *elephanti*. Val. Fl. 1, 400 parvum ter quater . . . -it anguis (Mart. Cap. 4, 328). Stat. Theb. 5, 156 cerva . . . -ta lupis. Itala psalm. 21, 17 *et* 117, 12 (Barnab. 6, 6) -erunt me conventus nequissimorum (*ἐκύκλωσαν*, Vvlg. circumdederunt). Oros. hist. 4, 8, 14 serpens . . . -ta telis . . . oppressa est. *fort. add. p. 1180, 66 sqq.* *aliquis aliquid*: Petron. 119, 31 sterile ac male nobile lignum *mensae citreae* turba sepulta mero -it.

II ***latiore sensu*** *de* ***rebus*** *res corporeas (animantes) circumdantibus, amplectentibus*: Tvrpil. com. 48 nautae . . . -ti ventis. Sall. Iug. 68, 2 planitiem locis paulo superioribus -tam. Verg. Aen. 6, 132 tenent media omnia silvae Cocytusque sinu labens -it atro. Manil. 3, 376 neque enim -it illum (*mundum*) recta acies *oculi*. Sen. nat. 1, 2, 1 *fulgor* sidera -it. Cvrt. 5, 1, 28 omnium operum *ad Euphratem factorum* magnitudinem -unt cavernae ingentes. Colvm. 4, 29, 10 *vincula* -ere truncum. 5, 6, 30 *arbor* vitibus -ta. 5, 9, 2 ramos . . . quos comprehensos manus possit -ire. 5, 9, 11 plantas -ire caveis. 5, 10, 1 modum pomarii . . . -ire maceriis vel saepe vel fossa. 8, 5, 22 pituita -it oculos *avium*. 9, 14, 9 cum *papiliones* lateribus aeneis *vasis* -antur. Petron. 114 utrumque zona -enti praecinxit. Val. Fl. 3, 117 chlamys . . . -it . . . manum. Tac. ann. 2, 6 Rhenus . . . modicas insulas -ens. Plin. epist. 5, 6, 32 exteriores buxos -it laurus. paneg. 50 omne stagnum, omnem lacum, omnem etiam saltum immensa possessione -is. Amm. 22, 8, 46 limum aggerente multitudine -entium (*sc. Pontum*) fluentorum. Heges. 3, 26, 1 harenoso undique litore -itur *lacus*. Oros. hist. 2, 6, 9 ambitus eius (*Babylonis*) quadringentis octoginta stadiis -itur. Sidon. epist. 3, 13, 6 fistulam . . . pellis ulcerosa -it. 8, 6, 12 retibus . . . nemora -is.

III ***translate: circumdare, circuire; in malam partem fallere, decipere*** (Gloss. -it fallit, decipit, in praeiudicium misit, -ietur *καταπονδασθήσεται*): **A** *aliquem; additur saepius* per insidias, per fidem, iudicio, dolo, fraude, iniuria, insidiis *al.*; *apud posteriores* in *aliqua re; adverbia* inique (Ter. Hec. 54), subtiliter (Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 22), callide (Vlp. dig. 4, 8, 31): Naev. trag. 56 -ire video ferme iniuria (*?*). Enn. scaen. 22 multis sum modis -tus, morbo, exilio atque inopia. Ter. Hec. 54 ne eum -tum inique iniqui irrideant (Schol. Ter. *ibid.* -tum deceptum). Lex Sempron. frg. Cic. Cluent. 151 *et* Brut. 48 ne quis iudicio -retur. Phil. Cic. de orat. 2, 249 *in male olentem*: video me a te circomveniri. Cic. Quinct. 95 acerbum est ab aliquo -iri, acerbius a propinquo. Q. Rosc. 25 quem per arbitrum . . . -ire non posses . . . hunc per iudicem condemnabis? Verr. 2, 25 -iri C. Verrem, quod accusator nolit tam diu quam diu liceat dicere. 5, 17 quid te a Centuripina civitate, a Catinensi . . . ceterisque Siciliae civitatibus -iri atque opprimi dicis? Cluent. 9 innocentem pecunia -tum *esse* (30 Oppianicum iudicio oppressum et -tum esse innocentem. 39. 79. 90. 136 Sall. Catil. 51, 40 Marcian. dig. 48, 8, 3, 4. *cf.* Sall. Catil. 16, 3 insontes sicuti sontes -ire iugulare. Amm. 29, 6, 12). Cic. Cluent. 192 -ire iudicio capitis atque opprimere filium. Tusc. 1, 98 Palamedem . . . Aiacem . . . alios iudicio iniquo -tos. off. 2, 51 potentis alicuius opibus -iri urguerique. 2, 85 ut . . . tenuiores propter humilitatem -antur. Caes. Gall. 1, 42, 4 ne per insidias ab eo (*Caesare equites ad colloquium adducente*) -retur. 6, 11, 4 suos . . . *princeps* quisque opprimi et -iri non patitur. civ. 2, 30, 2 praestare . . . per virtutem in pugna belli fortunam experiri quam desertos et -tos ab suis gravissimum supplicium perpeti. Sall. Catil. 21, 3 Antonium . . . omnibus necessitudinibus -tum. 34, 2 *Catilinam* falsis criminibus -tum. Iug. 7, 1 *Micipsa* difficultatibus -tus. or. Lep. 1 ne, quae ipsi nefanda existimatis, ea parum credendo de aliis -amini. 25 rem publicam suimet sanguinis mercede -endam (Liv. 2, 24, 3 tantis -tam terroribus . . . rem publicam. 4, 48, 13). Hor. ars 169 multa senem -unt incommoda (Apvl. met. 9, 38 tot malis -tus senex). Liv. 6, 36, 12 fenore -tam plebem. 21, 34, 1 *Hannibal* non bello aperto, sed suis artibus, fraude et insidiis . . . -tus. 40, 12, 6 -tum solum inopem invidia gratiae externae, quae obest potius quam prodest, onerat. Sen. contr. exc. 3, 1 -tus adulescens ab illis novem . . . solus. contr. 7, 4 (19), 7 a clientibus Catonis . . . Pollionem Asinium -tum (*paulo post* 'iniuriam fecisset'). Vell. 2, 119, 2 exercitus . . . iniquitate fortunae -tus. Sen. dial. 2, 8, 3 damna et dolores . . . discidia, quae sapientem, etiam si universa -ant, non mergunt. benef. 6, 8, 2 reum velut factione -tum. 6, 39, 2 -ant illum domesticae insidiae. clem. 1, 25, 3 privatisque *naturalis vir* non numquam consiliis, alias vero consternatione publica -itur. Scrib. Larg. 186 adiuvari . . . debent hoc malo -ti lacte muliebri. Qvint. decl. 314 p. 235 iudiciis falli . . . gratia -iri . . . ignorantia decipi. Tac. hist. 4, 10 *a Celere* Baream Soranum falso testimonio -tum. Ivlian. dig. 4, 4, 41 -to in venditione adulescenti. Pompon. dig. 23, 3, 6, 2 in dote danda -tus . . . alteruter. Vlp. dig. 4, 3, 1, 2 calliditatem fallaciam machinationem ad -endum fallendum decipiendum alterum adhibitam. 19, 1, 13, 28 si quis minorem viginti quinque annis -rit. 43, 29, 3, 5 si quis volentem . . . retineat, non tamen sine calliditate -tum vel seductum vel sollicitatum. 50, 14, 2 dolo et calliditate creditorem. Pavl. dig. 27, 6, 6 si . . . -tus sit pupillus. Tert. anim. 46 *daemones* in cubiculis homines imaginibus -ire. Itala I Thess. 4, 6 (Cypr. testim. 3, 88) -ire (Vvlg. -at) in negotio fratrem. Paneg. 10, 3 quae (*copia fandi*) . . . non aut -ta numero . . . stupeat . . . aut *eqs.* 10, 5 -to . . . rerum copia. 12, 1 multiplici -tus metu. Arnob. nat. 5, 1 me . . . tua -it astutia. Ivst. 17, 2, 5 *Seleucus* a Ptolomaeo . . . per insidias -tus. 21, 3, 1 civitatem callido commento. Carm. de mens. 2, 7 *Februarium* daedala . . . iactu pluvio -it Iris. Plin. med. 3, 33 *medici* infelicium credulitatem hoc . . . ingenio -unt, ut. Amm. 15, 5, 6 -iri homines dicatos imperio per factiones et dolos. Vvlg. sap. 10, 11 in fraude -entium (*κατισχυόντων*) illum. Ambrosiast. in Gal. 1, 6 ut Galatas per hanc fallaciam -rent. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 22 quid me subtiliter -is? Mart. Cap. 4, 331 *Dialecticen* de -tis pluribus gloriantem. Cassian. inst. 7, 16 semet ipsos. Drac. laud. dei 1, 479 *Eva* -ta perit, sed circumscripta fefellit. Cassiod. hist. 7, 18 populum calliditate verborum ad suum -ire consensum. *fortasse huc (vel ad IB) pertinent*: Sort. Sangall. 7, 1 -it te, ut te expoliet. 12, 3 aude celerius et -ies, de quo cogitas. 12, 10 observa, ne forte -tus incrimineris et multum paenitearis. 13, 4 non poteris hominem -ire; tolle te. 14, 9 si celerius ieris, mox illum -ies et de ipso lucrabis. 15, 10 tolle te, quia non poteris -ire, ne captus puniaris.

B *aliquid*: Val. Max. 2, 5, 4 personarum usus pudorem -tae temulentiae causam habet. 7, 4 ext. 2 *fallacia Punica* certissima -ac virtutis nostrae excusatio est. Marcell. dig. 30, 123, 1 leges (Pavl. dig. 49, 40 pr. *cf.* 1, 3, 29 sententiam *legis*). Call. dig. 42, 1, 33 religionem iudicis. Vlp. dig. 2, 15, 8, 20 ne -atur oratio. 17, 1, 29, 2 ignorantiam *debitoris*. 29, 4, 4 pr. voluntatem defuncti (35, 1, 92 testantium). Tert. test. anim. 5 *anima* -ta ab adversario (Favstin. trin. 1, 14 *cf.* Physiogn. 4 *animus masculinus* -iri ingenio atque arte non possit). anim. 17 omnes . . . sensus . . . -untur ad tempus (Optat. 2, 21 p. 58, 16 Rvfin. Orig. in exod. 1, 5). Arnob. nat. 7, 41 aures . . . veritatis similitudine -ire. Amb. Iac. 2, 10, 44 seu longaevam miseratus aetatem *Eleazari quidam* seu temptamentis -ire desiderans. Greg. M. moral. praef. 5 divina prudentia -it excusationem nostram. Pass. Petr. Paul. long. 46 hi homines -erunt clementiam tuam.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn. ad I: premere (CAES. Gall. 2, 24, 4), excipere (LIV. 9, 31, 6), intercludere (LIV. 3, 70, 5). *ad III A*: opprimere, urgere (CIC. off. 2, 51), fallere (QVEROL. p. 38, 1), seducere (FAVST. REI. serm. 3 p. 234, 18), decipere. *ad III B*: capere (FAVSTIN. trin. 1, 14), hebetare (PHYSIOGN. 4), circumscribere (RVFIN. Orig. in exod. 1, 5).

deriv.: circumventio, circumventor, circumventus (*?*). circumventorius, circumventosus (*?*).

circumventio, -ōnis *f. a* circumvenire. *tantum translate: i. q. fraus, circumscriptio*: GLOSS. *περιγραφή, περίστασις ἐνικῶς, περιέλευσις. cf.* IV 80, 19 fucus -o. 520, 42 fucus mendacium -o. 345, 20. *interdum cum gen. obiect.* ITALA *et* VVLG. IV Esdr. 7, 23 proposuerunt sibi -es delictorum. VLP. dig. 50, 17, 49 alterius -o alii non praebet actionem. HERMOG. dig. 4, 4, 17 in integrum ... restitutio erroris proprii veniae petitionem vel adversarii -is allegationem continet. CYPR. epist. 43, 6 nemo volentes surgere sua -e praecipitet. 67, 5 fallaciae et -is crimen. ARNOB. nat. 5, 3 voluntarium sese -bus tradere. FIRM. math. 3, 11, 7 falsis criminum -bus obligantur. GAVDENT. serm. 18 p. 979 occultior ista fraus est multumque subtilis -o inimici. TYCON. 5 p. 58, 8 qui hanc -em vitant, consentiunt *eqs.* AMBROSIAST. in Rom. 3, 13 per labia eorum dolus et -es. in I Cor. 15, 34 ne -e pravi sensus capti .. depraventur. in II Cor. 7, 2 gravabant saeculos eorum -e serpentinae astutiae. 12, 16 nihil per -em agit apud eos. HEGES. 5, 43, 2 fideliter falsis -bus credunt. PELAG. in I Thess. 4 p. 867^{B} fratri suo aliquam -em vi circumferre. VVLG. Eph. 4, 14 circumferamur omni vento doctrinae ... in astutia ad -em erroris (*μεθοδίαν τῆς πλάνης*). RVFIN. hist. 6, 43, 8 simplicissimis hominibus ... subtili ab eo -e deceptis. Orig. in gen. 17, 3 Emmor, filium Sichem, fraude et -e iugularunt. PAVL. NOL. epist. app. 2, 17 p. 449 gaudere ad -em suam. AVG. civ. 22, 22 p. 604. epist. 78, 5 quis ... eius captiones et -es ... enumerare sufficiat? in euang. Ioh. 6, 13 -e ... seducunt fratres nostros. serm. ed. Mai 15, 1 *ab inimico* aliquam fraudem et -em pertimescit. Ps. AVG. serm. 82, 4 nec interest apud deum, utrum vi an -e quis res alienas occupet. 278, 2 -es diaboli despicite. HESYCH. in lev. 19, 13—14 p. 1025^{D} qui rebus suis caret ... per -em iudiciorum. COD. Theod. 16, 5, 49 (*a. 420*) *Eunomiani emolumenta* ex donationibus vel morientium voluntate alternis solebant illecebris fraude et -e percipere. OROS. hist. 5, 4, 11 artifices illi -um haruspices. CASSIAN. inst. 5, 37 *Archebius* religiosa potitus -e paucis diebus ... de loco discedens, reversus post haec aliam sibi *cellam* ... construxit. conl. 7, 26, 1 *propheta culpam* alterius -e contraxit. AVELL. p. 6, 6 sanctae fidei veritas impiorum ... fraudulentissimis ... -bus offuscatur et premitur. LEO M. epist. 43 episcopi -e impiis subscriptionibus capti sunt. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 30, 2 nullas decipulas -is optendo. HYD. chron. II p. 29, 176 Rechimeris comitis -e magna multitudo Vandalorum ... nuntiatur occisa. VAL. CEM. hom. 4, 4 POMER. 2, 21, 2 VEREC. in cant. 9, 41 CASSIOD. hist. 5, 15 p. 995. 7, 19 p. 1084 sophismata id est -es faciens. GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 215. 10, 25 p. 438 *homines* ad se credendum diabolica -e turbaverat. 10, 30 p. 448 COD. Iust. 8, 47, 10, 1^{b} PALLAD. hist. mon. II 8. 15.

circumventor, -ōris *m. a* circumvenire. *is qui circumvenit (translate), decipit; fraudator* (*cf.* GLOSS. IV 122, 48 nebulo. 172, 38 sycophanta): IREN. 4, 1, 1 manifeste falsa ostenduntur ea quae dicunt -es et perversissimi sophistae. LAMPR. Alex. 66, 2 amicos ... habuit ... non -es sui, non irrisores. SORT. Sangall. 18, 2 salvus recedis a -bus. RVFIN. bell. Iud. 2, 10 seductores ... homines et -es sub specie religionis novandis rebus vulgus insanire fecerunt. Ps. AVG. quaest. test. 114, 15 S. illum ... mendacem et -em nec non et malitiosum pronuntiant. CASSIAN. conl. 17, 12, 4 non modo iniquus in fratrem patriarcha praedictus, sed etiam -r in patrem et sacrilegus extitisset.

circumventōrius, -a, -um *cf.* circumvenire, circumventor. *fraudatorius*: AVG. conf. 3, 3, 5 -a obsequia daemoniorum.

falsosum **circumventōsum** (*?*) deceptosum GLOSS. V 599, 54 (634, 31). *Loewe, Prodr. p. 385 proposuit, ut videtur, recte* falsus sum circumventus sum, deceptus sum.

circumventus (-ūs *m.*) *potest subesse* NOT. Tir. 20, 63, *ubi* conventus inventus interventus praeventus eventus -us ventus. *Bannier.*

circumverro, -rsum, -ere *a* circum *et* verrere. CATO agr. 143, 2 villam conversam mundeque habeat: focum purum -rsum cotidie. *cf. etiam* VERG. Aen. 8, 673 *p. 1114, 54.*

circumversio, -ōnis *f. a* circumvertere. *proprie: i. q. gestus, motus*: QVINT. inst. 11, 3, 105 vitiosa est una -o *manus. de luna, sole*: APVL. Socr. 1 p. 117 pro -e oris discoloris ... speciem sui variat *luna.* EVSTATH. Bas. hex. 3, 7 p. 898^{A} calorem autem ferunt ex asperiore eius (*solis*) -e (*v. l.* circumcursione; *περιστροφῆς*) procedere. *translate*: AMM. 26, 1, 11 -o cursus annui.

circumverso, -āre *cf. c.* circumvertere *et c.* versare. *in tmesi*: STAT. Theb. 6, 671 excusso mox circum pulvere versat *discum Phlegyas. compos.*: MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 3 si ubique nos -emus. *medialiter* **circumversor,** -ārī: LVCR. 5, 520 inclusi ... aetheris aestus quaerentesque viam -antur et ignes passim per caeli volvunt ... templa. 6, 200. AVIEN. Arat. 1530 si simplex *circulus* -bitur orbem *lunae.*

circumversūra, -ae *f. a* circumvertere, circumversus. PRISCILL. tract. 10 p. 102, 8 ut -a (*cf.* LXX psalm. 59, 11 *πόλιν περιοχῆς*) mundi, id est perfidiae terra, vincatur.

circumversus *v. s.* circumverro *p. 1181, 67.*

circumverto (-vorto), -tī, -sum, -ere *a* circum *et* vertere. *scribitur* -vort-: PLAVT. Persa 443 *P.* Pseud. 1278 *P* (*de* Truc. 38 *v. l. 14*); *at* -vers-: CARM. epigr. 240, 2. *in tmesi*: STAT. Theb. 9, 114 corpus servans circumque supraque vertitur *Hippomedon. adhibetur ubique proprie praeter unum locum*: PLAVT. Pseud. 541 qui me argento -ant (*sic codd.*, intervertant *coni. Fleckeisen*): **1** *reflexive vel passive mediali vi: de homine*: PLAVT. Pseud. 1278 ubi -or, cado. SVET. Vit. 2 capite velato -ensque se *Caesarem quasi adorans adibat. acced. alicui rei*: DICT. 3, 19 *Vlixes* ruens pedibus eius (*Aiacis*) -itur. *de rebus*: PLAVT. Persa 443 citius ... quam in cursu rotula -itur (*in loco suspecto*). OV. met. 15, 522 rota ... qua -itur (*v. l.* circumvolvitur) axem. **2** *active et transitive*: PLAVT. Truc. 38 dum huc dum illuc rete ⟨circumv⟩or⟨tit⟩ (*suppl. Bücheler*). *in manumissione*: QVINT. decl. 342 p. 350, 15 an vero maius in hoc putamus esse momentum, ut -res mancipium aut si una voce liberum esse iusseris, quam si habitum dederis? CARM. epigr. 240, 2 (*saec. II*) c⟨irc⟩umversos quos relinquam vel manumitti volam.

deriv.: circumversio, circumversare (-ari), circumversura.

circumvestio, -ītum, -īre *a* circum *et* vestire. *solum metaphorice*: **1** *aliquid* (*aliquem*): *de rebus corporeis*: PLIN. nat. 17, 208 vernacula putatio ... vitium crinibus -it arborem (*cf. in imagine*: AVG. in psalm. 36 serm. 1, 3 p. 358 quando autem erit ver nostrum? ... quando nos -it dignitas foliorum?). AVIEN. orb. terr. 377 templa ... divite saxorum -ita metallo. CASS. FEL. 1 p. 2, 8 membranae, quae ossa capitis desuper -it. 51 p. 131, 8 ventrem sub cute. PASS. Theclae C b 34 -ita est Thecla quasi nube ignea, ne nuda ... videretur. epit. 7, 34. *de rebus incorporeis*: TRAG. inc. 113 *v. p. 1113, 83.* AMBR. virginit. 8, 48 quasi amictu prudentiae tuae eum ... -ias. **2** *alicui rei aliquid*: AMBR. incarn. 5, 44 suis (*i. divinis*) -ret humana *Christus.*

περιβλέπομαι **circumvideo,** circumspicio GLOSS. II 402, 3. *separatur adv. et verbum*: VAL. FL. 1, 714 *al. v. s.* circum *p. 1114, 61 sq.* CLAVD. 28, 43 *p. 1114, 37.*

circumvincio, -nctum, -īre *a* circum *et* vincire. *aliquem aliqua re*: PLAVT. Rud. 732 ego vos virgis -iam. *acced. accus. limitat.*: AVIEN. orb. terr. 331 *Blemyes* -cti nervis extantibus artus. *aliquid alicui rei*: COLVM. 5, 4, 1 *vites* defixis arundinibus -ctae ... in orbiculos gyrosque flectuntur.

circumvīso, -ere *a* circum *et* visere. *i. q. intentis oculis perlustrare* (*cf.* circumspicio *III A 1*): PLAVT. Amph. 1110 angues oculis omnes -ere. postquam pueros conspicati *eqs. Elsperger.*

circumundique *v.* circum *p. 1114, 73 sqq.*

circumung(u)o, -ere *a* circum *et* ung(u)ere. *seiungitur*: STAT. Theb. 2, 284 haec circum spumis lunaribus unguit callidus (*syn.* perfundit). *fort. add.*: VERG. georg. 4, 46 ungue fovens circum (*v. p. 1146, 73*). *compos.*: PELAGON. 10 pice liquida articulos -ito. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 13 oportet -ere corpus aegrotantis oleo dulci. DAMIG. lapid. 14 trito lapide cum lacte -is intestinum.

? **circumvolitābilis,** -e *si recte traditur, a* circumvolitare. MART. CAP. 6, 584 (vers.) (*B*^{1}*R*, -tantibus *cett. codd.*) *v. l. 77.*

circúmvolito, -āvī, -āre [*cf. c.* circumvolare *et c.* volitare. *Th.*]. *compos. legitur inde a* LVCILIO (*v. l. 57*); *in tmesi*: VERG. Aen. 7, 104 circum late volitans. TIB. 1, 5, 51 hanc volitant animae circum (*an praepos.? v. p. 1116, 66*). VAL. FL. 3, 418 circum tacito volitabant somnia mundo.

1 *proprie*: **a** *de alitibus: intrans.*: LVCIL. 978 -ant ficetula[e] turdi. TAC. hist. 2, 50 avem ... nec coetu hominum, at -antium alitum territam. AVIEN. Arat. 1714 agmine cum denso -are videtur graculus. 1746 Strymonias -are ... grues. SERV. Aen. 1, 273 (*codd. CP*) picum parramque -are. *nota*: AVSON. 455, 2 -antibus animabus nullam sinit haustum cruoris attingere. AVG. in psalm. 90 serm. 1, 5 *angeli diaboli* tamquam accipitres -ant, ut infirmum pullum auferant. *trans.*: VARRO AT. carm. frg. 22, 4 arguta lacus -vit hirundo (*item* VERG. georg. 1, 377). HOR. epist. 1, 3, 21 (*in imag.*) quae -as agilis thyma? PLIN. nat. 1, 114 ut non -ent eas (*naves*) apodes. STAT. silv. 3, 3, 131 sagittiferi -astis, Amores, funera. **b** *de hominibus i. q. circumcurrere, festinare: intrans.*: LVCR. 2, 329 -ant equites (SEN. dial. 4, 9, 3 agmina infestorum equitum ... -antia. *cf.* SIL. 4, 165 gravis ungula ... -ans taetros e sanguine rores spargit). SIL. 9, 242 iam Numidis -are vagosque ferre datur cursus. 9, 420 iuxta ... -are ... lictorem. *adde*: MANIL. 3, 369 Phoebus ... -ans recto visetur ab orbe. *trans.*: COLVM. 1 praef. 9 salutatoris mendacissimum aucupium -antis limina potentiorum. *nota*: VEN. FORT. carm. 6, 5, 187 sollicitis oculis -bat amantem. **2** *translate*: IVVENC. 1, 68 virtus celsa dei -bit obumbrans *Mariam. adde*: MART. CAP. 6, 584 (vers.) *terram* tener et vitreis -antibus (circumvolitabilis *B*^{1}*R*) auris aer complectens (*cf. l. 50*).

circumvolo, -āvī, -ātum, -āre *a* circum *et* volare. *compos. inde a* VERG.; *in tmesi*: MANIL. 5, 558 te[r] (*Andromacham*) circum Alcyones pinnis planxere volantes. STAT. Theb. 1, 624 illam et nocturno circum stridore volantes impastae fugistis aves. 3, 75 te diro humore volantes quinquaginta animae circum ... assilient. NOT. Tir. 75, 97^{d}.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *proprie*: **a** *sensu strictiore: i. q. alis circumferri circum aliquid: transitive: de avibus*: Ov. met. 2, 719 miluus . . . spem . . . suam motis avidus -at alis. 14, 507 remos plausis -at alis. MANIL. 5, 488 *aquila* extentis praedam -at alis. PLIN. nat. 10, 90 (*de halcyone*) nave aliquando -ata. SIL. 12, 59 *aquila* nidi -at orbem. QVINT. inst. 2, 6, 7 egredi nidis et -are sedem illam. FLOR. epit. 2, 17, 7 volucres castra quasi iam sua -bant. SVET. Aug. 97 aquila eum saepius -vit. IVST. 11, 7, 5 aves eum omnis generis -are coeperunt. 20, 3, 7 aquila . . . eos . . . -vit. AMBR. Abr. 2, 8, 56 (*in imag.*) fides columbae more . . . spiritalibus alarum remigiis caelum -ans. AVG. civ. 18, 16 templum -are atque incolere has alites. *de aliis*: VERG. Aen. 3, 233 turba sonans (*i. Harpyiae*) praedam pedibus -at uncis. HOR. sat. 2, 1, 58 me . . . mors atris -at alis. carm. 1, 2, 34 quam locus -at et Cupido. Ov. trist. 2, 171 *Victoria* ducem solitis -at alis. SIL. 3, 45 Nox Stygia quas *animas* iam -at umbra. *adde in imaginibus*: VERG. Aen. 2, 360 nox atra cava -at umbra (6, 866 nox atra caput tristi -at umbra). STAT. Theb. 5, 163 matremque recens -at umbra *filii interfecti*. *intrans.*: COLVM. 8, 11, 15 linea . . . ad quam -ant pulli. 9, 8, 7 si paucae ad modum -ant *apes*. PLIN. nat. 11, 26 donec una *apis* -et. ARNOB. nat. 6, 16 hirundines . . . intra ipsos aedium -antes tholos. AVG. civ. 19, 12 miluus . . . solitarius rapinis -et. STAT. Theb. 1, 51 assiduis -at alis saeva dies. QVINT. decl. 299 p. 181, 20 miseranda patris umbra -at. PASS. Barth. 145, 15 angelus domini . . . habens alas et per quattuor angulos templi -ans. **b** *sensu latiore: i. q. circumcursare, discursare: trans.*: VELL. 2, 27, 2 -ans ordines exercitus sui Telesinus. STAT. Theb. 12, 56 Graium . . . cohors . . . -at ignem. SIL. 17, 415 *Massinissa* iaculo -at alite campum. PAVL. NOL. carm. 19, 75 praedo . . . frustra siccas -at aras. *intrans.*: STAT. Theb. 9, 736 exerto -at igneus arcu. MAR. VICTORIN. in Eph. 6, 15 calceati pedes esse debemus, id est parati excurrere, -are, audire. RVF. FEST. 17 -antibus undique sagittariorum agminibus. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 21 satellitibus -antibus. AVG. in Iob p. 604, 6 ministerio -antium nuntiorum. *adde*: PHYSIOGN. 98 cuius quatiuntur et -ant pupillae (*δονεῖται τὰ βλέφαρα καὶ περιτρέχει*).

2 *i. q. circumfundere, circumdare* (GLOSS. IV 219, 11 -at: circumdat): *proprie: transit.*: MANIL. 4, 612 *mare* Peloponnesi patulas -at oras. SIL. 17, 106 regis tentoria . . . lugubre increpitans late -at ardor. VEN. FORT. carm. 1, 16, 82 Christus sereno lumine -et quem reddidit. *intrans.*: MART. CAP. 8, 814 aetherios -are fulgores . . . quod *κυκλοφορητικὸν κῦμα* gymnasia rettulerunt. *in imagine: transit.*: AVELL. p. 595, 25 vos, quos sincerae fidei documenta -ant. CASSIOD. var. praef. 5 ipsas quoque noctes inexplicabilis cura -at. *intrans.*: CASSIOD. hist. 1, 18 haeresibus, quae nunc ubique -ant.

circumvolvo, -volvī, -volūtum, -ere *a* circum *et* volvere. *legitur inde a* VERG. *in tmesi*: STAT. Theb. 8, 709*?* *v. p. 1114, 66.*

1 *i. q. in orbem ducere*: VERG. Aen. 3, 284 magnum sol -itur annum. AVIEN. Arat. 356 *incendia stellae* vertice brumalis -untur Olympi. PS. AMBR. paenit. 10 -ent supra caput tuum umbrae facinorum, oculos tuos scelerum caligo pernubilet. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 103 erunt . . . cauteres superponendi et -endi. *dub.*: Ov. met. 15, 522. 2 *i. q. circumligare, obvolvere, involvere*: VITR. 10, 2, 3 haec . . . ratio machinationis, quod per tres orbiculos -itur, trispastos appellatur. PAVL. FEST. p. 132 loro -utum . . . lignum rotundum. SCRIB. LARG. 47 ut est -uta *fistula* (*ibid.* involvere). PLIN. nat. 10, 169 *serpentes* coeunt amplexu adeo -utae sibi ipsae, ut *eqs.* 11, 217 nervi orsi a corde bubuloque etiam -uti. 16, 244 *cadytas herba* arboribus, . . . etiam spinis -ens sese (27, 120 *periclymenon* saepibus -ens se adminiculis quibuscumque). 17, 212 agricola . . . impositis . . . patibulis palmites -it. GELL. 11, 9, 1 Demosthenen . . . lana multa collum cervicesque -utum. ARNOB. nat. 5, 16 lanarum vellera, quibus arbores colligatis et -itis stipitem. LACT. mort. pers. 2, 3 -it eum procella nubis. MAX. TAVR. hom. 11 p. 246[A] hic qui pannis -itur. ORIBAS. syn. 7, 31 -ere . . . oportet totam coxam lanis. DAMIG. lapid. 26 *lacte et melle* circumfunde . . . lapidem . . . et videbis quanta multitudo muscarum -it. NOT. Tir. 75, 89[C].

deriv.: circumvolutari.

circumvolūtātio, -ōnis *f. a* circumvolutari. CHALC. transl. p. 43[D] motum . . . eiusdem circuli, cuius est orbiculata -o, statuentes.

circumvolūtor, -ārī [*cf. c.* circumvolvi *et c.* volutari. *Th.*]. PLIN. nat. 8, 59 illum pavore coepisse regredi, feram vero -ari . . . blandientem seseque conflictantem. *deriv.*: circumvolutatio.

circumvorto *v.* circumverto.

circumūro, -ustum, -ere *a* circum *et* urere. VARRO ling. 7, 31 ambustum, quo⟨d⟩ -stum est (PAVL. FEST. p. 5 ambustus -stus). GREG. TVR. Mart. 1, 2 domus voraci flamma -itur (-oritur *trad.*). *Wulff.*

circundo *v.* circumdo *p. 1128, 3.*

circuo *v.* circumeo *p. 1136, 2.*

✖**1. circus,** -ī *m.* [*a gr.* κίρκος, κρίκος *tractum esse videtur, cf.* κιρκοῦν. *sunt tamen qui genuinum existiment, v. Niedermann, ĕ und ĭ im Lateinischen p. 79. Th.*]. CASSIOD. var. 3, 51, 10 -us a circuitu dicitur (ISID. orig. 15, 2, 33). TERT. spect. 8 -i appellationem *a Circa* argumentantur (LYD. mens. 1, 12). ISID. orig. 18, 28, 2 *-um* Romani dictum putant a circuitu equorum . . . Graeci vero a Circe. *abl. plur.* -eis: TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) 2, 11. *neutr. generis*: MACER dig. 50, 10, 3 pr. si . . . -um, theatrum vel amphitheatrum sit. *v. infra l. 63. nota*: PAPYR. Wessely, Wiener Studien 24, 133 κίρκα, ἤτοι καταδέσματα. NON. p. 20 -us dicitur omnis ambitus vel gyrus. p. 432 -us est planities rotunda. GLOSS. V 649, 34 ambitus, circuitus. *inde a* PLAVTO. [*val.* cerc, *hisp.* cerco. *M.-L.*]

I *generatim i. q. orbis, circulus* (*cf.* SCHOL. Hor. Vind. ars 132 -us est linea circumducta ad idem reducta): *caeli cf.* VARRO ling. 7, 14 polus graecum, id significat -um caeli. DVB. NOM. gramm. V 573, 4 -os antiqui, nunc circulos dicendum. CIC. Arat. 248 si . . . vidisti magnum candentem serpere -um: lacteus hic nimio fulgens candore notatur. hic *eqs.* (rep. 6, 16). 266 *Cancer* totus medius -o disiungitur. 268 octo in partes divisum . . . -um. 298 claro quartus cum lumine -us (*sc. zodiacus*) partibus extremis extremos continet orbis. ANTH. 761, 29 -umque facit *vertex alteruter* sex undique *partibus caeli* sumptis. 761, 32 corpora signorum -is resecantur eisdem. 761, 39 decem -is totus variatur Olympus. MACR. somn. 1, 14, 24. 25. 1, 15, 2. 2, 17, 16. MART. CAP. 2, 118. 6, 579. 583. 808. *solis, lunae, stellarum*: CIC. nat. deor. 2, 44 quod eorum (*astrorum*) motus in orbem -umque ferretur. AVSON. 371, 17 hic (*solis*) tibi -us erit semper vertentibus annis ter centum ac senis decies et quinque diebus. MACR. somn. 1, 16, 12 solis -o superiorum stellarum -os certum est esse maiores. MART. CAP. 2, 182 solarem . . . -um. 2, 187 *soli* quarto ius est decurrere -o. 2, 197. 8, 884. LEO M. epist. 133, 2 lunae -us ad solis cursum inaequalis est. *cuiuslibet rei*: NEMES. cyn. 142 medio consistere -o. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 915[C] radix vineae habet in -o sarmenta virentia. 5, 7 p. 917[A]. *fort. vinculi genus? v. supra l. 4.*

II *speciatim*: **A** *aedificium sive locus* (*ut* VERG. Aen. 5, 289 *sqq.* STAT. Theb. 6, 254 SIDON. carm. 14, 12 *al.*), *in quo ludi fiunt* (GLOSS. ἱππικὸς ὁ τόπος, ἱππόδρομος, ἱππικός, κύκλος ἐν ᾧ ἱπποδρομίαι γίνονται. ISID. orig. 18, 28, 1 est . . . -us omne illud spatium, quod circuire equi solent. DIFF. ed. Beck p. 45, 24 nomen loci, ubi spectacula dantur. *cf.* PLVT. Aem. Paul. 32 ἐν τοῖς ἱππικοῖς θεάτροις, ἃ κίρκους καλοῦσι. *opp. et coniuncta* theatrum, amphitheatrum, forum, scaena *al.*) *vel res circo usitatae* (*cf.* Ov. trist. 4, 9, 29 -us adhuc cessat. PLIN. nat. 8, 163 cum *equi* a -o . . . mittantur ad subolem. SIL. 16, 338 quis interior cura et prudentia -i altior. IVV. 8, 118 urbem -o . . . vacantem *al.*). *maxime de circis urbis Romae, qui sunt* circus Maximus (*audit* magnus: Ov. fast. 6, 477 PRIAP. 27, 1 PLIN. nat. 36, 71 MART. 6, 64, 12. 7, 7, 9), Flaminius, Vaticanus *al. (cf. Richter, Friedländer, Ruggiero, Daremberg-Saglio libris notissimis), raro aliorum oppidorum* (*cf.* LIV. 9, 42, 11 concilium . . . habentibus Anagninis in -o, quem Maritimum vocant. PANEG. 7, 22 video -um maximum *Constantini* aemulum . . . Romano. NOT. urb. Const. 4, 3. 7. 16, 33 AVSON. 289, 5 *al.*). *de nominibus circorum*: VARRO ling. 5, 153 armilustrium ab ambitu lustri; locus idem -us Mecinus dictus quod circum spectaculis aedificatus, ubi ludi fiunt et quod ibi circum metas fertur pompa et equi currunt. 5, 154 -us Flaminius dicitur, qui circum aedificatus est Flaminium campum et quod ibi . . . ludis Tauriis equi circum metas currunt. PAVL. FEST. p. 89 Flaminius -us . . . a Flaminio consule *dictus est* (GLOSS. V 276, 65).

1 ***loci notabiliores*** *de rebus ad circum pertinentibus: de loco et aedificatione*: VARRO ling. 5, 154 *supra l. 48.* VERG. Aen. 5, 289 mediaque in valle theatri -us erat. Ov. fast. 2, 392 quaque iacent valles, maxime -e, tuae. LIV. 1, 35, 8 tum primum -o, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. PLIN. nat. 36, 102 -um maximum a Caesare dictatore extructum longitudine stadiorum trium, latitudine unius *eqs.* MART. 6, 64, 12 videt propius magni certamina -i . . . Aventinae vicinus Sura Dianae. TAC. ann. 6, 45 deusta parte -i, quae Aventino contigua (15, 38 MARCELL. chron. II p. 94, 491). SVET. Iul. 39 spatio -i ab utraque parte producto et in gyrum euripo addito. Cal. 54. Dom. 5 *e naumachiae* postea lapide maximus -us deustis utrimque lateribus extructus est. MACER dig. 50, 10, 3 pr. opus novum privato etiam sine principis auctoritate facere licet praeterquam si . . . -um, theatrum vel amphitheatrum sit. TERT. adv. Hermog. 31 p. 160. ANTH. 197, 1 -us imago poli. CAPITOL. Pius 9, 1 -i ruina. LAMPR. Alex. 24, 3 instaurationem . . . -i. LACT. mort. pers. 17 ut *Diocletianus* -um quem fecerat *Nicomediae* dedicaret. ORIGO Rom. chron. I p. 148, 33 fecit *Maxentius* . . . -um in catecumbas. AVSON. 295, 5 Mediolani est . . . duplice muro amplificata loci species populique voluptas -us. *notantur circi* fornix (LIV. 33, 27, 4), lacunar (VITR. 9, 8, 1), latus (PLIN. paneg. 51. *cf. supra l. 63*), arcus (SVET. Nero 25), ostia (AVSON. 408, 11), crepido (SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 6), podium (CORP. II 5165. XI 5764 b) *al.* *de rebus in -o positis*: VARRO frg. Prob. Verg. ecl. 6, 31 tres arae sunt in -o medio ad columnas (LIV. 28, 11, 4. 40, 52, 3 TERT. spect. 5. 8). ling. 5, 153 in -o primum unde mittuntur equi nunc dicuntur carceres (*cf. p. 434, 29 sqq. nota*: LIV. 8, 20, 1 carceres eo anno [*a. 330 a. Chr.*] in -o primum statuti), Naevius oppidum appellat (PAVL. FEST. p. 184). 5, 154 intimus -us ad Murciae vocatur. HOR. sat. 2, 3, 183 *cf. p. 1186, 43.* LIV. 39, 7, 8 malus in -o instabilis in signum Pollentiae procidit. 41, 27, 6 *censores* carceres in -o et ova (TERT. spect. 8) ad not⟨as⟩ curriculis numerand⟨is⟩ . . . et metas (SVET. Claud. 21) . . . et caveas ferreas *facienda locaverunt.* SEN. epist. 108, 32 hanc quam nunc in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o cretam vocamus, calcem antiqui dicebant (PLIN. nat. 35, 199). PLIN. nat. 16, 201 obeliscum in Vaticano -o statutum (36, 71. 74 TERT. spect. 8 AMM. 16, 10, 17. 17, 4, 1. 12. 14. 17 MARCELL. chron. II p. 102, 526, 23 ISID. orig. 18, 31, 1 CARM. epigr. 1552 A 83). PLIN. nat. 18, 8 *Seiae et Segestae* simulacra in -o videmus. 33, 53 Gaius princeps in -o pegma duxit. in quo fuere argenti pondo CXXIIII. 33, 90 visumque iam est Neronis principis spectaculis harenam -i chrysocolla sterni (*cf.* 36, 162 SVET. Cal. 18). SCHOL. Iuv. 8, 59 effigies aeneae aut marmoreae, quales videmus in -o. *cf.* TERT. spect. 8 -us Soli principaliter consecratur. cuius aedes in medio spatio et effigies de fastigio aedis emicat (CORIPP. Iust. 1, 314). *de rebus ad -um sitis*: OV. fast. 5, 669 templa tibi (*Mercurio*) posuere patres spectantia -um. 6, 205 prospicit a templo summum brevis area -um (6, 477). 6, 209 altera pars -i custode sub Hercule tuta est (SERV. auct. Aen. 8, 271). LIV. 10, 31, 9 *Veneris aedes* prope -um est (FEST. p. 265). MON. Ancyr. 4, 2/3 porticum ad -um Flaminium ... pulvinar ad -um maximum ... feci (6, 34 PLIN. nat. 34, 13 PANEG. 10, 35). VITR. 1, 7, 1 *aedibus sacris areae distribuantur* Herculi ... ad -um. 3, 3, 5 *aedium* ad -um maximum Cereris (PLIN. nat. 35, 154). FEST. p. 174. ASCON. tog. cand. p. 90 Cl. aedes Apollinis est ... inter forum holitorium et -um Flaminium. PLIN. nat. 34, 57 *Hercules Myronis* est apud -um maximum. 36, 26. TAC. ann. 2, 49 *dedicavit Tiberius aedes* Libero Liberaeque et Cereri iuxta -um maximum. 15, 74 *Soli* est vetus aedes apud -um. CORP. XI 5390 murum ab fornice ad -um ... faciundum. FAST. ann. Iul. Caeret. Mai 16 (Corp. I² 1 p. 213) Maiae ad -um m(aximum). Allif. Aug. 14 (*ibid.* p. 217) Florae ad -um maximum. Venus. Iun. 20 (*ibid.* p. 221) Vall. Aug. 19 (*ibid.* p. 240). *de pompa in -o* (*cf. p. 1184, 48*): OV. fast. 4, 391 -us erit pompa celeber numeroque deorum. 6, 405 Velabra solent in -um ducere pompas. LIV. 30, 38, 11 deductaque *pompa* in -um est. VAL. MAX. 1, 7, 4. IVLIAN. epit. novell. 98, 359 processiones ... esse volumus septem, omnes in -o et in arena et theatro. *de ludis circensibus in -o*: CIC. Phil. 2, 110 nescis heri quartum in -o diem ludorum Romanorum fuisse? rep. 2, 12 *ludos* anniversarios in -o facere. leg. 2, 38 ludi publici quoniam sunt cavea -oque divisi, sint corporum certationes cursu et pugillatu et luctatione curriculisque equorum usque ad certam victoriam -o constitutis. VARRO ling. 6, 20 in -o ad aram eius (*Consi*) ab sacerdotibus ludi illi (*sc. fiunt, sim.*), quibus virgines raptae. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 71, 23 aediles quicumq(ue) erunt in suo mag(istratu) munus ludos scaenicos Iovi Iunoni Minervae triduom ... et unum diem in -o ... faciunto (LIV. 42, 10, 5). OV. am. 3, 2, 65 iam vacuo praetor spectacula -o quadriiugos aequo carcere misit equos. fast. 4, 680 tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas carcere partitos -us habebit equos. 5, 189 -us in hunc *mensem* exit. 5, 597 sollemnes ludos -o celebrate Quirites. hal. 68 septem (AVSON. 252, 1) spatiis -o *equi* meruere coronam. LIV. 25, 12, 14 ludos *Apollinares* praetor in -o maximo cum facturus esset (30, 38, 10). 30, 27, 12 ludi in -o per quadriduum facti. 33, 25, 1 ludi Romani eo anno in -o ... ab aedilibus curulibus ... magnificentius quam alias facti. PAVL. FEST. p. 148 mulis celebrantur ludi in -o maximo Consualibus. PLIN. nat. 7, 84 in -o quosdam *cursores* CLX passuum tolerare non ignoramus. SVET. Dom. 4 spectacula assidue magnifica et sumptuosa edidit ... in -o. LAMPR. Heliog. 23, 1 *Heliogabalus fertur* iunxisse ... camelos quaternos ad currus in -o privato spectaculo. AVSON. 385, 28 nunc etiam veteres celebrantur Equirria ludi: prima haec Romanus nomina -us habet. Ps. ASCON. Verr. p. 200 *in -o maximo* circenses spectantur. AMBR. hex. 3, 1, 3 *in -o* currit mendax equus. CLAVD. 17, 284 illustret -um sonipes, quicumque superbo perstrepit hinnitu Baetin. CASSIOD. hist. 9, 50 *Theodosius* -um de victoria celebrabat. FAST. ann. Iul. Allif. Iul. 30 (Corp. I² 1 p. 217) ludi i⟩n -o Fortunae huiusc⟨e d⟩iei. *saepe in* FAST. ludi in -o, *sim. adde*: PAVL. FEST. p. 14 auctum vocabatur spatium -i, quod super definitum modum victoriae adiungitur. *de aliis in -o spectaculis*: PLAVT. Persa 199 *volare curriculo* marinus passer per -um solet. VARRO rust. 3, 13, 3 in -o maximo aedilium sine Africanis bestiis ... fiunt venationes (*cf.* MON. Ancyr. 4, 40 venationes bestiarum Africanarum meo nomine aut filiorum meorum et nepotum in -o dedi sexiens et viciens. SVET. Aug. 43). OV. met. 12, 102 -o taurus aperto ... sua ... petit irritamina cornu. LIV. 44, 9, 4 mos erat ... bestiis omnium gentium -um complendi. SEN. dial. 10, 13, 6 primus L. Sulla in -o leones solutos dedit (*paulo aliter* PLIN. nat. 8, 53). *ibid.* Pompeium primum in -o elephantorum duodeviginti pugnam edidisse (ASCON. Pis. p. 16 Cl. *cf.* PLIN. nat. 8, 19 Romae pugnasse Fenestella tradit primum *elephantum* omnium in -o Claudi Pulchri aedilitate curuli ... Pompei quoque altero consulatu ... viginti pugnavere in -o. 8, 17 GRAN. LIC. p. 32, 3). PLIN. nat. 8, 131 annalibus notatum est M. Pisone M. Messala cos. a. d. XIV Kal. Oct. Domitium Ahenobarbum aedilem curulem ursos Numidicos centum et totidem venatores Aethiopas in -o dedisse. TAC. hist. 2, 94 -um gladiatorum ferarumque spectaculis opplere. SVET. Claud. 21 *Thessali equites* feros tauros per spatia -i agunt insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt. Nero 4 APION Gell. 5, 14, 5 SPART. Hadr. 19, 7 VOPISC. Prob. 19, 2. AMM. 14, 7, 3 in -o sex vel septem aliquotiens vetitis certaminibus pugilum vicissim se concidentium.
de rebus in -o Flaminio factis: CIC. p. red. ad Quir. 13 cum in -o Flaminio ... consul in contionem productus esset. 17 Sest. 33 Att. 1, 14, 1. LIV. 27, 21, 1 actum de imperio Marcelli in -o Flaminio est.
de subselliis spectantium: CIC. Mur. 72 quod ... tempus fuit ... quo haec sive ambitio est sive liberalitas non fuerit, ut locus ... in -o ... daretur amicis et tribulibus. 73 *viri primarii* in -o totas tabernas tribulium causa compararunt. LIV. 1, 56, 2 foros in -o faciendos. 2, 31, 3 *Valerio* super solitos honores locus in -o ipsi posterisque ad spectaculum datus. VAL. MAX. 4, 4, 8 *Aelis erat* in ... -o maximo et Flaminio spectaculi locus. TAC. ann. 15, 32 equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud -um. SVET. Cal. 26 fremitu gratuita in -o loca de media nocte occupantium. Claud. 21 -o ... maximo ... propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis. SPART. Pesc. 3, 1 cum ... indiscrete subsellia -i (CORIPP. Iust. 2, 361) maxime repleta essent. CLAVD. 28, 613 -i conexum gradibus (MARCELL. chron. II p. 97, 507) ... vulgus. MARCELL. chron. II p. 102, 528 regium vestibulum priscumque in eo solium ob aspicienda probandaque in -o certamina structum ... Iustinianus ... eminentiorem clarioremque quam fuerat et utramque senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegravit. CASSIOD. var. 4, 42, 3 turrem -i ... illustris recordationis patris eorum detestabili ambitu a vestris ... fascibus expetitum. *cf.* CORP. XI 4907 -us plenus. CORIPP. Iust. 3, 249. *de hominibus in -o vel ad -um opera facientibus, commorantibus*: PLAVT. Poen. 1291 *Aegyptini* cortinam ludis per -um ferunt. CIC. Mil. 65 popa Licinius nescio qui de -o maximo div. 1, 132 non *habeo nauci* de -o astrologos. LIV. 39, 16, 8 uti ... sacrificulos vatesque ... -o ... prohiberent. IVV. 3, 65 ad -um iussas prostare puellas. 6, 588 plebeium in -o positum est et in aggere fatum. LAMPR. Heliog. 26, 30 omnes de -o ... meretrices (32, 9). CORP. VI 9713 M. Salvio ... nummulario de -o Flaminio. 9822 C. Iulius ... pomar(ius) de -o maximo ante pulvinar. 31900 tonsor de -um. 33942 of⟩ficiales ab ara -i.

2 ***structurae variae*:** **a** *nominativus*: OV. ars 1, 136 multa capax populi commoda -us habet (am. 3, 2, 20). 1, 163 hos aditus -us ... novo praebebit amori. trist. 4, 9, 29 -us adhuc cessat. SIL. 16, 398 confremit ... percussus vocibus altis spectantum -us. IVV. 11, 197 totam hodie Romam -us capit. ANTH. 320, 16 ut domino proprius gaudia -us agat. **b** in -o (-o, medio -o), per -um: CIC. Planc. 55 *nummos* in -o Flaminio deprehensos. div. 1, 55 servus per -um ... ductus est (VAL. MAX. 1, 7, 4). VARRO Men. 296 in -o spectare. rust. 2 praef. 3 nunc ... patres familiae ... manus movere maluerunt in theatro ac -o, quam in segetibus ac vinetis. CATVLL. 55, 4 te in -o *quaesivimus*. VERG. Aen. 5, 109 -oque locantur in medio *munera*. HOR. sat. 2, 3, 183 latus ut in -o spatiere *praetor vel aedilis* et aeneus ut stes. LIV. 2, 36, 1 servum quidam pater familiae ... sub furca caesum medio egerat -o. 28, 11, 4 ara Neptuni multo sudore manasse in -o Flaminio dicebatur. 39, 5, 17 multos ... in -o Flaminio tribunos, praefectos, equites ... donis militaribus donavit. 40, 2, 2 ver procellosum ... signa ... in -o maximo cum columnis, quibus superstabant, evertit. 45, 1, 7 cum per -um reveheretur *consul* ad foros publicos (PLIN. nat. 34, 20). 45, 39, 14 spolia Macedonum ⟨in⟩ -o Flaminio relinquentur? FEST. p. 290 *ludius* fulmine ictus in -o. SEN. dial. 7, 28, 1 *plurimis* in -o ... desidentibus. PLIN. nat. 8, 159 equi in -o ad currus iuncti. STAT. Theb. 6, 254 non ... tanta ... Oenomai fremuerunt agmina -o. silv 5, 2, 21 per iugera -i ... expectatur equus. MART. epigr. 28, 9 quidquid ... in -o spectatur. 8, 10, 5 te longa sacro venerantur gaudia -o. IVV. 8, 59 exultat rauco victoria -o. TAC. hist. 1, 32 ut si in -o ... ludicrum aliquod postularent. 2, 91 plebis rumorem ... in -o ... affectavit *Vitellius*. ann. 1, 15 ut *tribuni* per -um triumphali veste uterentur. SVET. Claud. 11 quo (*carpento*) per -um duceretur. Nero 22 universorum se oculis in -o maximo praebuit *Nero*. 27 cenitabatque ... in ... -o maximo. FLOR. epit. 3, 21, 21 quantum funerum in foro, in -o, in ... templis? TERT. spect. 16. 21. CYPR. epist. 59, 6 episcopus in -o ... dominicae dignationis testimonio honoratus. CAPITOL. Aur. 16, 2 imperator ... ad triumphalem currum in -o pedes cucurrit. LAMPR. Comm. 16, 2 repentina caligo ac tenebra in -o ... oborta. CAPITOL. Opil. 12, 9 in -o ... acclamatum. LAMPR. Heliog. 17, 3 tractum est cadaver eius ... per -i spatia. Alex. 34, 8 in ... -o manducare. VOPISC. Aurelian. 15, 4 consulatum Furii Placidi ... in -o editum. LACT. inst. 2, 7, 20 Autronius ... verberatum servum sub furca medio -o ad supplicium duxerat. VEG. mil. 2, 23 p. 57, 6 *armatura* festis diebus exhibetur in -o. HIER. epist. 69, 9 vespere in -o, mane in altario. AVG. in psalm. 50, 1 si forte *fratres mendaces* in ipso -o aliqua ex causa expavescant. MARCELL. chron. II p. 81, 445, 2 orta in -o seditione (p. 90, 473, 2 p. 96, 507, 1). p. 102, 521 faleratosque in -o caballos iam donatis quoque impertivit aurigis. p. 103, 532 innumeris ... in -o populis trucidatis. SALV. gub. 6, 20 qui bacchantur in -is. 6, 21 cum in -is nos ... deus videat. 6, 49 pars sunt Romanae plebis in -o, pars *eqs.* 6, 58 dum in ... -is ludimus. 6, 60. 69 ecclesia Carthaginensis insaniebat in -is. CASSIOD. var. 1, 32, 4 studia sua populus ... in -o ... habeat. TAB. devot. Audollent 241, 32 *ἵνα ἐπὶ νείκην μ⟨ὴ⟩ ἐλ⟨θωσ⟩ιν ἐν τῇ αὔριν ἡμέρᾳ ἐν τῷ κίρκῳ*. 295, 25 omnibus horis in -o ruant *equi*. INSCR. Wünsch, Seth. Verfluch. 22, 19.
c in, ad -um: OV. Pont. 1, 4, 15 ad -i siquis certamina semper. . ibit equus (PHAEDR. app. 19, 4). FEST. p. 365 *tensa* exuviae deorum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . in -um ad pulvinar vehuntur. SEN. epist. 76, 2 in -um deferar (FRONTO p. 191,5 N.). STAT. Theb. 6,493 pulverei venit in spatia horrida -i (TAC. ann. 15,53 Caesar... ad ludicra -i ventitabat). TAC. hist. 1,72 in -um . . . effusi. SVET. Vesp. 5 ut tensam . . . in -um deduceret. TERT. spect. 3 non ibis in -um (HIER. tract. in psalm. 132 p. 246, 7 ad -um *-ire*). MARCELL. chron. II p. 98, 512,6 in -um ad Anastasium . . . e foro plurimi convenerunt (CASSIOD. var. 1, 27,5 ad -um . . . convenire). CORIPP. Iust. 2, 278 *princeps* in magni vasit fastigia -i. *cf.* SIL. 16, 312 *Hiber* refert sese -o. TERT. spect. 8 -um adiero. *ibid.* -um . . . spectator *intravero* (CLAVD. 24, 198). **d** *casus obliqui, praepositiones*: VERG. Aen. 5,551 omnem longo decedere -o (*cf.* STAT. Theb. 6, 620 *ubi* descendere, discendere, decedere *codd.*) infusum populum. HOR. sat. 1, 6, 113 fallacem -um . . . pererro. OV. trist. 2, 283 tollatur -us! non tuta licentia -i est. LIV. 7, 2, 3 nam *antea* -i modo spectaculum fuerat (SIL. 16, 557 tum iaculo petiere decus, spectacula -i postrema. *adde l. 40*). 7, 3, 2 cum medios forte ludos -us Tiberi superfuso irrigatus (30, 38, 10 -o inundato. FRONTIN. aq. 97) impedisset. MANIL. 5, 81 obstantemque mora totum praecludere -um (*sc. curru*). SEN. dial. 9, 9, 3 -ique *in* certamine . . . interius flectendum est. COLVM. 1, 8, 2 socors et somniculosum genus . . . -o . . . consuetum (TAC. hist. 1, 4). PLIN. nat. 8, 162 diversa . . . -o ratio *equorum* quaeritur. 8, 163 *cf. p. 1184, 36*. SIL. 16, 322 quatitur certamine -us certantum. 16, 338 *cf. p. 1184, 36*. STAT. Theb. 6, 702 nec partem exiguam -i *moles disci* transvecta. 6, 932 ingentem iactu transmittere -um. silv. 3, 5, 15 nec . . . rapidi mulcent te proelia -i. MART. 7, 7, 9 turba -i (QVINT. inst. 1, 6, 45). 10, 53, 1 Scorpus *equus*, clamosi gloria -i. IVV. 8, 118 urbem -o scaenaeque vacantem. 9, 144 clamoso insistere -o. TAC. hist. 2, 21 -o . . . corruptum militem. 3, 2 *victores* -o . . . emollitos. SVET. Aug. 74 triviales ex -o ludios interponebat *Augustus*. Cal. 45 quod . . . senatus populusque . . . -um . . . celebrarent. FRONTO p. 210, 7 N. -i . . . artificum. TERT. spect. 8 animadverte, christiane, quot nomina immunda possederint -um. 11 per turbam in stadio -um aemulantur. 16 a -o *auferimur*, ubi proprie furor praesidet. *ibid.* -o quid amarius, ubi ne principibus quidem aut civibus suis parcunt? 20 extra limites -i. 30 -o et utraque cavea et omni stadio gratiora. nat. 1, 17 *maledicta* -i sonant. scorp. 10 populos nationum cum suo . . . -o, ubi facile conclamant. adv. Hermog. 31 p. 160. ANTH. 320, 1 crevit ad ornatum stabuli -ique decorem purior egregio reddita nympha loco. SOL. 45, 12 voluptatem his (*equis*) inesse -i spectacula (CORIPP. Iust. 2, 349 PALLAD. hist. mon. I 14) prodiderunt. PANEG. 9, 21 obliti deliciarum -i maximi. LAMPR. Heliog. 6, 4 multos . . . de . . . -o . . . in aulam traduxit. 26, 3 omnes de -o . . . meretrices collegit (32, 9 -i meretrices). PELAGON. 163 non . . . -o . . . animum miscuisti. AMBR. hex. 3, 1, 3 -o inhaerere. AVG. in psalm. 119, 5 amator -i. OROS. hist. 1, 6, 4 si reciperet -um *populus Romanus*. SALV. gub. 6, 22 -orum . . . deum habere. SIDON. carm. 5, 168 multo caespite (*abl. mensurae*) -i contemptu *Atalantae* praemissus erat *Hippomenes* (*sic M bene, deteriores* contempto *sc. caespite ab Atalanta, quem Hippomenes praeoccupaverat*). DRAC. Romul. 7, 80 equus -i iuga ferre dicatus. CORIPP. Iust. 2, 326 cunctaque clamosi tacuere sedilia -i. 3, 249 *tigres* intrantes plenum populorum milia -um suspiciunt. CARM. epigr. 1279, 7 nec mihi concessa est morituro gloria -i.

3 ***epitheta:*** capax populi: OV. ars 1, 136. clamosus: MART. 10, 53, 1 IVV. 9, 144 AVSON. 252, 1 CORIPP. Iust. 2, 326. ingens: STAT. Theb. 6, 932 CORIPP. Iust. 1, 330. latus: CORIPP. Iust. 2, 361. longus: VERG. Aen. 5, 551 MANIL. 5, 89. magnus: CORIPP. Iust. 2, 278. pulvereus: STAT. Theb. 6, 493. rapidus: STAT. silv. 3, 5, 15. raucus: IVV. 8, 59.

B ***latiore sensu*** *de loco in quo -i siti sunt; Romae sunt regiones, quae vocantur* -us maximus *vel* -us Flaminius (*postea inter XIV regiones Augusti*): VARRO frg. Serv. auct. Aen. 2, 225 *et* Macr. sat. 3, 4, 2 ubi praeter aedem area sit assumpta deum causa, ut in -o Flaminio Iovi Statori. CIC. Verr. 2, 154 quis a signo Vortumni in -um maximum venit quin? NEP. frg. 13 aedis Martis est in -o Flaminio. LIV. 36, 36, 5 Iuventatis aedem in -o maximo . . . Lucullus . . . dedicavit. 40, 52, 2 VITR. 4, 8, 4. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 158 *theatrum est* in -o Flaminio. VELL. 2, 1, 2 in -o Cn. Octavius *porticum molitus est*. SEN. benef. 5, 16, 5 *Caesar* castra in -o Flaminio posuit. PLIN. nat. 36, 26 in maxima dignatione delubro Cn. Domitii in -o Flaminio Neptunus (*cf.* CORP. VI 8423). MART. 12, 74, 2 accipe de -o pocula Flaminio. PANEG. 4, 7 aedem Herculis Musarum in -o Flaminio Fulvius . . . fecit. OBSEQ. 16 in -o Flaminio porticus . . . tacta. 54 aedes Pietatis in -o Flaminio . . . fulmine icta. SERV. auct. Aen. 9, 52 in -o Flaminio locum emere. FAST. ann. Iul. Allif. Aug. 14 (Corp. I² 1 p. 217) Castori Polluci in -o Flaminio. Venus. Iun. 3 (*ibid.* p. 221) Bellonae in -o Flaminio.

C ***metonymice*** *de hominibus in -o sedentibus atque spectantibus*: PRIAP. 27, 1 deliciae populi magno notissima -o, Quintia. SIL. 16, 534 -o innumero . . . damnante furorem *fratrum*. STAT. Theb. 6, 562 Arcada Parthenopaeum appellant densique cient vaga murmura -i. TERT. spect. 16 si quid horum, quibus -us furit, alicubi competit sanctis (adv. Marc. 1, 27 p. 329 *cf.* AVSON. 364, 10 furiosi iurgia . . . -i. CLAVD. 20, 357. HIER. in Is. 17, 12 -i furoribus). idol. 14 totus -us scelestis suffragiis nullo merito nomen *meum* lacessit. adv. Marc. 5, 5 p. 586 -us clamavit (*cf.* clamosus -us *supra l. 53*). NEMES. auc. 17 -o *prandia* . . . consul . . . construxit ovanti. HIER. epist. 43, 3 -us insaniat.

D ***in imagine*** *de alio loco*: PLAVT. Mil. 991 iam est ante aedis -us, ubi sunt ludi faciundi mihi. *cf.* Cornic. 1 quid cessamus ludos facere? -us noster ecce adest (VARRO ling. 5, 153 *ad l.* dictum . . . militis adventu, quem circumeunt ludentes).

III ***cantationis genus:*** MART. CAP. 2, 119 o lux nostra sacros probare cantus suesce atque organicis beare -is.

syn. et iuxta posita v. p. 1184, 34. *derivata*: circulus (NON. p. 20 SERV. georg. 3, 166 GLOSS. V 649, 34), circinus. circensis, circissarius. circum (circa, circiter). *Bannier.*

2. circus *v.* circos. **cīr(e)ostatum** *v.* cerostatum *p. 877, 60.*

ciribrum *v.* cribrum *vol. IV 1189, 53.*

[ox⟨iac⟩antus (*i.* ὀξυάχανθος; *suppl. Stadler*) id est carpo⟨s⟩ et alius **ciricēn** (alias myricen *corr. Stadler*) GLOSS. III 585, 9. *v. s.* myrica.]

? **ciridin** pistrix GLOSS. III 186, 47. *de* κειρίδιον *cogitavit Goetz, fort.* *κιρρίδιον? *vix corrupt. pro* cirin (*cf.* ciris *sub 2*) *vel pro* cirridem (*v. s.* cirris). *Mbr.*

cīrifolium *i. q.* caerefolium, *v. p. 99, 76.*

cīris, -is *f.* (*fortasse m.* HYG. fab. 198 p. 126, 20) [κεῖρις. *Th.*]. CIRIS 488 *Amphitrite Cirim* sublimem sustulit alis, esset ut in terris facti de nomine -s (*sc. a secando i.* κείρειν, *quod patris capillum totondit*). OV. met. 8, 151 plumis in avem mutata vocatur -s, et a tonso est hoc nomen adepta capillo. *de formis: accus.* cirim: CIRIS 90 *cod. Helmst., Arund., Rehdig.* (crein *cod. Vatic. L*). SVET. vita Verg. p. 58 *coni. Daniel* (cirimus *codd. B R*). HYG. fab. 198 p. 126, 20. cirin: CIRIS 90 *codd. novicii* SVET. vita Verg. p. 58 *cod. s.* SERV. vita Verg. p. 1, 12. **1** *nomen avis marinae*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 15 *inter nomina volucrum* (*cf.* HESYCH. κεῖρις ὄρνεον ἱέραξ, οἱ δὲ ἀλκυόνα *et v. Knaack, Rhein. Mus. 57 [1902] 224 adn.*). *Scylla, Nisi filia, in eam mutatur, cf.* GLOSS. II 100, 27 circum ἱέρακα: ἔστι δὲ ὄρνεον μεταβληθείσης τῆς Σκύλλης τῆς νήσου (*i.* Νίσου) Μεγαρέων (ciris κεῖρις· ἔστι δὲ *h*): CIRIS 90 potius liceat notescere -n atque unam ex multis Scyllam non esse puellis. 202 venit carissima vobis cognatos augens reges numerumque suorum -s et ipse pater. 205 candida concessos ascendet -s honores. 488 (*cf. l. 22*). 489 -s Amyclaeo formosior ansere Ledae. 537 sic inter sese tristis haliaeetos iras et -s memori servant ad saecula fato. *titulus poematis, quod fertur Vergili*: SVET. vita Verg. p. 58 deinde catalecton et priapia et epigrammata et diras, item -m (*cf. l. 28*) et culicem, cum esset annorum XVI *Vergilius fecit*. SERV. vita Verg. p. 1, 12 scripsit etiam septem sive octo libros hos: -n Aetnam, Culicem, Priapeia. *v. Vollmer, Sitzungsber. d. Münch. Ak. phil.-hist. Kl. 1907, 339. adde s. v.* cirus. **2** *nomen piscis* (*?*): HYG. fab. 198 p. 126, 20 Scylla filia *conversa est* in piscem, -m quem vocant (*nisi* cirim *avem et* cirridem *piscem confudit*). *v. etiam s. v.* cirris. *Lambertz.*

cīrōta (cīrōtum) *v.* cerotum *p. 878, 14.*

? **ciroxere** circumdare GLOSS. IV 34, 22 (218, 44). *cf.* V 633, 22 circumdederunt. cinxere *coni. Warren.* *Mbr.*

cirra *v.* cirrus *p. 1189, 62 sqq.*

cirrātus, -a, -um [*a* cirrus. *Th.*]. PRISC. gramm. II 441, 23 a cirro -us. GLOSS. V 623, 2 -us est crispus. **1** *de hominibus*: MART. 9, 29, 7 matutini -a caterva (*i. discipuli*) magistri. AMM. 14, 6, 20 feminas multas spectare -as. AVG. civ. 22, 8 a pueris nigris -is. *substant.*: PERS. 1, 29 ten -orum centum (*i. puerorum ingenuorum*) dictata fuisse pro nihilo pendes? (SCHOL. Pers. *ad l.* -i sunt scholastici vel catamiti; cirri enim dicuntur capilli et illi crines habent in honorem Veneris, quos statuto tempore praemetebant. *cf.* HIER. epist. 50, 4 ut soleant dicta eius -orum esse dictata). HIER. adv. Rufin. 1, 17 p. 412ᴬ quasi non -orum turba Milesiarum in scholis figmenta decantet. AVG. pecc. mer. 1, 22, 32 ita excordes, ut etiam -i (curati *al.*) ad movendum risum exhibeant cordatis delicias fatuitatis, quorum nomen ex graeco derivatum moriones vulgus appellat. MART. CAP. 3, 326 si rhythmicum quid metricumque, sic ut inter -os audes, assumpseris. *inde* Cirratus, -a *pro cognomine, v. nom. propr.* **2** *de rebus*: PETRON. 58 etiam tu rides, caepa -a? (pirrata *cod., an* cerrita*?*). MART. 10, 62, 8 -a loris horridis Scythae pellis (*i. scutica*). ITALA exod. 28, 4 (Lugd.) pectoralem et umbonem et talarem et tunicas -as (χιτῶνα κοσυμβωτόν, VVLG. tunicam et lineam strictam). *fem. subst.*: ITALA exod. 28, 14 (Lugd.) facies duas -as (δύο κροσσωτά) de auro puro . . . impones -as plectiles (τὰ κροσσωτὰ τὰ πεπλεγμένα, VVLG. *aliter*) super zonulas. CAPITOL. Pert. 8, 2 tunicas paenulasque lacernas et chiridotas Dalmatarum et -as militares.

cirris, -idis *f.*, κιρρίς, *nomen piscis.* PLIN. VAL. 5, 9 pisces duras carnes habentes, glaucum, cirridas (cyridiam *trad.*). 5, 16 pisces . . . id est astagines et cirridas (ciretias *trad.*) et pectines. *addasne* ciris *sub 2* (*v. l. 45 sqq.*) *et* ciridin (*v. l. 17 sqq.*)*?*

cirrus, cirritus, **cirritūdo** NOT. Tir. 95, 60 (*item* GLOSS. Scal. V 596, 29).

cirrītus, -a, -um [*orig. inc., nisi cf. est c.* cirrus. *Th.*]. CLOAT. Macr. sat. 3, 19, 6 *pirum* cirritum. NOT. Tir. 95, 59 *et* GLOSS. Scal. *v. supra l. 80.* *Spelthahn.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cirrōdēs (cirrōdia) *f., nomen herbae* (*quae et pulicaris*), *κιρρώδης. formae in* GLOSS. III (*restituit Stadler*): ceroda (544, 20), ceruda (622, 71. 631, 48), cerodia (616, 4; *cf. infra l. 9.* 610, 21 ccrodias [*sic*]), cerocia (610, 36), cirodiar (588, 59), corodio (581, 29), cerota (589, 19. 629, 30). *interpretationes in* GLOSS.: pulicaris *vel* pulicaris herba *passim* (*codd. ubique* pol-). III 610, 36 psellio⟨n h⟩erba (*i. ψύλλιον*; *cf.* 589, 19 cellio. 629, 30 sellio). 581, 29 policaris i. ⟨p⟩sil⟨l⟩us muntanus, qui in monte nascitur. *cf.* 594, 14 policaris: cerodiae semen (628, 2 cirodia): *Mbr.*

cirron (-ī) *n., κιρρόν.* 1 ISID. orig. 16, 18, 2 obryzum (*ὄβρυζον*) aurum dictum . . . quod Hebraei ophaz, Graeci -on (pyron, caniron, cairon *var. lect.*) vocant. GLOSS. V 179, 4 cirron graece obridium aurum, quod Ebraei ophaz dicunt. 2 *dubium an idem verbum*: CORP. XIII 10021, 37 *et* 156 *in signaculis ocularіorum.*

cirrus, -ī *m.* [*orig. inc. sunt qui conferant c. theodisc.* hirsi, hirso '*milium*' *aut c.* crista. *v. Kluge, Etymol. Wörterb. d. deutsch. Spr.*[6] *s. v.* '*Hirse*'; *Fröhde, Bezzenbergers Beitr. 1, 193. Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 30 comas Graeci *κόμας* a secando nominant, unde et *κείρειν* tondere. unde et -i vocantur, quod etiam idem Graeci *μαλλόν* vocant. cirra, -ae *v. l. 62 sqq.* GLOSS. *μαλλὸς παιδίου καὶ ἀθλητοῦ, μαλλός, σκόλυς*, crispus capillus, capilli non incisi, capitis crinis. NOT. Tir. 95, 58 (GLOSS. V 596, 29) *v. p 1188, 80.* SCHOL. Pers. 1, 29 *v. p. 1188, 57. inde a* VARRONE. [*it.* cerro, *francog. sept.* cher, *hisp.* cerro. *M.-L.*] *v. etiam nom. propr.*

1 *proprie: capillus animantium natura crispus sive contortus:* **a** *de hominibus*: VARRO frg. Non. p. 94 Ambraciae primum capillum puerilem demptum, item -os. MART. 10, 83, 6 caputque nudum -is grandibus hinc et inde cingunt (*de calvo*). IVV. 13, 165 flavam caesariem et madido torquentem cornua -o. SVET. Nero 45 statuae eius a vertice -us appositus est. TERT. virg. vel. 10 aut -os Germanorum aut stigmata Britonum (ISID. orig. 19, 23, 7). ITALA lev. 19, 27 (Cypr. testim. 3, 83) non facietis -um ex coma capitis vestri (*σισόην ἐκ τῆς κόμης*, VVLG. *aliter*). ANTH. 833, 1 cui (*Cincinnato*) dedit hirsutus nomen venerabile -us. NON. p. 546 fistula brevis qua -i concinnantur. AMM. 22, 11, 9. SIDON. carm. 5, 226 -oque madente ferre coronatos redolentia serta lebetas. **b** *de equo: in calce*: CHIRON 20 desub -u(m) sanguis detrahi debet: . . . inferius tribus digitis quam -u suffraginis (VEG. mulom. 1, 25, 6). 390. 601. 602 pandos articulos habebit et prope -os in terram ponit. VEG. mulom. 1, 56, 34 nunquam . . . de articulis resecandi sunt -i. naturale enim ornamentum pedum natura ipsa in illis constituit. 3, 1, 2 a gamba usque ad -os tibiales. *iubae pili*: VEG. mulom. 3, 2, 1 a -o frontis ad nares habet pedem. *ibid.* a -o ubi desinit cervix usque ad mercurium.

2 *translate:* **a** *i. q. bracchia polyporum sim.*: PLIN. nat. 9, 83 -i, quibus venantur *saepiae et lolligines.* 25, 70 polyporum -is. 26, 58. *cf.* MART. 7, 20, 7 ostreorum rapere lividos -os. **b** *i. q. cristae plumosae avium*: PLIN. nat. 11, 121 pavonibus crinitis arbusculis, stymphalidi -o, phasianae corniculis. 11, 122 *dedit natura* -os pico quoque Martio et grui Balearicae. **c** *herbarum capillamenta*: PLIN. nat. 26, 36 *ephedra* folio nullo -is numerosa, qui sint iunci geniculati. 27, 25 androsaces herba . . . sine foliis, folliculos in -is habens et in his semen. SIDON. epist. 2, 2, 18 lubrici scirporum -i. PLIN. VAL. 2, 38 fascem allii, -os (cerros *trad.*) restis unius siccos. **d** *fimbriae vestium*: PHAEDR. 2, 5, 13 cui tunica ab umeris linteo Pelusio erat destricta, -is dependentibus. ITALA exod. 28, 35 (Lugd.) -i (*κόσυμβοι*) tunicarum de bysso (VVLG. 28, 39 stringesque tunicam bysso). 36, 31. 32. 33 fecerunt in extremam partem subtalaris . . . in circuitu -os (*ῥοῖσκους*) de hyacintho (VVLG. *deest*). AVG. quaest. hept. 2, 114 tunicam 'cum corymbis' honestius putarunt latini interpretes dici, quam si dicerent 'cum -is', qui bene dispositi ornamento esse vestibus solent.

fem. **cirra**, -ae: GLOSS. II 364, 39 -a villus, *μαλλός.* 492, 52. 518, 12 *al.* EXC. Bob. gramm. I 552, 38 haec -a *ὁ μαλλός* (IDIOM. gen. gramm. IV 576, 61). *adde nom. propr.*

deriv.: cirratus, cirritudo, cirritus. *compos.*: bicerres. *Spelthahn.*

? **cirsion**, -ī *f., cf. κίρσιον vel κρίσιον, nomen herbae spinosae.* PLIN. nat. 27, 61 -ion (*sic Barbar. ex Diosc., at v. infra l. 74*, cirscion *vel* circision *codd.*) cauliculus est tener duorum cubitorum *eqs.* . . . hanc herbam radicemve eius adalligatam dolores varicum sanare tradunt. 1, 27, 39 -ion (*Harduin*, circeon *vel* circision *codd.*). PS. APVL. herb. 68 Graeci -on, alii acanthion, Latini spinam mollem *eqs.* *ad eandem herbam pertinet*: DIOSC. 4, 114 de crisio. crision virga est mollis longa duobus cubitis *eqs.* (*graece* 4, 118 W. *κρίσσιον et κρίσιον codd.*). *Mbr.*

cirsocēlē (-ēs) *f., κιρσοκήλη, nomen morbi.* GLOSS. III 598, 14 cisolicae (cisocile *a*): venae vel nervorum (vervorum *codd.*) extollentiae[tarum] (extollentia earum *a*, eorum *corr. man. 2*), quem (*sic codd.*, qui *Goetz*) testis nutriunt. *cf.* CELS. 7, 18 p. 297 integris tunicis ramex innascitur: *κιρσοκήλην* Graeci appellant.

1. ci⟨r⟩sus: vena cum inflatione circa ap⟨p⟩arentia suri (surae? *Goetz*) GLOSS. III 598, 36. *κιρσός vel κρισσός. cf.* GLOSS. *saep. κρισσός* (*κιρσός*): varix, varica. *adde* crison *vol. IV p. 1207, 1. Probst.*

2. cirsus (-um) *v.* cisium.

? **cirus** (*correx. cod. ex* corus) POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 19 *inter nomina volucrum. vix eadem avis atque* ciris (*quam habet ibid.* p. 543, 15, *v. s. v.*), *fort.* cir⟨c⟩us (*sic Leo, v. s. v.* circos)? *Lambertz.*

***1. cis** *praepos.* [*cf. c.* citer citra citerior citimus -ce 2. cedo *et c. hibern.* bith cē '*hic mundus*', cen- *i. compos.* '*cis-*', *got.* himma daga, '*hodie*', hēr '*hic*', *lituan.* szis '*hic*', *umbr.* çimu śimo '*retro*'. *v. Brugmann, d. Demonstrativpronomina d. indogerm. Sprachen 51. Th.*]. SERV. gramm. IV 454, 28 accusativae praepositiones, absque . . . una monosyllaba cīs, breviantur (FIN. METR. gramm. VI 239, 5 BEDA gramm. VII 240, 29). DOSITH. gramm. VII 410, 15 cis *ἐντός.* GLOSS. *ἐντός*, citra, citra vel post, de ista parte. Plac. V 13, 7 intra. PAVL. FEST. p. 42 uls enim facit ultra, ultimus: cis, citra, citimus. GELL. 12, 13, 7 *sqq.* tres istae voces 'intra, citra, ultra', quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud veteres syllabis appellabantur 'in, cis, uls'. PRISC. gramm. III 38, 28 *sqq.* cis et componitur et separatur et magis localem habet significationem ut 'cisalpina Gallia' et 'cis Rhenum'. possumus tamen per translationem et in tempore et in aliis rebus ea uti, ut 'cis definitum tempus'... vel 'cis naturae leges', ut 'ultra naturae'. derivatur ex hoc 'citra'. 40, 26 invenio, quod propriis nominibus fluminum vel montium cis solet praeponi plerumque, reliquis vero magis 'citra' (GRAMM. suppl. 214, 21). NON. p. 92 cis positum pro ultra (*codd.*, citra *Guietus, at cf.* GLOSS. V 277, 19 cis citra id est ultra. 639, 60 pro ultra). *coniungitur c. accus. inde a* PLAVTO *et* CATONE, *frequentat* LIV. (*36ies*). *deest*: TER. LVCIL. RHET. Her. CIC. orat. phil. rhet. (*legitur* epist.) CATVLL. LVCR. NEP. VERG. HOR. TIB. PROP. OV. MANIL. VITR. SEN. rhet. VAL. MAX. MELAE CELS. PHAEDR. SEN. COLVM. SCRIB. LARG. LVCAN. PERS. PETRON. PLIN. nat. VAL. FL. SIL. STAT. MART. QVINT. IVV. PLIN. epist. SVET. FLOR. APVL. *excepto Livio omnes quos novi loci subsequuntur.*

1 *de loco i. q. citra* (*opp.* trans, ultra); *praeponitur plerumque nominibus fluminum vel montium*: CATO orig. 43 ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. VARRO ling. 5, 50 (*in sacris Argeorum*) Oppius mons terticeps cis (*sic O. Müll.*, terticepsois *F*) lucum Esquilinum. *ibid.* quarticeps cis (quatricepsos *F*) lucum Esquilinum. *ibid.* quinticeps cis *eqs.* (quinticepsois *F*). 5, 52 (*ex Argeorum sacrificiis*) collis Quirinalis terticeps cis (terticepsois *F*) aedem Quirini. 5, 83 et uls et cis (*vulg.*, vis et gis *F*) Tiberim. frg. Non. p. 92 cis Tiberim. CIC. Att. 7, 2, 6 cis Euphratem. epist. 3, 8, 4 cis Taurum. CAEL. Cic. epist. 8, 10, 1. CAES. Gall. 2, 3, 4 qui cis Rhenum incolant. 4, 4, 3. LEX Rubr. (Corp. XI 1146) 2, 26 cis Alpeis (NOT. Tir. 88, 99 cis Alpes). SALL. epist. Mithr. 6 hist. frg. 1, 11. LIV. 4, 17, 8 cis Anienem. 5, 33, 9 cis Appenninum (41, 19, 1 cis Appenninum . . . trans Appenninum). 5, 35, 4 cis Padum ultraque. 8, 14, 6. 10, 16, 7. 21, 53, 4. 21, 61, 6 toto cis Hiberum cedit agro (26, 20, 2 omni cis Hiberum agro. 34, 16, 6 omnis cis Hiberum Hispania *et saepius in hac locatione*). 22, 10, 3. 23, 17, 10. 37, 45, 14. 37, 52, 5 *et saepius.* PAVL. FEST. p. 43 *v. p. 1193, 2* VELL. 2, 120, 3 CVRT. 10, 5, 18 TAC. ann. 1, 56. 11, 19. POMPON. dig. 1, 2, 2, 31 quinqueviri cis Tiberim constituti sunt et ultis Tiberim. PANEG. 9, 14 AMM. 16, 11, 8. 18, 6, 5. 20, 8, 13. 21, 4, 2. cis mare *v. p. 1191, 13.*

2 *de tempore: i. q. intra*: PLAVT. Most. 18 cis hercle paucas tempestates. Truc. 348 cis dies paucos. Merc. 153 ⟨cis⟩ (*Acidalius et Dousa*) paucos menses. SALL. hist. frg. 1, 70 cis paucos dies. PANEG. 11, 15 cis pauculos dies. AVR. VICT. Caes. 37, 4 paulo cis sextum annum apud Sirmium trucidavere. 42, 1 eum cis mensem decimum . . . deiectum imperio.

deriv.: citer (citra, citro), citimus. *compos.*: cistiber. Cisalpinus (Cisalpicus), Cispadensis, Cisrhenanus, Cismontanus (cismare?). *Spelthahn.*

2. cīs *i. q.* civis, *v. s. v.*

cisalpicus, cisalpīnus *v. nom. propr.*

ciscillus *v.* acisculus.

cisērius (cisēris) (*m.?*) *a gr. κίσηρις tractum.* GLOSS. pumex (*cf.* pumex: *κίσηρις. κισήριον*). *formae vulgares vel corruptae in* GLOSS. III: ciserius (544, 70, *cf.* 570, 27 [ru] cisereus), cesirius (581, 18), cesserreos (558, 35), cessareo (589, 12), cesseos (622, 36), cyssyros (195, 17). *Mbr.*

cisiānus, -ī *m. a* cisium. *i. q. cisiarius, qui cisium regit*: CORP. XIV 409, 16 patrono . . . iuvenum cisianor⟨um⟩.

cisiārius, -a, -um *a* cisium. *masc. subst. qui cisium regit* (GLOSS. *καρουχάριος*): VLP. dig. 19, 2, 13 pr. si -us, id est carucharius, . . . cisium evertit. CORP. I 1129 (= XIV 2874) cisiariei Praenestinei (*cf. Hirschfeld, Sitzungsber. d. Wien. Akad. 107 p. 244*). X 1064 viam a milliario ad -os . . . munierunt (*nota*: 4660 ad gisiarios porta⟨e⟩ Stellatinae). 6342. *fortasse i. q. cisiorum faber*: CORP. XI 6215 (*in Sena Gallica*) L. Tampius L. f. Peccio cisiar(ius). *cf. Humbert, Daremberg-Saglio II 1646; Mau, PW. III 2589. huc adde*: CORP. VI 9485 collegium iumentariorum, qui est in cisiaris Tiburtinis (*vix pro neutr. i. q. locus, in quo cisia servantur*).

cisium, -ī *n.* [*vocabulum Gallicum esse videtur, si fidem habemus Schol. Cic. Gron. Th.*]. SCHOL. Cic. Gron. p. 418, 12 genus vehiculi Gallici (*cf.* GLOSS. V 658, 20 cissis). NON. p. 86 cissium vehiculi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

biroti genus (*cf.* GLOSS. V 639,19 cissum). *latet vox praeterea*: GLOSS. cirsum (*lege* ciss⟨i⟩um) carpentum, genus vehiculi. cirsus: IV 218, 46. *gen. contractus* cisi: VERG. catal. 10, 3. CIC. S. Rosc. 19 sex et quinquaginta milia passuum -is pervolavit. Phil. 2, 77 -o celeriter ad urbem advectus. VERG. catal. 10, 3 neque ullius volantis impetum -i nequisse praeterire. VITR. 10, 1, 6. FEST. p. 230 capsum in -o. SEN. epist. 72, 2 quae possis et in -o scribere. VLP. dig. 19, 2, 13 pr. cisiarius . . . -um evertit. AVSON. 397, 6 -o triiugi . . . insilias. 403, 13 -um . . . conscende. NOT. Tir. 112, 69. *cf. Lafaye, Daremberg-Saglio II 1201; Marquardt-Mau, Privatleben p. 733 sq.*

deriv.: cisianus, cisiarius. *Hoppe.*

quaedam *composita fiunt* ex imperfecto et integro *verbis*, ut est **cismare**, quo significatur 'citra mare' CHAR. gramm. I 17, 3 (DIOM. gramm. I 436, 15 DOSITH. gramm. VII 389, 4). *ex* cis mare *coaluit, dummodo verba coaluisse grammatici recte contenderint.*

cismontānus *v. nom. propr.*

cīsōria, -ae *f. a* caedo, *cīsus. *instrumentum caedendo secandove aptum*: ISID. diff. 1, 262 inter forfices et forcipes: forfices i. e. tisorias (*lege* cisorias). [VEG. mulom. 2, 22, 1 *nunc* succisorium *legitur.*] [*it.* cesoie, *francog.* cisoires. *M.-L.*] *Mbr.*

cispadēnsēs *v. nom. propr.*

cīspes *v.* caespes *p. 110, 40 sqq.* **cisrhēnānus** *v. nom. propr.*

1. cissa, -ae *f.*, κίσσα. **a** *nomen morbi*: PS. SORAN. quaest. med. 37 quid est -a? appetitio inconsueti cibi tempore quodam mulieribus gravidis occurrens. 38 unde -a dicta est? apud quosdam eo, quod taedium gravidis mulieribus afferat. apud alios ab ipsa ave, quae et voce et pennis varia est. alii vero ab hedera eam vocari dixerunt, quae quidquid tenuerit, multum fortiter amplectitur et varietatem sinus habebit. 39 quo mense occurrit praegnantibus -a? 40 quam diu perseverat -a? 41. 42. ORIBAS. syn. 5, 3 de -a. -a ab antiquis nomen accepit, quam alii ab anxietate praegnantes cum utere comitatur augmentum appellarunt, alii a similitudine hederae, quam cissa Graeci vocant . . . alii vero ad similitudinem avis, quam Graeci cyssa vocant . . . sequitur eas, qui -am patiuntur nausia, fastidium *eqs.* 5, 4 curatio -ae. -am patientibus cybus neque nimis stypticus neque nimis dulcis dandi sunt *eqs.* **b** *nomen avis*: PS. SORAN. quaest. med. 38 *supra l. 26 sqq.* ORIBAS. syn. 5, 3 *l. 33 sq. cf.* GLOSS. *saep.* κίσσα: pica. II 349, 52 κίσσα τὸ ὄρνεον: pica.

2. cissa *i. q. hedera v.* cissos.

cissampelos (-ī) *f.*, κισσάμπελος. DIOSC. 4, 36 aelsine (*i.* ἐλξίνη) . . . aut citampero.

cissanthemos, -ī *f.*, κισσάνθεμον, *nomen herbae. formae*: -us PLIN. nat. 26, 76. *neutr.* -on: PS. APVL. herb. 18. PLIN. nat. 25, 116 est et altera cyclaminos cognomine -os . . . circa arbores se volvens, acinis hederae *eqs.* 26, 34 -os ad orthopnoeas bibitur *eqs.* 26, 76 -us drachma . . . lienem dicitur . . . emittere. 26, 156 secundas pota -os pellit. 26, 161 *ad partus accelerandos* dantur . . . -os pota. PS. APVL. herb. 18 Graecis quibusdam dicitur cyclaminos . . . aliis -on (*cf.* GLOSS. III 551, 55 ⟨ciss⟩antimon i. ciclaminum).

cissaron (-ion) *n.*, κισσάριον, *nomen herbarum.* **1** PS. APVL. herb. 18 cyclamen Graecis quibusdam dicitur cyclaminos, aliis -on. **2** PS. APVL. herb. 98 Graeci dicunt *hederam nigram* cisson melan alii -on (-ion *var.*). **3** GLOSS. III 558, 52 cisteron id est hedera (*e* DIOSC. 1, 107, *v. s. v.* cisthos).

cissēa *v.* cisthos.

cisseos (cisseus), -ī (*f.*) *nomen herbae.* GLOSS. III 552, 62 avisde (ἀελζωον?) id est -os. 554, 56 bicinon id est -os (619, 10 -us). 558, 67 cistoris id est -us (622, 58).

cission, -ī *n.*, κισσίον, *nomen herbarum.* **1** PS. APVL. herb. 98 Graeci eam (*hederam nigram*) dicunt cisson melan . . . alii -on. **2** PS. APVL. herb. 101 *cod. Vrat. salviam* Graeci elelisphacon . . . alii -on. GLOSS. III 557, 22 -ion id est salvia. 564, 22 (gysion). 621, 42 cisson (*cf.* DIOSC. 3, 33 W. ἑλελίσφακον . . . οἱ δὲ κισσίον . . . Ῥωμαῖοι σάλβια).

cissītis (-is?) *f.* [*κισσῖτις. *Th.*]. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 188 -is in candido perlucet hederae foliis. 1, 37, 73.

cissium *v.* cisium.

cissophyllon, -ī *n.*, κισσόφυλλον, *nomen herbae.* PS. APVL. herb. 18 *cyclamen dicitur* aliis -on. GLOSS. III 557, 67 -os (casopillos) id est ciclaminum. 621, 71 carsopillos (*cf. etiam* II 139, 25 opulus κισσόφυλλον).

cissos (cissus), -ī, *acc.* -on *f.*, κισσός, *nomen hederae. formae*: -us: DIOSC. 2, 151 *l. 80* GLOSS. *l. 82 sq. fem.*: cissa, -ae: ORIBAS. *l. 33* GLOSS. *l. 82 sq.* GLOSS. hedera. *cf.* MACR sat. 5, 21, 11 *p. 1192, 12.* PLIN. nat. 24, 82 -os erythranos ab iisdem (*Graecis*) appellatur similis hederae, coxendicibus utilis e vino potus *eqs.* 1, 24, 49 medicinae e -o erythrano II. PS. APVL. herb. 98 Graeci *hederam nigram* dicunt -on melan. 119 *hedera chrysocanthis* a Graecis dicitur -os. ORIBAS. syn. 5, 3 *v. supra l. 32 sqq.* DIOSC. 2, 150 ciclaminu⟨m⟩ folia habet similia -o. 2, 151 est alium genus ciclaminis . . . folia habens -o similia . . . botruos habet volut -us. 2, 165 de -os id est edera. -os multe sunt species, sed genera tres. est alba et nigra et elix *eqs.* GLOSS. III 555, 15 cessa. 589, 32 cisus (609, 60). 619, 43 cissa. 624, 70 gesseos. [*non huc pertinent sed ad* cisthos: DIOSC. 1, 107 GLOSS. III 555, 16 *et* 619, 44 (gumen hederae). 581, 44 *et* 631, 51 (resina hederae). *dubium*: GLOSS. III 537, 69 cistos id est saquatio id est silva ⟨mater⟩] *Stadler.*

[terminus si aliquam **cissūram**, hoc est taliaturam, habuerit, montem cissum, id est taliatum ostendit GROM. p. 360, 17. *forma vulgaris corruptave aut vocis* scissura (*et* scissum) *aut voc.* cīsūra (*i. q.* caesura, *itemque* cisum)].

cissus *v.* cissos *p. 1191, 72.*

cissybium, -ī *n.*, κισσύβιον, *poculi genus.* MACR. sat. 5, 21, 11 fuerunt qui cymbium a -o per syncopam dictum existimarent, -i autem, ut de Homero taceam, qui hoc poculum Cyclopi ab Vlixe datum memorat, multi faciunt mentionem voluntque nonnulli proprie -um ligneum esse poculum ex hedera, id est κισσοῦ. 5, 21, 12—14 *fusius.* *Mbr.*

cista, -ae *f.* [*a gr.* κίστη *tractum esse videtur. cf. esse c. hibern.* cess 'corbis, alveus' *censet Stokes, Bezzenbergers Beitr. 18, 61. cf.* cisterna. *Th.*]. *corbis, arculae genus vimineae* (*cf.* VARRO frg. Non. p. 334, 30 OV. met. 2, 554 COLVM. 12, 56, 2 PLIN. nat. 15, 60. 16, 209), *in qua res servantur colliguntur portantur*: GLOSS. κύτις, κίστη. λάρναξ, κοιτίς (?), κόφινος, arcula, corbis, ubi lectum sit, cest (*anglosax.*). *de re v. Mau, PW. III 2591. legitur inde a* RHET. Her. CIC. VARRONE SISENNA. [*it.* cesta. *M.-L.*]

1 *recipit varias res*: VARRO frg. Non. p. 334, 30 Lucius Scipio cum aurum factum abderet in -a viminea. CIC. Verr. 4, 197 quaternos ~~HS~~ . . . in -am transferam de fisco. HOR. epist. 1, 17, 54 Brundisium comes aut Surrentum ductus . . . -am effractam et subducta viatica plorat. VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 caput eius (*filii occisi*) et pedes praecisos et manus in -a chlamyde opertos . . . matri misit *Ptolemaeus* (IVST. 38, 8, 13). COLVM. 12, 56, 2 in quadratam -am vimineam . . . rapa componito: deinde sic aptatam tabulam superponito, ut usque ad fundum . . . intra -am deprimi possit. PLIN. nat. 15, 60 -isque vitilibus condi *māla*. VAL. FL. 8, 17 Haemonio . . . marito condita letiferis prodit medicamina -is *Medea*. CARM. frg. Quint. inst. 8, 3, 19 praetextam in -a mures rosere camilli. IVV. 3, 206 vetus graecos servabat -a libellos. 6, 44 *moechum* totiens texit perituri -a Latini. 7, 11 vendas . . . oenophorum tripedes armaria -as. APVL. met. 9, 42 -a . . . revelata. VLP. dig. 16, 3, 1, 41 si -a signata deposita sit, utrum -a tantum petatur an et species comprehendendae sint *eqs.* DON. Ter. Ad. 277 *ex* -a pecunia numerabatur. MACR. sat. 1, 11, 21 Caepionem servus ad Tiberim in -a detulit. ITIN. Anton. Plac. rec. A 14 ibi est vitis, unde in ascensionem domini uvas -as plenas . . . proponuntur. PALLAD. hist. mon. I 5 p. 266^{D} asinum panes in -a ferentem.

2 *suffragia*: SISENNA hist. 118 -asque, quae erant legum ferendarum gratia paratae deiecerant (RHET. Her. 1, 12, 21). PLIN. nat. 33, 31 nongenti . . . ex omnibus electi ad custodiendas suffragiorum -as in comitiis (LEX Malac. [Corp. II 1964] 55, 10. 18. 22). PS. ASCON. div. in Caec. p. 108 iudices in -am tabulas simul coniciebant suas.

3 *res sacras*: CATVLL. 64, 259 pars obscura cavis celebrabant orgia -is. TIB. 1, 7, 48 levis occultis conscia -a sacris. OV. ars 2, 609 condita . . . Veneris mysteria -is. met. 2, 554 Pallas Erichthonium . . . clauserat . . . -a. PAVL. FEST. p. 65 *canifera mulier* fert canuam, id est qualum, quod est -ae genus. SEN. Herc. O. 595 *virgines* Cadmeis orgia ferre . . . solitae condita -is. VAL. FL. 2, 267 plenas tacita formidine -as. APVL. met. 6, 2 tacita secreta -arum. 11, 11 -a secretorum capax penitus celans operta magnificae religionis. ARNOB. nat. 5, 26 (?). FIRM. err. 6, 5 praefertur -a, in qua cor *Bacchi* soror latenter absconderat. HYG. astr. 2, 13 p. 47, 19 virgines *Erichthonii* -am aperuerunt.

deriv.: cistula (VARRO ling. 8, 52. 79. 9, 74), cistella, cistarius, cisterna. *compos.*: 1. cistifer.

cistārius, -ī *m. a* cista. *fere i. q. arcularius aut vestium custos*: CORP. VI 5193 Anteros . . . -us a veste foren(si). 7601 locum dedit Iros l. cist(arius).

***cistella,** -ae *f.* [*a* cistula, cista *deminutive. Th.*]. *cf.* VARRO ling. 8, 79. 9, 74. *prave*: ISID. orig. 20, 9, 8 -a a costis ex canna vel ligno, quibus contexitur, nominata. *arcula, capsella rebus parvis servandis apta*: GLOSS. capsella (FVLG. serm. ant. 50). -am γλωσσόκομον. SCHOL. Ter. p. 108 -am parvam arcam, scrinium. PLAVT. Cist. 15^{ies}, *ut* 637 accipe hanc -am. 655 -a hic iacet. 695 quoi haec excidit -a. 709 in hac regione -am cum crepundiis . . . amisi. Rud. 1109 -am isti inesse oportet caudeam in isto vidulo (*cf.* PAVL. FEST. p. 46 caudeae -ae ex iunco). TER. Eun. 753 -am, Pythias, domo effer cum monumentis. MART. 13, 36 tit. -a olivarum. PALLAD. 4, 10, 35 *ficus* in -is servetur aut loculis. PALLAD. hist. mon. I 23 p. 304^{C} inveni . . . -am, quae uvas et ficus recenter lectas habebat.

deriv.: cistellarius, cistellatrix, cistellula.

(**cistellārius**), -a (-um) *a* cistella. *femin.* cistellaria *titulus fabulae Plautinae cf.* VARRO ling. 7, 64 FEST. p. 372 GELL. 3, 16, 2. 6 (7), 7, 3 NON. *et* GRAMM. *saepius.* SVBSCR. Plaut. cod. Ambr. Casina fin. . . . inc. Cistellaria.

cistellātrīx, -īcis *f.* [*a* cistella. *Th.*]. PLAVT. Trin. 252 *inter nomina famularum*: -es.

cistellula, -ae *f.* [*a* cistella *deminutive. Th.*]. PLAVT. Amph. 773 *patera* in hac -a . . . signo obsignata fertur. Cist. 731 -a hinc mi, adulescens, evolavit. Rud. 1078 *in vidulo* inest -a.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cisterna, -ae *f.* [*a* cista *derivatum, cf.* caverna. *umbr.* cisterno '*cisterna*' *a Latinis tractum esse videtur. Th.*]. PAVL. FEST. p. 43 -a dicta est, quod cis ... terram. κιναστέρνη ANON. *παραστάσεις* ed. Preger 98 p. 33,23. κηστέρνη *ibid.* 98 p. 37,13. cisternum; INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII (1908) p. 161. *lacus fossi genus ad aquam pluvialem colligendam quod aqua siccitate evanida etiam ad alios usus adhibetur. cf.* VARRO rust. 1, 11, 2 si omnino aqua non est viva, -ae faciendae sub tectis et lacus sub dio ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit (COLVM. 1, 5, 2 PAVL. NOL. carm. 27, 470). TAC. hist. 5, 12 -aeque servandis imbribus. VLP. dig. 43, 22, 1, 4 -a non habet ... vivam aquam. *ibid.* -ae ... imbribus concipiuntur. VEG. mil. 4, 10 in omnibus publicis aedificiis multisque privatis -ae sunt diligentissime substruendae, ut receptacula aquis pluvialibus, quae de tectis affluunt, praestent. HIER. in Os. 1, 1 p. 1 -a, quae refrigerat, aquas suas externas et adventicias possidet. in Ier. 2, 12/13 p. 848. GLOSS. λάκκος. δεξαμενή. *cf. Puchstein, PW. III 2606.* -a vini: VLP. dig. 47, 2, 21, 5. *coniunguntur saepe alia aquarum receptacula, ut* piscina, lacus, puteus, fons, compluvium. [*sard.* gisterra. *M.-L.*]

1 *proprie*: CORP. XI 5390 fornicem -amque d(e) s(enatus) s(ententia) faciundum (VI 17709). 5399 Decimius ... a -a ad domum L. Muti stravit. PAVL. FEST. p. 88 -isque similes *favisas* (PETRON. 73 *balneum angustum* -ae frigidariae simile. GELL. 2. 10, 3 CASSIOD. in psalm. 136, 9). SEN. epist. 86, 4 -am aedificiis ac viridibus subditam. COLVM. 1, 5, 2 *aqua* sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam -am deducatur. 1, 6, 11 *vinaria cella submota procul esse debet* a -is. 7, 9, 8 (*loco corrupto*) glans vel -is in aquam vel fumo tabulatis recondenda est. PLIN. nat. 15, 66 in puteos -asve ⟨uvas⟩ ... mergi. 31, 31 *aquam* -arum ab aliquis maxime probari. 31, 34 -as (*sc. aquam -arum*) ... inutiles alvo duritia faucibusque. 36, 173 -as harenae purae asperae V partibus, calcis quam vehementissimae II construi. MART. 3, 56, 1 sit -a mihi, quam vinea, malo Ravennae, cum possim multo vendere pluris aquam. TERT. idol. 8 scit albarius tector ... -am liare. adv. Val. 15 p. 195 in -is ... alienos luctus et lacrimas servare curamus. PALLAD. 1, 17, 3 rimas et lacunas -arum ... sarciemus. ITIN. Eucher. p. 126, 20 paucae illic -ae in usum aquarum ostenduntur in ea parte civitatis, quae ad septentrionem tenditur. Theod. 11 aquam ibi in -as habent. ANON. Vales. 9, 43 Basiliscus ... inclausus ... intra -a sicca. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 44, 16 -as fabricare. PELAGON. 508 ἔχει ἐν ὕδατι ἀπὸ κιστέρνης. NOT. urb. Const. 6, 8 regio V ... continet in se ... -am Theodosianam (12, 11. 12). 16, 34 habet urbs Constantinopolitana -as quattuor. VVLG. *29ies, ut* gen. 37, 20 mittamus *Ioseph* in -am veterem. 37, 24 miseruntque eum in -am veterem, quae non habebat aquam (*cf.* PAVL. NOL. carm. 16, 157). exod. 21, 33 si quis aperuerit -am et foderit (deut. 6, 11 II par. 26, 10 Ier. 2, 13) et non operuerit eam *eqs.* I reg. 13, 6 absconderunt se ... *viri Israel* in -is. II reg. 23, 20 Banaias ... percussit leonem in media -a in diebus nivis. IV reg. 10, 14 iugulaverunt eos in -a iuxta Cameram. II Esdr. 9, 25 possederunt ... -as ab aliis fabricatas. Iudith 7, 11 defecerunt -ae et collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam. eccles. 12, 6 antequam ... confringatur rota super -am. HIER. in Dan. 6, 19 *in -a arente* leones nutriebantur. vita Pauli 6 alter *monachus* in -a veteri, quam gentili sermone Syri gubbam vocant, quinque caricis per singulos dies sustentabatur. SIDON. epist. 1, 5, 6 in medio undarum sitiebamus quia nusquam ... -a defaecabilis. GREG. M. epist. 9, 228 p. 223 aqua de -a Bethleemitica ... allata. VITA Caes. Arel. 2, 26 ancillae dei ... se ipsas per -as iactabant. CORP. III 568 in veteres -as aqua ut semper cucurrerat inducatur. 1750 -am reficiendam. 26942 hortulum ... ad -am perten⟨dentem⟩. X 1579. 3157 INSCR. Revue archéol. 4 sér. XII (1908) p. 161. MALALAS ed. Bonn. p. 482, 2 ἔστρωσε τὸ μεσίαυλον τῆς βασιλικῆς κιστέρνης. p. 399, 17. 423, 5. 477, 2. ANON. *παραστάσεις* ed. Preger 98 p. 33, 23. 34, 2. 37, 13.

2 *allegorice intelligitur apud christianos*: HIER. in Ier. 2, 12/13 p. 848 *daemonas* dissipatas -as vocat eo quod dei mandata servare non valeant. in Ezech. 32 p. 390 nullum sanctorum lacum, id est -am, fodisse. epist. 128, 3 quaerat -as luparum dissipatas, quae purissimas aquas pudicitiae continere non possunt. SALON. in prov. p. 972B -am vocat catholicam ... doctrinam.

cisternīnus, -a, -um *a* cisterna. *in cisterna collectus: tantum de aqua pluviali* (*opp.* fontanus: COLVM. 12, 44, 6; *syn.* caelestis: VEG. mulom. 6, 8, 3. imbrialis: CAEL. AVR. chron. 2, 13, 167. 5, 10, 122). SEN. epist. 86, 21 arbores ... aqua adiuvandas -a. COLVM. 12, 44, 6 vasa in aqua ... -a ... mergi. PLIN. med. 3, 24 aqua -a aut certe dulcis solvitur ex oleo. SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 15 ⟨imbres⟩ -os. PELAGON. 12 CHIRON 398. 448. 770 *bis.* 797. VEG. mulom. 1, 56, 18. 2, 91, 5. 3, 8, 3 AVG. mor. Manich. 2, 16, 40 MARCELL. med. 8, 92. 27, 9 APIC. 2, 45 CAEL. AVR. chron. 2, 13, 167. 4, 3, 32. 65. 68. 5, 10, 122 CASS. FEL. 56 p. 145. 61 p. 150. *legendum, ut videtur*: SCHOL. Hor. epist. 1, 15, 3 cum gargarizatione -ae (cicerninae *codd.*) aquae ... uteretur *Musa Augustum curans. cf. Probst, Blätter f. bayer. Gymnas.-Schulwesen 44 (1908) 594.* *Bannier.*

cisternum *v.* cisterna *l. 4.*

cist(h)os, -ī *f.* [κίσθος *vel* κισθός. *Th.*]. *nomen fruticis* ('*Cistus sp.*' *Linné*): PLIN. nat. 24, 81 Graeci vicino vocabulo -on appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi. duo eius genera: flos masculo rosaceus, feminae albus. ambo prosunt dysintericis *eqs.* 1, 24, 48 medicinae ex cisto v. 26, 49 hypocisthis ... nascitur ... sub -o, unde nomen. *huc pertinent*: DIOSC. 1, 107 cissea id est hedera, quam multi cistero vocant (*ubi* κισθός *et* κισσός *confunduntur*). GLOSS. III 555, 16 cisseos id est gumen hederae (619, 44 ciseos). 581, 44 cyso id est resina hederae. 631, 51 cissum resine de edere. [*it.* cesto. *M.-L.*] *Stadler.*

cistiber, -is (*dat. sing.* -ī *infra l. 22*) *m.* [*a* cis Tiberim *derivatum. Th.*]. *formam* cistifer *infra l. 22 sqq., quacum conferas nomina oppidorum* Tifernum (*nota* Tifernum Tiberinum *Vmbriae*) *et* Tifernus *nom. montis fluviique nisi mavis confusam esse eam cum* 1. cistifer. *magistratus inferioris ordinis urbis Romae* (*de quo v. Ruggiero, Diz. epigr. II 252*): POMPON. dig. 1, 2, 2, 31 *et* 33 quia magistratibus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, quinqueviri constituti sunt cis Tiberim ... qui possint pro magistratibus fungi ... hi quos -is diximus, postea aediles senatus consulto creabantur. CORP. VI 420 (*a. 186*) M. Antonius ... -r. 32316 Γαιωνᾶς ὃς κίστιβερ ἦν ποτε Ῥώμης. *latet, ut videtur*: MART. 5, 17, 4 dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo nubere, nupsisti, Gellia, cistibero (*sic aliquot codd.*, cistifero *PT. cf. Heraeus, Rhein. Mus. 54 [1899] 309*). NOT. Tir. 36, 95 *sub fine magistratuum Romanorum* viocurus, cestifer. *cf.* GLOSS. vicorium (vicorum *sim.*) et cistifer sunt nomina metallorum (*?* victoriatus, *dein* cistophorus *Nettleship*). V 613, 44 viocurus et statim cestifer. *supplet Premerstein, Hermes 39 (1904) 329* Lex Tappula (Corp. V suppl. ital. 898) ⟨L. Valer⟩ius Tapponis f. Tappo cis⟨tiber⟩.

1. cistifer, -ī *m. a* cista *et* ferre. *is qui in pompa cistam sacram fert*: CORP. VIII 10627 L. Novius Elphideforus coronatus -r. INSCR. Mélanges d'archéologie 1893 p. 477 Calpurnius Fortunatus -r pedisequarius et Iulia Pattaria uxor pedisequaria et Calpurnius Restutus fil(ius) -r pedisequarius *eqs.* Revue archéol. 4 sér. X (1907) p. 484 Silvano ... sacr ... Nigidius Rusticus -r v. s. l. a.

2. cistifer *v.* cistiber *l. 22 sqq.* **cistitās** *v.* castitas *p. 539, 5.*

cistophorus, -ī *m.*, κιστοφόρος. *gen. plur.* -um *l. 38.* 1 *nummi Asiatici genus. cf.* PAVL. FEST. p. 78 Euboicum talentum nummo Graeco septem milium et quingentorum -um est, nostro quattuor milium denariorum. *aliter* FEST. p. 359 *talentum* Rhodium et -um quattuor milium et quingentorum denarium (*corrupt.?*). GLOSS. V 565, 32 -i cyneris (denarii *Heraeus*) *et* 565, 33 -i argenti, *quid lateat, incertum.* CIC. dom. 52 ut in Asia -um flagitaret. Att. 2, 6, 2 vide, quid narrent *quaestores*, ecquae spes sit denarii an -o Pompeiano iaceamus. 2, 16, 4. 11, 1, 2 ego in -o in Asia habeo ad sestertium bis et viciens. LIV. 37, 46, 3 praelata in eo triumpho sunt ... -i ducenta undequinquaginta *milia.* 37, 58, 4. 37, 59, 4. 39, 7, 1.
2 *i. q. 1. cistifer*: CORP. VI 2233 L. Lartio Antho -o aedis Bellonae.

cistula, -ae *f. a* cista *deminutive* (*cf.* VARRO ling. 8, 52. 79. 9, 74). GLOSS. V 349, 20 sporta. cistola *l. 54.* PLAVT. Amph. 420 *patera* ⟨est⟩ in -a. 783 exolve -am. 792. Cist. 657 conquiniscam ad -am. Rud. 389 leno ademit -am ei, quam habebat. 1085 nil peto nisi -am et crepundia. 1088. 1119. MART. 4, 46, 13 parcae -a non capax olivae. APVL. met. 9, 40 hortulanus ... derepit in quandam -am. PS. ORIG. tract. 7 p. 81, 12 hoc vasculum ... alii capsam, alii cistolam interpretati sunt, quod nos expressius ... scrinium appellamus. ARNOB. nat. 5, 26 (*in formula mystica*) ex ci⟨s⟩ta sumpsi et in calathum misi: accepi rursus, in -am transtuli. HYG. astr. 2, 13 p. 47 *Ericthonium* dicitur Minerva in -a quadam ... ad Erecthei filias detulisse ... quibus interdixit, ne -am aperirent (fab. 166 p. 20, 8).
deminutivum: cistella. *Bannier.*

***?citālia**, bus PROB. app. gramm. IV 196, 6 *inter nomina neutri generis semper pluralia. nomen festorum latere videtur*; compitalia *coni. ed. Vindobon. a. 1837.* *Mbr.*

citātē, citātim *v. s.* 1. cito.

citātio, -ōnis *f. a* citare. GLOSS. κλῆσις, ἀνάκλησις, vocatio. HYG. mun. castr. 43 ut unam tesseram suo vocabulo -is audiant. SCHOL. Cic. Bob. p. 6, 16 Hild. de -e tabularum. PS. PROSP. prom. 5, 14, 1 in calculis eburneis nomina proconsulum conscripta ... citabantur, et erat solemnis dies albi -o. COD. Iust. 1, 12, 6, 4 (*a. 466*) post edictorum solemnium -em (*sic codd. CR*, sollemnia [*om.* -em] *BP*). CASSIOD. hist. 5, 34 quos post crebram -em nolentes occurrere damnaverunt.

citātōrium, -ī *n.* [*a* citare. *Th.*]. GLOSS. II 350, 50 κλητικόν. COD. Theod. 6, 28, 5 (COD. Iust. 12, 21 [22], 2; *a. 395*) omnia -a omnium scilicet causarum ... ad principes specialiter revocari praecipimus.

1. citātus, *abl.* -ū *m. a* citare. SALL. hist. frg. 2, 28 venti per cava terrae -tu (-to, -ti *al.*) rupti aliquot montes tumulique sedere. *Spelthahn.*

2. citātus, -a, -um *v. s.* 1. cito.

***?citaxus** similis taxo GLOSS. IV 35, 8 (218, 45. 495, 39. V 593, 34). ceu taxus *Goetz, nomen herbae latere mihi videtur.* *Mbr.*

citer (-a, -um) [*cf. c.* cis, *ubi plura. Th.*]. CATO or. frg. 62, 1 -r ager alligatus ad sacra erit. PRISC. gramm. II 98, 7 Afranius (*com. 235a*) etiam positivum '-r' protulit in patella teste Arruntio.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*corrupte*: LVCIL. 44 vultus item ut facies mors, -r (teter *Passeratius*, cetera *Marx*), morbus, venenum.]

compar. ✖**citerior,** -ius (*opp.* ulterior). GLOSS. ἐνδότερος. exterior, qui extra est, interior, intraneus, intimus, ulterior. CHAR. gramm. I 156, 36 ut -r citimus a citra. *vox orationis solutae, inde ab* VARRONE *et* CIC., *deest* SEN. rhet. CVRT. COLVM. PETRON.

1 *de loco*: VARRO rust. 1, 52, 1 in Hispania -e (1, 57, 2. 2, 1, 5. 2, 11, 8 CIC. Att. 12, 37, 4 epist. 1, 9, 13 CAES. Gall. 3, 23, 3. civ. 1, 38, 1 unus Hispaniam -em, alter ulteriorem. 1, 48, 7. 2, 7, 2 BELL. Alex. 59, 2. SALL. Catil. 19, 1. 21, 3 NEP. Cato 2, 1 LIV. 27, 20, 8. 28, 4, 3. 33, 27, 1 *al.* PLIN. nat. 3, 18. 19, 10 *al.* TAC. hist. 1, 49. 4, 39 *et passim.* FAST. ann. Iul. Amitern. Aug. 2 [Corp. I² p. 244] CORP. II 4280. 4511. VI 1276. VIII 24097. IX 793. 973. XII 3167. 4536 *al.*). CIC. inv. 2, 111 in -e Gallia (prov. 36. 39 Phil. 3, 38. 7, 2 epist. 16, 12, 3 PLANC. Cic. epist. 10, 4, 3 CAES. Gall. 1, 24, 2. 1, 54, 3. 2, 1, 1 *al.* HIRT. Gall. 8, 23, 3. 8, 54, 3. SALL. Catil. 42, 1 in Gallia -e atque ulteriore. SVET. Iul. 30. 56). *cf.* PLIN. nat. 6, 213 Arabiam -em. 13, 95 -is Mauretaniae. RVFIN. hist. 3, 1, 1 Indiam -em. 5, 10, 2. MART. CAP. 6, 627 qua -r meat *Baetica.* CAES. Gall. 1, 10, 5 -is provinciae (civ. 1, 39, 1. 2, 17, 3. 2, 18, 7 BELL. Alex. 63, 1 LIV. 32, 28, 11). LIV. 7, 9, 6 in -e ripa Anienis (21, 47, 3. 39, 31, 1 VELL. 2, 107, 1 FRONTIN. aq. 11 AMM. 17, 13, 5. 21, 13, 3). 21, 26, 6 -e agro. 43, 2, 8 a -bus populis. VITR. 2, 10, 1 -r eius *montis* curvatura. FAST. ann. Iul. Praen. Apr. 5 (Corp. I² p. 235) citerio(re) in colle. CELS. 7, 9 lineas transversas incidere, quae -em partem ab ulteriore ex toto diducant (*cf.* AMM. 21, 10, 3 ab Axii fluminis -e parte). PLIN. nat. 15, 119 in Europae -e caelo. FLOR. epit. 4, 12, 46 -r Oceanus (EVSTATH. Bas. hex. 3, 6 p. 897). *nota de homine*: VAL. MAX. 9, 12, 6 spiritum posuit uno gradu a publico supplicio manuque carnificis -r. *neutr. plur. substant.*: LIV. 22, 20, 10 reditumque in -a provinciae. AMM. 30, 1, 13 viator quidam ad -a festinans.

2 *de tempore: i. q. propior, anterior*: VAL. MAX. 3, 8, 1 cum ea peregisset, quorum administrandorum -r (*Gertz*, celerior *codd.*) esse necessitas videbatur. 3, 8 ext. 1 dum aliud forte -is curae negotium tractatur. 6, 3, 11 incunabulis et nutrimentis culpae, non ipsa commotus culpa -em (*i. priorem*) delicto praebuit ultionem, ut potius caveret iniuriam quam vindicaret. 8, 7 ext. 10 -is (*fere i. q.* '*humanae*') aetatis metas, sed non parvi tamen spatii, Chrysippi vivacitas flexit (*cf.* SIDON. epist. 2, 14, 1 in pago Vialoscensi, qui Martialis aetate -e vocitatus est). 8, 15, 1 Africano consulatus -r legitimo tempore datus est. SEN. dial. 10, 1, 2 aetatis illam (*naturam*) animalibus tantum indulsisse ut quina aut dena saecula educerent, homini ... tanto -em terminum stare. GAIVS dig. 23, 4, 15 -e die (PAVL. dig. 13, 5, 4). SIDON. epist. 5, 16, 1 quod decessoris Anthemii fidem fratris tui sudoribus obligatam, quo -r (*sic trad.*, citior *Luetjohann*) hoc laudabilior absolvit. ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 1 praefati haeretici mentionem idcirco praemisi, ne Manichaei ipsius Fausti opus infaustum -em hunc, quem etiam gloria vestra noverat ... titulo nominis accusaret. anterior — citerior *i. q. ille — hic*: SIDON. epist. 8, 1, 2 quorum anterior orator (*Demosthenes*) Demaden, -r (*Cicero*) Antonium toleravere derogatores. *neutr. substant.*: CIC. epist. 2, 12, 1 sollicitus eram de rebus urbanis . . . nam -a nondum audiebamus. VELL. 1, 17, 2 ut nec poetarum in antiquius -iusve processit ubertas.

3 *in imagine i. q. propinquus, vicinus*: CIC. rep. 1, 34 deduc orationem tuam de caelo ad haec -a. leg. 3, 4 ut ad haec -a veniam et notiora nobis. Tusc. 5, 71 quanta animi tranquillitate humana et -a considerat. *fere i. q. interior, intimus*: AMM. 14, 1, 7 in penetrali secreto nullo -is vitae (*i. privatae*) ministro praesente (25, 4, 3 -is vitae ministris [27, 10, 4]. *cf.* 16, 10, 11 in -e vita patientiae non mediocris indicia. 28, 4, 2 -em vitam paene omnem vergentem in luxum per argumenta scaenica amoresque peregerat). [AMM. 30, 1, 22 ut a -e (*Petschenig*, via exteriore *V*, ut ab interiore *GA*) caveret obsequio.] *de gradu*: QVINT. decl. 299 p. 181, 7 -r est tamen poena quam scelus.

superl. **citimus,** -a, -um [*cf. c. theodisc.* hitamun, hitemon '*demum*', *v. Franck, Tijdschr. v. Ned. Taal. en Letterk. 15, 62 sqq. Th.*]. *i. q. proximus* (*opp.* ultimus), *plerumque in astronomia*: PAVL. FEST. p. 42 -us extremus. cis citra -us. NON. p. 85 -a sunt proxima. CHAR. gramm. I 156, 36 *supra l. 5.* PRISC. gramm. II 85, 6 -us dicebant *vetustissimi* teste Capro. GLOSS. -um proximum, citra omnia. CIC. rep. 6, 16 quae *stella* ultima a caelo, -a a terris luce lucebat aliena. Tim. 25 hanc *coniunctionem* -am a mediana linea direxit ad laevam *partem*. VITR. 10, 3, 2 supposita uti centro -o (*Dager.*, cito *GH*, citra *Mar.*) porrecta pressione. APVL. Socr. 8 p. 139 usque ad -am lunae helicem. CHALC. comm. 72 -um quidem terrae praecipue esse lunae globum. 112 dubium non est *Luciferum* . . . concursumque fecisse unum excelsiorem procul a regione terrae penes Δ, alterum -um terraeque proximum in Z. MART. CAP. 1, 28 Calliope orbem complexa Cyllenium, Clio -um circulum. CLAVD. MAM. anim. p. 144, 19 usque ad lunaris sideris -um lumen. SISEBVT. anth. 483, 23 qua -us limes dispescit turbida puris. *neutr. plur. substant.*: PLIN. nat. 6, 213 -a Persidis.

adv.: PRISC. gramm. III 80, 8 citra, citerius, **citimē**. *Spelthahn.*

citera *v.* cithara *infra l. 14.*

citeria, -ae *f., orig. inc. nisi conferas c.* citus, ciere. CATO or. frg. 40, 6 quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro -a atque cum spectatoribus sermocinaturum? *cf.* PAVL. FEST. p. 59 -a appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit. *v. Pollack, PW. III 2607.* *Mbr.*

citerior (-ius) *v.* citer *p. 1195, 3 sqq.*

citerius *adv. v.* citra.

citerum *v.* cithara *l. 14.*

cīterus *v.* ceterus *p. 965, 43.*

✖**cithara,** -ae *f.*, κιθάρα, *instrumentum musicum.* *formae*: chitara: FRONTO p. 65, 19 N. cittera: AMPEL. 2, 9. *cf.* PROB. app. gramm. IV 197, 26 cithara, non citera. GLOSS. IV 35, 9 (495, 40) citerum (*vel* citierum) aliquid exinde ut cithara (*vel* citiararum). [*val.* ceteră, *it.* cetera. *M.-L.*] chitarus: CORP. VI 30122 chitari cord(a)e. GLOSS. κιθάρα, chelys. testudo. *cf.* GLOSS. chelys: -a, quae canitur. *de re*: PLIN. nat. 7, 204 -am *primus docuit* Amphion, ut alii Orpheus, ut alii Linus. septem chordis primum cecinit III ad IV primas additis Terpander, octavam Simonides addidit, nonam Timotheus. -a sine voce cecinit Thamyris primus, cum cantu Amphion, ut alii Linus. FVLG. myth. 3, 9 -a simfoniarum gradus habet quinque, secundum quod Pythagoras ait, dum numerorum arithmeticos modulos ad symphoniarum adduxisset concordiam (*i. diapason, diapente, diatessaron, tonus, harmonia*). BOETH. mus. 1, 20. CASSIOD. in psalm. 32, 2 -a est . . . lignei ventris in imo sita concavitas, quae sursum chordarum fila transmittens, sonis dulcissimis percussa proloquitur, quae ideo tale nomen accepit, quoniam cita iteratione percutitur. 150, 3 -a ligni quodam ventre inferius constituto a summo chordarum filis venientibus sonos recipit atque in unam gratiam iucunditatis emittit. ISID. orig. 3, 21, 2 -ae ac psalterii repertor Tubal perhibetur. iuxta opinionem autem Graecorum -ae usus repertus fuisse creditur ab Apolline. forma -ae initio similis fuisse traditur pectori humano, quod uti vox a pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, appellataque eadem de causa. nam pectus Dorica lingua κιθάρα vocatur. 3, 21, 4 veteres -am fidiculam vel fidicem (fidem?) nominaverunt . . . antiqua -a septemcordis erat. GLOSS. Plac. V 35, 3 nam -am diversis numeris a veteribus constat esse compositam iuxta harmoniam mundi: unde hi qui ex quattuor elementis constare universa dixerunt, tetrachordon fecerunt. quidam pentachordon, addentes quattuor elementis divinam providentiam. nonnulli heptachordon iuxta numerum septem deorum, quorum dies nominibus nuncupantur. alii ennachordon, qui his septem adiunxerunt caelum et terram (88, 8. 123, 3). *de differentia psalterii et -ae*: HIER. tract. in psalm. 149 p. 312, 26 inter psalterium et -am hoc interest: -a deorsum percutitur, ceterum psalterium sursum percutitur, quod verbo vulgari dicitur polyphthongum (PS. RVFIN. in psalm. 32, 2 -a ex inferiore parte sonat, psalterium ex superiore. 42, 4). AVG. in psalm. 32 enarr. 2 serm. 1, 5 -a lignum illud concavum tamquam tympanum pendente testudine, cui ligno chordae innituntur, ut tactae resonent: non plectrum dico quo tanguntur, sed lignum illud dixi concavum, cui superiacent, cui quodammodo incumbunt, ut ex illo cum tanguntur tremefactae, et ex illa concavitate sonum concipientes, magis canorae reddantur: hoc ergo lignum -a in inferiore parte habet, psalterium in superiore. 56, 16. PROSP. in psalm. 150, 3 ut psalterio caelestia, -a autem terrena laudentur, quia cavum illud lignum, supra quod cordarum resultat extensio, in psalterio superius, in -a habetur inferius. ISID. orig. 3, 21, 7. *cf.* CASSIOD. in psalm. 70, 24 psalmus . . . de superioribus sonat, -a de inferioribus melos ad superna transmittit. *vox inde a* VARRONE *et* RHET. Her.; *deest* CIC. (*qui utitur* fides) CATVLL. CAES. SALL. NEP. LIV. VITR. SEN. rhet. VELL. VAL. MAX. CVRT. PETRON. FLOR. DIG. *adde nom. propr.*

1 *proprie*: VARRO ling. 10, 46 e septem chordis -ae tamen duo dicuntur habere tetrachorda, quod quemadmodum crepat prima ad quartam chordam sic quarta ad septimam respondet, media est alterius prima, alterius extrema. rust. 2, 1, 3 non omnes qui habent -am sunt citharoedi. 3, 13, 3 *Orpheus* cum eo venisset cum stola et -a cantare esset iussus (APVL. met. 6, 24 Apollo cantavit ad -am. *cf. p. 1197, 11*). RHET. Her. 4, 47, 60 *citharoedus* -am tenens exornatissimam auro et ebore distinctam. LVCR. 2, 28 nec -ae reboant laqueata auratae tecta. 4, 981 et -ae liquidum carmen chordasque loquentes auribus accipere. VERG. Aen. 1, 740 -a crinitus Iopas personat aurata. 6, 120 Orpheus Threicia fretus -a fidibusque canoris (HOR. carm. 3, 4, 4 seu fidibus -aque Phoebi). 9, 773. CIRIS 107 unde etiam -ae voces imitatus acutas saepe lapis recrepat Cyllenia munera pulsus. HOR. carm. 1, 15, 15 grataque feminis imbelli -a carmina divides. 1, 31, 20 nec turpem senectam degere nec -a carentem. 2, 10, 18 quondam -a tacentem suscitat Musam. 2, 12, 4 mollibus aptari -ae modis. 3, 1, 20. 3, 9, 10. 3, 15, 14. epist. 1, 2, 31 ad strepitum -ae cessatum ducere somnum. 1, 2, 53 TIB. 2, 3, 12. 2, 5, 2. PROP. 4, 6, 69 -am iam poscit Apollo. LYGD. 4, 69 nec -a poteram gaudere sonora. PRIAP. 68, 16 ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen ad -am -a tensior ipse sua. 6, 5 OV. epist. 3, 116. ars 1, 11 Phillyrides puerum -a perfecit Achillem. 3, 319 plectrum dextra, -am tenuisse sinistra. rem. 753

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

enervant animos -ae lotosque lyraeque. met. 1, 559. 5, 112 -am cum voce moveres. 5, 332. 10, 108 *Apollo* -am nervis et nervis temperat arcum. 11, 18 tympanaque et plausus et Bacchei ululatus obstrepuere sono -ae. 11, 171 Pana iubet Tmolus -ae submittere cannas. 12, 157 fast. 2, 115 Pont. 4, 8, 75 MANIL. 4, 528 PHAEDR. 3, 16, 12. 4, 20, 20. SEN. Med. 357 Pieria resonans -a Thracius Orpheus. Phoen. 569 convocatus vocis et -ae sono per se ipse summas venit in turres lapis. apocol. 4. LVCAN. 9, 661 *Mercurii* auctoris -ae (STAT. silv. 2, 7, 6 vocalis -ae repertor Arcas). BVC. Eins. 1, 24. CARM. Suet. Nero 39, 2 dum tendit -am noster (*cf.* PS. CENS. frg. 12, 4 intendisse protinus -am). PLIN. nat. 9, 28 ut prius caneret -a (TAC. ann. 14, 14 -a ludicrum in modum canere. 15, 65 Nero -a . . . canebat. AMBR. Iac. 1, 8, 39 SVLP. SEV. chron. 1, 34, 2. *cf.* QVINT. inst. 1, 10, 10 laudes heroum ac deorum ad -am canebantur. *cf. p. 1196, 68*). PLIN. nat. 30, 14. 34, 76 dracones in Gorgone eius ad ictus -ae tinnitu resonant. VAL. FL. 3, 158. 5, 693 -ae pulsator Apollo (*cf.* APVL. met. 5, 3 -am pulsavit. AVSON. 452, 3). SIL. 11, 437. 471 HOMER. 586 STAT. Theb. 1, 709. 4, 184. 10, 304 silv. 5, 3, 16. Ach. 1, 575 digitosque sonanti infringit -ae. MART. 1, 76, 3. 14, 165 tit. 14, 166 tit. QVINT. inst. 1, 10, 3 qui -ae sonos nominibus et spatiis distinxerit. 2, 8, 15 sicut -a ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta nervis consentiat. 5, 10, 124. 12, 10, 68 eademque musicis ratio est, qui cum in -a quinque constituerunt sonos, plurima deinde varietate complent spatia illa nervorum, atque his, quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. IVV. 6, 391. 8, 230 de marmoreo -am suspende colosso. TAC. hist. 2, 8. ann. 14, 15 multa cura temptans -am et praemeditans assistentibus phonascis. 16, 4 cunctis -ae legibus obtemperans. PLIN. epist. 4, 19, 4 versus quidem meos cantat etiam formatque -a. 5, 19, 3 utitur et -a perite. 7, 4, 9 nunc -a, nunc lyra personatur. SVET. Nero 12 -ae autem *coronam* a iudicibus ad se delatam adoravit (TERT. nat. 2, 5 in voluptatibus non tibiae aut -ae coronam ad praemium adiudicatis, ⟨sed arti⟩fici qui tibiam et -am suavitatis temperet vi). SVET. Nero 21. FRONTO p. 237, 4 N. Arion Lesbius...-a et dithyrambo primus. GELL. 1, 11, 6 Cretenses proelia ingredi solitos . . . praecinente ac praemoderante -a gressibus. APVL. met. 5, 15 iubet -am loqui. flor. 15 p. 53 -a balteo caelato apta strictim sustinetur . . . laeva *manus* distantibus digitis nervos molitur, dextra psallentis gestu sucussabulum (suo sabulum *F*, *corr. O. Rossbach*) -ae admovet. PS. CATO Mus. 5 Terpsichore affectus -is movet. SOL. 5, 25. LACT. inst. 1, 22, 15 qui cum frequenter -ae cantu personaret, Cithaeron appellatus est (HIER. chron. a. Abr. 691 cantu -ae saxa movere. CASSIOD. var. 2, 40, 11 canente -a. VEN. FORT. carm. 10, 11, 1 cum videam -ae cantare loquacia ligna). MAR. VICTORIN. in Eph. 5, 19 p. 1286^{D} percutientes et moventes vel -am vel cetera organa (VVLG. I reg. 16, 23 David tollebat -am et percutiebat manu sua). DAMAS. epigr. 1, 10 psallere per -am populis caelestia regna (VVLG. psalm. 70, 22 psallam tibi in -a. 97, 5. 146, 7). SCHOL. Hor. ars 216 -a monochordos fuit. SCHOL. Cic. Bob. p. 4, 12 Hild. fuisse *simulacrum citharistae* fertur tantae subtilitatis, ut non exerta manu nervos -ae impelleret, sed perquam occultis motibus. CLAVD. DON. Aen. 1, 740 constat -ae artem inter honestas professiones numerari (6, 645) HYG. astr. 2, 7 p. 44, 5 postquam ipse *Apollo* -am invenerit, illi (*Orpheo*) lyram concessisse. fab. 106 p. 97, 1 Achilles . . .-a in tabernaculo se exercebat. 165 p. 19, 11 cum iam Marsyas...victor discederet, Apollo -am versabat idemque sonus erat; quod Marsyas tibiis facere non potuit (*cf. Apollod. 1, 4, 2* *τὴν κιθάραν στρέψας ἠγωνίζετο*. MYTHOGR. 2, 115 invertit -am). AMBR. Hel. 15, 54 -am, psalteria, tympana, quae cognovimus conviviis huiuscemodi frequenter adhiberi. HIER. tract. in psalm. 146 p. 296, 4 -a multas chordas habet: si una rupta fuerit, sonus reddi non potest. VVLG. gen. 4, 21 *Iubal* fuit pater canentium -a et organo (Iudith 15, 15 in organis et -is). 31, 27 ut prosequerer te . . . et canticis et tympanis et -is. I reg. 10, 5 ante eos (*prophetas*) psalterium et tympanum et tibiam et -am. 16, 16 II reg. 6, 5. III reg. 10, 12 fecitque rex de lignis thyinis . . . -as lyrasque cantoribus. I par. 13, 8 ludebant coram deo . . . in canticis et in -is. 15, 21 in -is pro octava canebant epinicion. 15, 28 et nablis et -is concrepantes (II par. 5, 12 et psalteriis et -is concrepabant). 25, 1 qui prophetarent in -is et psalteriis et cymbalis secundum numerum suum. II par. 20, 28. 29, 25 II Esdr. 12, 27. psalm. 32, 2 confitemini domino in -a (42, 4 Sirach 39, 20). Is. 5, 12. 16, 11 super hoc venter meus ad Moab quasi -a sonabit (*cf. p. 1198, 16*). 23, 16 *al.* I Cor. 14, 7 apoc. 5, 8. 14, 2 citharoedorum citharizantium in -is suis. 15, 2 stantes super mare vitreum habentes -as dei. CLAVD. 15, 448. 22, 141. carm. min. 25, 48 iamne tibi sordent -ae? AVG. civ. 16, 2 in -is atque huius modi vasis musicis. in psalm. 150, 8 tria esse genera sonorum, voce, flatu, pulsu...flatu, sicut per tibiam, pulsu, sicut per -am. MART. CAP. 9, 924 nam fides apud Delphos per Deliacam -am demonstravi. 9, 925 Cretes ad -am dimicabant, Lacedaemonii ad tibias. 9, 926 Thaletem Cretensem -ae suavitate compertum morbos ac pestilentiam fugavisse. 9, 928 in Actiaco litore mare -am sonat. VAL. CEM. hom. 6, 5 agili plectro tinnientis -ae sonos expedit. SIDON. epist. 5, 5, 3 novus Amphion in -is, sed trichordibus. carm. 1, 8 Arcas et Arcitenens fidibus strepuere sonoris, doctior hic -ae pulsibus, ille lyrae. BOETH. mus. 1, 19 p. 205, 23 his ita dispositis paulisper de nervis -ae ac de eorum nominibus. 5, 1 p. 351, 22 octo *nervi*, atque huiusmodi fiat -a. CASSIOD. var. 2, 40, 12 nihil efficacius inventum est ad permovendos animos, quam concavae -ae blanda resultatio. IORD. Get. 43. 65 HIST. Apoll. rec. A 23. VEN. FORT. carm. 6, 10, 4 per lyricos modulos et fila loquacia plectris, qua -is Erato dulce relidit ebur. 7, 1, 4. 7, 12, 22 -ae vox animata iacet. 9, 7, 51 clara quod scripsit -am (*Browerus*, -a *codd.*) terendo (*an* canendo?) Lesbia virgo. CORP. VI 30122. CARM. epigr. 492, 8 si possem effari, -a suadere ego Manes. 610, 8 te lyra, te -a mira cum voce fleverunt. *metonymice i. q. cantus -ae*: VERG. Aen. 12, 394 cui . . . laetus Apollo augurium -amque dabat (HOR. carm. 1, 24, 4 Melpomene, cui liquidam pater vocem cum -a dedit). HOR. sat. 2, 3, 105 studio -ae . . . deditus. PROP. 2, 10, 10 nunc aliam -am me mea Musa docet. VVLG. Iob 30, 31 versa est in luctum -a mea.

2 *translate*: AMBR. Iac. 2, 9, 39 hunc cantum sanctus David . . .-a cecinit spiritali. off. 1, 41, 202 *mater Maccabaeorum* pulcherrimam ventris sui -am in filiis cernens (*cf.* VVLG. Is. 16, 11 *p. 1197, 71*). HIER. tract. in psalm. 104 p. 169, 3 quasi -am componens virtutum. EVCHER. form. 9 p. 56, 20 -a: pectus devotum, in quo quasi nervi sunt virtutes. CASSIOD. in psalm. 146, 7 -a significat virtutes morales consona operatione praecinentes, quae tunc veram -am reddunt, quando se foederata societate coniungunt.

synonyma: chelys, fides, lyra (*nota: opponuntur* lyra *et* -a: PLIN. epist. *p. 1197, 30*. SIDON. *p. 1197, 83*).

derivata graeca: citharion, citharista (-es), citharistria. citharicus. citharizare. *compositum*: citharicen. *graecum*: citharoedus.

citharicen, -inis *m.*) VARRO ling. 8, 61 cum ab tibiis et canendo tibicines dicantur, quaerunt, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara . . . dicamus citharicen?

citharicus, -a, -um, **κιθαρικός*. HIER. chron. a. Abr. 2160 Mesomedes Cretensis -orum carminum musicus poeta agnoscitur.

citharidio, -āre *v.* citharizo.

citharion (cytharon *codd. Ge Gu F*) NOT. Tir. 106, 97. *κιθάριον*.

citharista (-ēs), -ae *m.*, *κιθαριστής*. NOT. Tir. 106, 98 citharistes (citharestis, cytharistis *trad.*), *at* PRISC. gramm. III 208, 15 sophista, -a (GRAMM. suppl. 95, 11). *v. etiam nom. propr.* POMPONII *titulus Atellanae (com. 30)* Citharista (*sic Ribbeck, cf. κιθαριστής Antiphanis et Menandri*; etarista *trad.*). CIC. Verr. 2, 53 etiam illum Aspendium -am, de quo saepe audistis id, quod est Graecis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant sustulit et in intimis suis aedibus posuit (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 4, 10 Hild.). Phil. 5, 15 saltatores, -as, totum denique comissationis Antonianae chorum. div. 2, 133 non potueras hoc a principio, -a (*i. Pacuvianus Amphio*), dicere? ARNOB. nat. 3, 20 -as, auloedos. 6, 12 -ae gestus servans. IVST. 36, 4, 6. AVR. VICT. Caes. 5, 14 cum sibi -am poposcisset. AVSON. 445, 4 Phemius -a. HYG. fab. 14 p. 44, 12 HIER. chron. a. Abr. 2079. 2082 *bis*. AVG. civ. 1, 14 Arionem Methymnaeum, nobilissimum -am. 6, 7 numquid scaenicus Apollo -a est et ab hac arte Delphicus vacat? mus. 1, 4, 6 -as et tibicines (1, 4, 7 agimus de -a et tibicine). AVIAN. fab. 4, 1 -aque Phoebus. MART. CAP. 1, 3 Oeagrium -am. 9, 927 animalium vero sensus meis cantibus incunctanter adduci saltem Thracius -a perdocuit. OROS. hist. 7, 7, 1. VEN. FORT. carm. 9, 7, 11 modulante plectro molliter pangens -a.

compos. graeca: chorocitharistes, psilocitharistes.

citharistria, -ae *f.*, *κιθαριστρία*. GLOSS. IV 76, 50 fidicina -a (238, 48). TER. Phorm. 82 hic Phaedria continuo quandam nactus est puellulam -am. 144. SVLP. APOLL. perioch. Ter. Ad. 3 hunc -ae lepore captum. 12. PORPH. Hor. carm. 1, 17, 18 fides chordae dicuntur, unde et fidicinas comici dicunt -as. SCHOL. Hor. carm. 3, 14, 21 -ae sive cantrici. SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 71 Thymelen Palenque doctas tepidas ad officinas -as. carm. 23, 300 -as, choraulas.

compos. graecum: fortasse chorocitharistria? (*v. s. v.*).

citharizo, -āre (-or, ārī) [*κιθαρίζειν. Th.*]. citharidio: FVLG. myth. 3, 9 aut cantantium aut -idiantium aut tibizantium. *depon.*: ITALA *l. 68*. NEP. Epam. 2, 1 et -are et cantare ad chordarum sonum. ITALA Is. 23, 16 (Tycon. 4 p. 46, 16) bene -are (*κιθάρισον*, VVLG. cane). SCHOL. Pers. 6, 5 -antes non solum plectro sed etiam digito cordis sonos educunt. HIER. adv. Rufin. 3, 43 in modum David -antis. hom. Orig. in Ier. 2 p. 759. VVLG. I Cor. 14, 7 quod canitur aut quod -atur (*κιθαριζόμενον*). apoc. 14, 2 sicut citharoedorum -antium in citharis suis. AVG. in psalm. 32 enarr. 2 serm. 1, 5 ubique laudet deum, qui -at. PS. AVG. quaest. test. ed. Souter 46, 10 BOETH. elench. soph. 2, 3 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 242 in psalm. 32, 2. 70, 24 cui psallatur vel -etur dicit sancto Israel.

citharizus, -ī *m. a* citharizare *ibride fictum. i. q. citharoedus*: ITALA apoc. 18, 22 (Apring. *ad l.* Primas. *cod. N*) vox cytharizorum (*κιθαρῳδῶν*, VVLG. citharoedorum).

citharoeda *v. p. 1199, 40 sqq.*

citharoedicus, -a, -um, *κιθαρῳδικός*. PLIN. nat. 7, 204 -a carmina composuit Terpander. 9, 28 Arionem -ae artis (SVET. Nero 40). SVET. Nero 25 -o habitu (EVTR. 7, 14). CALL. dig. 50, 16, 127 tragica aut -a *vestis*. APVL. flor. 15 p. 51 -us status.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

citharoedo, -āre *a* citharoedus. *i. q. citharizare*: FVLG. Virg. cont. p. 93, 12 nomen eiusdem -antis considera.

citharoedus, -ī *m.* GLOSS. *κιθαρῳδός*. RHET. Her. 4, 47, 60 -us cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta et cum corona ⟨aurea⟩ magnis fulgentibus gemmis illuminata *eqs*. CIC. Mur. 29 ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui -i fieri non potuerint (QVINT. inst. 8, 3, 79). de orat. 2, 325 tamquam -i prooemium affictum aliquod. Tusc. 5, 116 vocem -i non audiunt. HOR. ars 355 ut -us ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. PRIAP. 77, 14. VITR. 5, 5, 7 ab -is, qui superiore tono cum volunt canere, avertunt se ad scaenae valvas et ita recipiunt ab earum auxilio consonantiam vocis. PLIN. nat. 34, 59. 35, 144 MART. 3, 4, 8. 5, 56, 9 artes discere vult pecuniosas? fac discat -us aut choraules (11, 75, 3 -us aut choraules). 14, 215. QVINT. inst. 1, 12, 3 an vero -i non simul et memoriae et sono vocis et plurimis flexibus serviunt, cum interim alios nervos dextra percurrunt, alios laeva trahunt, continent, praebent, ne pes quidem otiosus certam legem temporum servat? 4, 1, 2 quod *οἶμη* cantus est et -i pauca illa, quae antequam legitimum certamen incohent emerendi favoris gratia canunt, prooemium nominaverunt. 11, 3, 88 IVV. 6, 76. 7, 212 -i cauda magistri (*i. Chiron*). 8, 198. 10, 211 quae cantante voluptas, sit licet eximius, -o sive Seleuco et quibus aurata mos est fulgere lacerna. TAC. ann. 15, 65 -us *Nero*. SVET. Nero 20 Terpnum -um, vigentem tunc praeter alios (Vesp. 19 Terpno Diodoroque -is). 21 sine mora nomen suum in albo profitentium -orum iussit ascribi. 22 -orum coronas. 30. 41 Vit. 4. 11 Dom. 4 praeter -os chorocitharistae quoque et psilocitharistae. ANTH. 113 tit. 114 tit. ITIN. Alex. 43 CAPITOL. Pert. 13, 8 AVSON. 44, 4. 466, 3 Phemio -o (*in Odyssea*). PROB. Verg. ecl. 8, 56 Arion Methymnaeus -us (HYG. astr. 2, 17 p. 57, 12). HIER. in Nah. 3, 7 p. 569 scriptor lyricus et -us, qui possit dissonantes chordas eius in unam harmoniam contrahere et vocalem in laudes dei efficere concentum. VVLG. apoc. 14, 2. 18, 22. PRVD. c. Symm. 2, 524 laurum -i vatis. AVG. serm. 9, 5. COMM. instr. 1, 11, 1 Apollinem facitis -um atque divinum. BOETH. mus. 1, 34 p. 224, 17 -us ex cithara, auloedus ex tibia ... nuncupantur. CASSIOD. var. 2, 40, 1 cum rex Francorum ... a nobis -um magnis precibus expetisset. 2, 41, 4 CORP. VI 7286. 10123. 10124 b. X 6340. XII 1923. *in proverbio*: VARRO rust. 2, 1, 3 non omnes qui habent citharam sunt -i.

fem. **citharoeda,** -ae: CASSIOD. in psalm. praef. 4 p. 15[D] et psaltrias -as vocamus, docto pollice modulationes musicas exprimentes. CORP. VI 10125 Auxesi -ae coniugi.

deriv.: citharoedare. *graec.*: citharoedicus.

1. citharus, -ī *m.*, *κίθαρος*, *nomen piscis*. PLIN. nat. 32, 146 -us, rhomborum generis pessimus. ORIBAS. syn. 4, 14 **chetharos** et rombos et epatos. *Spelthahn.*

2. citharus *v.* cithara *p. 1196, 16.*

radicula lanaria id est tritio (*lege στρούθιον*) id est **citīcia** GLOSS. III 542, 26. *fort. a* ciere (*sc. alvum sim.*), citus (*cf. p. 1055, 70 sqq.*), *nisi corruptum est?* *Mbr.*

citimē, citimus *v.* citer.

citipēs, -edis *a* citus *et* pes. DIOM. gramm. I 476, 3 citipedem hunc cursum sibi repperisse testificantur (*pyrricham*).

citirēmis, -e [*a* citus *et* remus. *Th.*]. VARRO Men. 15 Argo -em.

citirvārius *v.* catervarius.

✱**1. cito,** -āvī, -ātum, -āre [*a* citus. *Th.*]. *inf. praes. pass.* citarier: CATVLL. 61, 42 GLOSS. Plac. V 14, 43 (55, 15). GLOSS. *καλῶ*, accerso, voco; -arier: celeriter moveri. PAVL. FEST. p. 225 -are enim vocitare est, unde procet et prociet. NON. p. 265 -are est vocare; incitare, provocare; laudare. DIFF. ed. Beck p. 45, 22 -atus sponte fit, incitatus ab alio. *inde ab* ENNIO *et* PLAVTO, *deest* CATONI TER. LVCIL. RHET. Her. LVCR. (ciere *26ies*) SALL. TIB. (*semel* ciere) VELL. (*6ies* ciere) MANIL. (*semel* ciere). *de ceteris auctoribus v. hanc tabulam*:

	ciere	citare (citatus)		ciere	citare (citatus)
PLAVT.	2	3	CVRT.	3	3
VARRO	2	4	COLVM.	—	20
CIC.	10	34	LVCAN.	1	3
CATVLL	3	4	PETRON.	2	1
CAES.	—	2	PLIN. nat.	135	3
NEP.	—	1	VAL. FL.	11	2
VERG.	19	1	SIL.	27	27
HOR.	—	1	STAT.	16	15
PROP.	—	1	MART.	—	5
OV.	3	2	QVINT.	—	10
LIV.	25	78	IVV.	1	3
GRATT.	—	1	TAC.	20	1
VITR.	—	2	PLIN. epist.	1	4
VAL. MAX.	—	7	SVET.	2	8
CELS.	2	8	APVL.	11	8
PHAEDR.	3	2	VVLG.	—	4
SEN. phil.	13	43			

I *i. q. ciere, movere*: **A** *res*: CINNA carm. frg. 1 me ... bigis raeda rapit -ata nanis. CELS. 6, 9 alumen scissile in id foramen coniectum dentem -at. SEN. Ag. 330 resonetque manu pulsa -ata vocale chelys. Herc. O. 513 meque complexus ferens gressum -bat (STAT. Theb. 10, 137 ipse quoque et volucrem gressum et ventosa -vit tempora). Phoen. 403 -a celerem gradum (CLAVD. 28, 510). Med. 387 flammata facies spiritum ex alto -at. 853 vultus -atus ira riget. SIL. 4, 536 -at improbus hastam. STAT Theb. 8, 125 *leo* arma -at. 12, 18 imbellesque -ant *Idaliae volucres* ad proelia pinnas. Ach. 2, 132 quo Paeones arma rotatu, quo Macetae sua gaesa -ent. LACT. inst. 7, 6, 4 cur ventorum spiritus -ent nubes. AVSON. 413, 9 Hippocrene, quam pedis pulsu -atam cornipes fudit fremens. CLAVD. 20, 472 ventoque -atas ... favillas. 24, 335 ventoque -atis ... iubis. DRAC. Romul. 7, 153 rorante fluento ille (*Neptunus*) caput barbamque -et (*cf.* STAT. Theb. 6, 771).

3 *in grammatica* (*de terminatione vocabuli*): QVINT. inst. 12, 10, 31 'ny' *littera* ... apud nos rarissima in -is. DON. gramm. IV 397, 15 zeugma est unius verbi conclusio diversis -is apte coniuncta (DIOM. gramm. I 444, 4). 397, 20 hypozeuxis ... ubi diversa verba singulis [quibusque] -is [proprie] subiunguntur (*sim.* CASSIOD. in psalm. 1, 1). 397, 23 syllepsis ... dissimilium -arum per unum verbum conglutinata conceptio (DIOM. gramm. I 445, 3 POMP. gramm. V 301, 36). DIOM. gramm. I 441, 17 ad ultimam simplicis dictionis -am ... littera adiungitur. 447, 5 homoeoteleuton est oratio similibus -is terminata, id est pari verborum exitu finita. Ps. PRISC. gramm. III 524, 20 unum *vocabulum* notatur in eadem -a (*sc.* es) finitum (PHOC. gramm. V 417, 32). PHOC. gramm. V 412, 11 quae *syllabae* his -is terminantur. 418, 26. 421, 15 *al.* EVTYCH. gramm. V 452, 8 singulis eorum *nominum* certae sunt derivationum -ae tam generales quam speciales destinatae. 454, 7 *syn.* terminatio (*item* 460, 4. 19). 456, 23 ante -ae casualis vocalem. 459, 28 verba ... non generalibus -is terminata. 462, 5 per ... -arum incrementa derivatio verbi solet provenire, ut vello ... vellico. *saepius.* GRAMM. suppl. 34, 11 in primae coniugationis -is (*ibid.* finalitates *et* finis). 34, 12 *al.*

4 *in instrumentis publicis, maxime ap.* ICTOS (*adiectio ad edicta, pacta, stipulationes sim., condicionem vel exceptionem quandam continens. cf. Leonhard, PW. IV 1*): CIC. Verr. 4, 35 illa ... praeclara est -a edicti (*sc.* 'si uter volet, recuperatores dabo'). Att. 6, 3, 3 -a est difficilis in tradenda provincia. HYG. grom. p. 122, 21 lapides inscripti nomine divi Vespasiani sub -a tali: 'occupati a privatis fines: p. R. restituit'. VLP. dig. 5, 3, 23 pr. sequentem -am senatus consulti. *ap.* ICTOS: CELS. dig. 5, 3, 45 qui se hereditatis petitioni obtulit, ex doli -a tenetur (doli -a *saepe, ut*: IVLIAN. dig. 45, 1, 53. POMPON. dig. 42, 1, 22, 1 ex doli -a obligato. SCAEV. dig. 45, 1, 135, 4 ex doli -a ... conveniri. *nota* VENVL. dig. 46, 7, 19, 2 doli ... mali -a, sicut reliquae stipulationes, ... ad principium ... refertur. PAPIN. dig. 45, 1, 119 doli -a, quae stipulationibus subicitur. PAVL. dig. 45, 1, 22 ex doli mali -a tecum agam. *cf.* VLP. dig. 46, 4, 13, 5 non posse de dolo malo -am acceptum ferre). VENVL. dig. 46, 7, 19 pr. novissima -a iudicatum solvi stipulationis 'dolum malum abesse *eqs.*'. MARCELL. dig. 37, 8, 3 bonorum possessionem accipere ... propter id caput edicti, quod ... introductum est, id est ex nova -a. SCAEV. dig. 46, 7, 21 praevalere rei iudicatae -am. 34, 2, 13 ex eadem -a (*sc. testamenti*) vestis ... praestanda. VLP. dig. 46, 7, 6 iudicatum solvi stipulatio tres -as in unum collatas habet: de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo. 3, 3, 15 pr. stipulationis -a. 46, 7, 13 pr. cum ... iudicatum solvi stipulatio una cludatur -a. 46, 4, 20 si accepto fuerit lata ob rem iudicatam -a. 46, 7, 3, 10 ex -a ob rem non defensam. 46, 7, 13 pr. evanescere ob rem non defensam -am *al.* 4, 8, 25, 1 -a 'diem compromissi proferre' ... dat ... facultatem ... diem prorogandi. 5, 2, 6 pr. ex -a de ventre in possessionem mittendo. 30, 30, 5 vulgarem hanc -am cessare. 9, 2, 21 pr. ait lex: 'quanti is homo in eo anno plurimi fuisset'. quae -a aestimationem habet damni. *cf.* 4, 6, 26, 2. *plura in vocab. iurispr. addo iuncturas de clausula addenda, committenda*: -am: addere: VLP. frg. Vat. 166. adicere: VLP. dig. 4, 6, 21, 1. ascribere: VLP. dig. 4, 8, 31. committere: IVLIAN. dig. 46, 8, 22, 7 *al.* detrahere: VLP. dig. 44, 4, 4, 16. inserere: VLP. dig. 4, 6, 21 pr. subicere: SCAEV. dig. 45, 1, 135, 4. ad -am descendere: VLP. dig. 4, 6, 26, 9. INST. Iust. 3, 15, 7 -a erit huiusmodi adicienda (THEOPHIL. *h. l. ἡ περὶ τῆς* ποέ-nas claúsula ... *ὀφείλει προστίθεσθαι et infra:* -a *τῆς ποινῆς. an hinc* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] *κλαυσοῦλα· κόλασις?*). 4, 11, 4 ipse sui procuratoris fideiussor existit pro omnibus iudicatum solvi satisdationis -is. *ad clausulam testamenti possis cum Mommseno referre* ⟨cl⟩ausula *in lapide mutilo* CORP. II 3415.

5 *similiter, ut videtur, de conclusionibus, argumentationibus*: NICET. spir. 3 p. 20, 12 quid faciet inter has -as fides ecclesiae? (*cf. ibid.* tortuosae philosophiae).

II *sensu latiore: cuiuscunque rei exitus*: **A** *incorporalium*: SEN. epist. 66, 48 hoc non esse par maximis bonum, quod beatae vitae -am imposuit. 77, 20 *v. p. 1324, 16.* TERT. idol. 9 p. 38, 27 -am sacrificationis et gloriae saecularis, quam Christus erat adempturus. ieiun. 10 p. 286, 19 ad -am et expunctionem stationis. resurr. 25 p. 61, 25 sub omni -a temporum. apol. 32 -am saeculi. fug. 6 in -a officii et in consummatione praecepti. IVL. VAL. 1, 8 ad vitae -am (2, 32 vivendi. 3, 26 obitus ... -am subiturus). EXPLAN. in Don. gramm. IV 534, 5 omnis res initium habet, sequentiam et -am. *sensu eminentiore i. q. τέλος, summa, perfectio*: HIL. syn. 11 illa ... -a est totius fidei et illa confirmatio, quod trinitas semper servanda est, sicut legimus in euangelio. PRVD. psych. 778 meriti ... -a pax est. CORP. VIII 20906 -a iustitiae est martyrium vobis optare; habes et aliam similem, aelemosinam viribus (pro viribus *vult Duchesne*) facere. *de persona*: TERT. scorp. 8 p. 161, 4 ipse (*Iohannes baptista*) -a legis et prophetarum (PETR. CHRYS. serm. 86 p. 442[B]). PRVD. cath. 9, 11 *Christus* alpha et ω cognominatus, ipse fons et -a.

B *rei corporalis*: PLIN. nat. 11, 247 ungues *simiarum* -ae nervorum summae existimantur.

III *parva clausa (i. locus clausus, claustrum): de utero*: HYMN. Ambros. 2, 53, 12 *Christus* egressus honestissima virginis matris -a. *de cella*: GILD. epist. 3 chron. III p. 87, 4 -am ecclesiae ... anteponunt.

syn.: conclusio, consummatio, exitus, finalitas, finis (*adde* EVTYCH. gramm. V 460, 19), terminatio. *opp.*: ingressus, initium, principium.

clausum *v. sub* claudo.

clausūra, -ae *f. a* claudere. *forma* clusura *usitatior est*; clausura *traditur*: ITALA cant. 5, 5 (Ambr. virginit. 11, 61) VEG. mil. 4, 30 p. 150, 2 CHIRON 214 VVLG. Bar. 6, 17 AVG. in psalm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

106, 6 quaest. hept. 7, 23 (*pars codd.*) Lex Sal. 7, 4 add. 7 *al.* Lex Visig. 8, 3, 14 tit. *al.* (8, 4, 29 *pars codd.*) Ven. Fort. vit. Pat. 10, 31 Bened. reg. 6 (*recc.*) Caes. Arel. reg. mon. 3 Itin. Anton. Plac. rec. 24. κλεισουρα: *v. l. 51.* [*it.* chiusura. *M.-L.*]

I *actus vel instrumentum claudendi: claustrum sim.*: Itala cant. 5, 5 (Ambr. virginit. 11, 61) manus meae stillaverunt myrrham et digiti mei pleni in manibus -ae (πλήρη ἐπὶ χειρὸς τοῦ κλείθρου. *aliter in* Vvlg., *cf.* 5, 6 pessulum ostii aperui). Vvlg. Bar. 6, 17 tutantur sacerdotes ostia -is et seris, ne . . . expolientur (τοὺς οἴκους . . . ὀχυροῦσι . . . θυρώμασί τε καὶ κλείθροις καὶ μοχλοῖς). Avg. quaest. hept. 7, 23 tale -ae genus fuit, quod sine clavi posset claudi. Fvlg. aet. mund. p. 176, 16 Iani . . . limina perenni . . . -a damnavit. *sim. transl.* Bened. reg. 6 scurrilitates . . . vel verba otiosa . . . aeterna -a in omnibus locis damnamus. *in torque* (*Ruggiero, Diz. epigr. II 313*): Corp. II 3386, 11 in -is duo *zmaragdi.* Itin. Anton. Plac. 24 (*rec. A et B*) inter solium et solium (inter solios *B*) -a cancellorum. *huc fortasse pertinet*: Corp. XII 1121 arcum cum ostiis et clu⟨suris?⟩ (*traditur* civ⟨. . .⟩). *obsidio*: Veg. mil. 4, 30 p. 150, 2 -ae tempus in obsidentum potestate consistere. *singulariter (modo recte sit traditum) reclusio, apertio*: Fvlg. myth. 2, 5 p. 44, 10 eodem tempore (*sc. verno*) -a (*an scrib.* ⟨re⟩clusura?) soliditasque est germinum. *oppilatio partium corporis* (*aliter de corporis parte v. l. 31*): Soran. p. 113, 13 de -a orificii matricis, quam Graeci fimosin dicunt. clauditur orificium matricis aliquando fervore *eqs.* . . . quae -a mulieris dicitur, quia. p. 114, 16 si . . . pinnaculis patentibus in medio sinu muliebri fuerit -a. *translate (aliter cf. l. 14): conclusio, argumentatio*: Avg. c. Iul. op. imperf. 2, 27 in antro Manichaeorum Traducianos esse -a deprehenderat: verti clavem, ut praeberem captis effugium (*'idem quod clausula seu conclusio disputationis' ed.; locus coniecturis temptatus*).

II *pars claudens, i. extrema, finis*: Chiron 214 quaedam loca . . . intestinorum praeclauduntur *eqs.* . . . quod fit magis proxime longaonis -a.

III *locus clausus (claudens): carcer*: Avg. in psalm. 106, 6 *vitiorum* adhuc consuetudine colligati gemunt tamquam in -a et compedibus. Ennod. opusc. 3, 171 p. 375, 18 ego . . ., per cuius manus pictacia ad -as iussio sacerdotis elicuit. Lex Visig. Rom. interpr. ad Paul. sent. 5, 7, 14 (p. 424 Haenel) ut exhibeatur is qui -a in aut in vinculis detinetur. *claustrum regionis, castellum. sim.*: Prosp. chron. I p. 482, 1367, 3 ut ne -is quidem Alpium, quibus hostes prohiberi poterant, uteretur *Aetius contra Chunnos.* Comment. Lucan. 1, 435 Gebennas: Burgundionum -ae sunt, quae inter se et Gallos habent. Cassiod. var. 2, 5, 1 sexaginta militibus in Augustanis -is iugiter constitutis. 2, 19 tit. universis Gothis et Romanis vel his qui portibus vel -is praesunt. Cod. Iust. 1, 31, 4 (*a. 443*) ut super omni limite sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat castrorumque ac -arum cura procedat. 1, 27, 2, 4 ubi custodes antiqui servabant, sicut ex -is et burgis ostenditur. 1, 27, 2, 4ª civitates, quae prope -as et fines antea tenebantur [1, 46, 4, 1 *corrupte, ut vid.*: castrorum . . . refectionis clusuriarumque (*sic*) curam habeant]. Theophyl. Simoc. hist. 7, 14, 8 κλεισούρας τῇ πατρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλεῖν ταῦτα (*sc.* τὰ ἐχυρώματα τῶν διαβάσεων) εἰώθασιν. *saepes, locus maceria vel similiter saeptus, maxime animalium*: Lex Burg. lib. const. 23, 3 animalia dum de damno ad -am minantur. 49 tit. de animalibus . . . in -a missis (*cf.* claudo *p. 1308, 80*). 49, 2 si animalia in -a reducta fuerint retenta. *ibid.* 49, 2. 89, 5. 6 *alibi corrupte pro* cultura. Lex Sal. 9, 5 si quis . . . pecora . . . aut in -a aut dum ad domum minantur, expellere . . . praesumpserit. Lex Visig. 8, 3, 14 tit. si . . . pecora . . . de -a furto aut violentia tollat. *ibid.* p. 241, 2 si de domum aut -a (clausa *var. lect.*) involaverit. 8, 4, 11 tit. si pecus . . . in -am mittatur. Ven. Fort. vita Pat. 10, 31 ut fanum . . . fieret animalium -a. Lex Sal. 7, 4 add. 7 si quis pomarium . . . extra -am (*E Hn.*; de latus curte *rell.*) exciderit. 7, 4 add. 8 infra -am (*E Hn.*; de intus curte *rell.*). 7, 4 add. 9 tit. de damnum in messe vel qualibet -a inlatum. 27 add. 8 si quis . . . -am alienam deruperit. *in aqua fluente*: Lex Visig. 8, 4, 29 alter superius, alter inferius -am facere ex medietatem fluminis non proibeatur (*supra*: exclusa). *sensu generali, quodlibet clausum*: Caes. Arel. reg. mon. 3 cellam peculiarem aut armariolum vel quamlibet -am nullus habeat.

dubiae significationis: Corp. VI 34240 in ⟨a⟩gro ma⟨. . .⟩ arcum clusur⟨ae . . . pede⟩s L. *Hey.*

clausus *v. sub* claudo.

clāvula, -ae *f.* [*a* clava; *cf. umbr.* klavlaf, klavles *acc. dat. plur. vocabuli incertae significationis, quocum copulatum est* berva *'verua'. Th.*]. *i. q. talea*: Varro rust. 1, 40, 4 [dum] in oleagineis seminibus [arbores] videndum ut sit de tenero ramo ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii -as, alii taleas appellant ac faciunt circiter pedales. Non. p. 414 taleas scissiones lignorum vel praesegmina, quas alii -as, alii taleas appellant. [*rhaetorom.* tyaula. *M.-L.*]

clāvulāris, -e [*originis non satis perspicuae; a* clavulus *vel a* clavula *ductum esse videtur, cf.* Lyd. *p. 1328, 4. Th.*]. *ad speciem plaustrorum publici cursus pertinens.*: Amm. 20, 4, 11 eos ad orientem proficisci praecepit, -is cursus facultate permissa. Cod. Theod. 6, 29, 2, 4 (*a. 357*) in cursu -i (clab- *cod. R*). 6, 29, 5, 1 (*a. 359*). Cod. Iust. 12, 50 (51), 22 pr. cursum -em (clab- *dett.*).

clāvulārius, -a, -um *v.* clavularis. Lyd. mens. 1, 31 κλαβουλάριος ὀχηματικός· κλάβον γὰρ τὸν οἶακα καλοῦσιν. Cod. Theod. 8, 5, 23 pr. (*a. 365*) ad procurationem -i (clab- *cod. R*) cursus eligendi sunt ex eo hominum genere. 8, 5, 26 (*a. 365*) cursus mancipes -i (clab- *cod. R*) ex quo genere hominum debeant ordinari. 8, 5, 62 (*a. 401*) praesumendi velocis et -i (clab- *cod. R*) cursus nullus habeat potestatem.

clāvulus, -ī *m.* [*a* clavus *deminutive. Th.*]. Cato agr. 21, 3 imbrices medias -is figito. Varro rust. 2, 9, 15 cingulum circum collum ex corio firmo cum -is capitatis. *in re medica i. q. clavus sub 3*: Chiron 706 si quod iumentum -um (daulum *trad.*) in latus fecerit. *ibid.* si limpidum fuerit et rotundum -um (dauculum *trad., estne forma* clauculus?) videris. 923 tertio die solvito, -us (clauclos *trad.*) cadet. Marcell. med. 33, 53 verendi virilis -is et ulceribus aloe trita imponitur. Soran. p. 81, 1 cicatricibus vel -is. p. 107, 1 tit. de -is in muliebribus locis natis. p. 108, 13. Theod. Prisc. eup. faen. 89 quibus -i inhaerentes molestiam fecerint.

clāvus, -ī *m.* [*cf. c. gr.* κλῆς κλείς (*et c.* clavis), *slavon.* ključĭ *'uncus, clavis'*, *lituan.* kliūti *'obhaerescere'*, kliūtis, kliūte *'impedimentum'*, *fortasse c. gr.* κλωός χλοιός *'collare canum'*, *hibern.* cloïd *'vincit, superat'. At hibern.* cló *'clavus' a Romanis tractum esse videtur. cf.* 1. claudere. *Th.*]. Isid. orig. 19, 19, 7 *v. infra l. 43.*

clavom: Lex met. Vipasc. (Corp. II 5181) 34 Carm. epigr. 95, 3 Corp. VI 12649. XII 1783. *adde*: Plavt. Men. 86 Verg. Aen. 5, 852. clavos: Corp. IV 2417. clao: Tab. cer. Dac. 8 (Corp. III p. 944) 7. clabo: Edict. Diocl. 9, 6. κλαβία: Malalas ed. Bonn. p. 457, 17. *feminini generis*: Exc. Bob. gramm. I 548, 3 hic -us ὁ ἧλος. 548, 7 haec -us purpura vestis. Martyr. gramm. VII 191, 3 hic et haec -us alterum per genus significans. Beda gramm. VII 267, 31 -us, quae est purpurata vestis, et declinatur genere feminino. Gloss. V 564, 42 -us feminini generis purpura vestis. *sed cf.* Char. gramm. I 31, 30 hic -us, id est inpurpurata vestis ἐμπόρφυρος ἐσθὴς καὶ ὁ ἧλος. *neutr.* clavum: Martyr. gramm. VII 190, 12 clavus, clava, clavum, licet aliam per genera significationem suscipiunt. Chiron 615 -um morticinum in suffragine si natum fuerit. Gloss. V 564, 45 gubernacula vel -a (V 446, 15 gubernaculum vel clava[t]. *inde ab* Ennio *et* Plavto, *deest*: Ter. Lvcil. Rhet. Her. Catvllo Lvcr. Sall. Nep. Tib. Prop. Sen. rhet. Cvrt. Flor. [*dub.* Pacvv. trag. 290.] [*it.* chiodo, *francog.* clou. *M.-L.*] *v. nom. propr.*

1 *id quo aliquid figitur,* ἧλος, *nonnumquam i. q. fibula, uncus*: Isid. orig. 19, 19, 7 -i dicti quasi 'chalybi', quia ex chalybe fiunt, id est ferro. Gloss. ἧλος, singulariter tantum declinabitur, γόμφος. III 271, 75 -orum faber ἠλοκόπος. Plavt. Men. 86 compediti anum lima praeterunt aut lapide excutiunt -om. Rud. 823 duo destituit signa hic cum -is senex. Trin. 1039 *leges* ad parietem sunt fixae -is ferreis. Cato agr. 18, 9 eas (*subscudes*) ubi confixeris, -is corneis occludito. 20, 2 figat -is duplicibus. Caes. Gall. 3, 13, 4 transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa -is ferreis. civ. 2, 10, 3 eo super tigna bipedalia iniciunt eaque laminis -isque religant. Liv. 28, 20, 3 -os secum ferreos portantes, qua per inaequaliter eminentia rupis poterant, scandunt (*cf.* Epit. Alex. 16 ut in saxis -os ferreos . . . figerent). Vitr. 7, 1, 2. 5. 7, 3, 1 -is ferreis fixi religentur. 7, 3, 11 cannae -is muscariis perpetuae figantur. Pavl. Fest. p. 349 *secespita* -is aeneis (Pallad. 4, 10, 4 -o aeneo). Val. Max. 3, 7, 2 omniaque vada plumbatis tabulis consterneret habentibus -orum cacumina. 9, 1 ext. 4 aureos -os crepidis subiectos habuit (Plin. nat. 33, 50). Cels. 8, 3 -us *modioli.* Sen. dial. 1, 3, 9 figunt cutem -i. 7, 19, 3. 9, 16, 4 Colvm. 8, 5, 12. Scrib. Larg. 16 -um Cyprii aeris acutum. Petron. 135 -um, qui detrahentem *Oenotheam* secutus cum camella lignea fuerat, fumoso parieti reddidit. 135 vers. 8 at paries circa paleo satiatus inani fortuitoque luto -os numerabat agrestes. Plin. nat. 2, 211 -i in calciamento (9, 69 -orum caligarium effigie. 22, 94 caligaris -us. 34, 143 -isque caligariis. Lex met. Vipasc. [Corp. II 5181] 34. Symph. 57 tit. -us caligarius [-is *γ*]. *cf.* Ivv. 3, 248 in digito -us mihi militis haeret. 16, 25 tot caligas, tot milia -orum. Edict. Diocl. 9, 6 caligae militares sine -o). Plin. nat. 10, 40 -um cuneumve adactum quanta libeat vi arbori. 16, 51 si in ipsam arborem -us aereus adigatur (Vitr. 10, 10, 3 stylis aereis et -is). 16, 207 ut . . . ne sic quidem adactus avelli -us *queat.* 28, 63. 32, 44. 34, 151 praefixisse in limine evulsos sepulchris -os. Apvl. met. 3, 17 illic carnosi -i pendentium, alibi trucidatorum servatus cruor. Tert. adv. Marc. 3, 18 p. 407, 12 nervos utique eius -is desaevierunt. Itala psalm. 118, 120 (Barnab. 5, 13 Cypr. testim. 2, 20) confige -is (καθήλωσον; Vvlg. timore tuo) carnes meas. Comm. instr. 1, 36, 14 traiectum -is dominum. apol. 417 suffigitur -is. Pallad. 2, 15, 18 vel cuprinum -um vel ferreum. Hil. trin. 10, 34 transeunte palmas -o. Amm. 23, 4, 11 testudo compaginatur immanis axibus roborata, longissimis ferreisque -is aptata. 29, 5, 54 *funiculum* de -o parieti affixo suspendit. Chiron 698 Veg. mulom. 2, 82, 2 mil. 3, 7. 4, 8. 34. Hyg. fab. 84 p. 83, 17 Myrtilus currum iunxit et -os (*i.* ἐπίβολος) in rotas non coniecit. Vvlg. iud. 4, 21 tulit Iahel . . . -um tabernaculi (*cf.* Is. 33, 20 nec auferentur -i eius [*i. tabernaculi*] in sempiternum. 54, 2 -os tuos con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

solida). *ibid.* posuit supra tempus capitis eius -um. 5,26. 16,13 -um ...terrae fixeris. III reg. 6,21 affixit laminas -is aureis. I par. 22,3 ferrum ... plurimum ad -os ianuarum. II par. 3,9. eccles. 12,11 -i in altum defixi. Is. 41,7 Ier. 10,4. Ioh. 20,25 nisi videro in manibus eius fixuram -orum (*τὸν τύπον τῶν ἥλων*). RVFIN. hist. 4,15,31. AVG. civ. 1,15 -isque acutissimis undique confixo *ligno*. ALC. AVIT. hom. 23 p. 141,1 demerso ... -o *crucis Christi*. DIOSC. 5,98 conficitur de acutis id est de -bus (*ἥλων*) navium (*cf.* GLOSS. Plac. V 12,17 [55,24] -us interdum acutus, interdum gubernaculum). CARM. epigr. 95,3 -om et restem sparteam (CORP. VI 12649 restem et -um, unde sibi collum alliget). 1198,9 nam temere emissus non ad mea funera -us haesit et in tenero vertice delituit. TAB. cer. Dac. 8 (Corp. III p. 944) 7 eam domus partem dimidiam, cum su⟨is s⟩aepibus, saepimentis ... claustris, fenestris, ita uti -o fixsa et optima maximaque est. PAPYR. Oxoniens (Grenfell and Hunt, Greek papyri, ser. II, Oxford 1897) n. CIX -i ferrei. *speciatim: clavus annalis* (*de re cf. v. Premerstein, PW. IV 2 sq.*): PAVL. FEST. p. 56 -us annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. LIV. 7,3,3 *sq.* pestilentiam quondam -o ab dictatore fixo sedatam. ea religione adductus senatus dictatorem -i figendi causa dici iussit. 7,3,5 *sq.* lex vetusta est ..., ut qui praetor maximus sit idibus Septembribus -um pangat; fixa fuit (*sc. lex*) dextro lateri aedis Iovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est. eum -um, quia rarae per ea tempora literae erant, notam numeri annorum fuisse ferunt. 7,3,7 *sq.* Volsiniis quoque -os indices numeri annorum fixos in templo Nortiae, Etruscae deae. 8,18,12 dictatorem -i figendi causa creari placuit. 8,18,13 qui fixo -o magistratu se abdicaverunt. 9,28,6. 9,34,12. FAST. cos. Capitol. a. u. c. 391 (Corp. I² p. 20) dict(ator) -i fig(endi) caussa (491 p. 22). *in imagine*: CIC. Att. 5,15,1 ex hoc die -um anni movebis (animo verbis *M, corr. Bosius*). *in imagine et proverbialiter*: PLAVT. Asin. 156 fixus hic apud nos est animus tuos -o Cupidinis. CIC. Verr. 6,53 ut hoc beneficium, quem ad modum dicitur, trabali -o figeret (*cf.* PETRON. 75 quod semel destinavi, -o tabulari fixum est. ARNOB. nat. 2,13 ne velut trabalibus -is affixi corporibus haereatis. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25,31 armatus trabalibus -is vim intulit regno caelorum). CIC. Tusc. 4,75 etiam novo quidam amore veterem amorem tamquam -o -um eiciendum putant (*proverb. cf.* HIER. epist. 125,14 -um -o expellere. PALLAD. hist. mon. I 14 p. 292ᴬ -um -o, ut dici solet, excussit). HOR. carm. 1,35,18 te semper anteit saeva Necessitas, -os trabales et cuneos manu gestans aena (3,24,7 si figit adamantinos summis verticibus dira Necessitas -os. *cf.* CORP. VI 10703 feci super tale -um quem mi reliquisti. 13885 reliquit -um parentibus. "*clavus signum necessitatis hic fortasse significat mortis inevitabilis durum dolorem.*" *Mommsen ad l.*). AMBR. virginit. 16,99 *anima* -is quibusdam saecularis cupiditatis infixa. VVLG. num. 33,55 erunt vobis quasi -i in oculis. PETR. CHRYS. serm. 83 p. 434ᴬ tunc tristitiae -is affixae manus eorum pedesque tenebantur.

2 *i. navis gubernaculum*: ISID. orig. 19,2,12 -us est, quo regitur gubernaculum. GLOSS. *οἴαξ, πηδάλιον*, manubrium gubernaculi, pars gubernaculi qua tenetur, temo aut caput remi, fustis gubernaculi, gubernaculum. *adde l. 9. cf.* LYD. mens. 1,31 *p. 1328,4.* PLAVT. Rud. 754 ni offerumentas habebis pluris in tergo tuo, quam ulla navis longa -os. CIC. Cato 17 cum ... ille *gubernator* -um tenens quietus sedeat in puppi (epist. 9,15,3 sedebamus in puppi et -um tenebamus. SEN. dial. 6,6,3). CAES. civ. 1,36,2 parum -is aut materia atque armamentis instructis *navibus*. VERG. Aen. 5,177 -umque (SERV. *ad loc.* fustem gubernaculi) ad litora torquet (CLAVD. 17,46). 5,852 -omque affixus et haerens nusquam amittebat (*eadem sensu obscaeno*: AVSON. 359,24. *cf.* MANIL. 5,41 -oque immobilis haerens. VVLG. prov. 23,34 quasi sopitus gubernator, amisso -o.) 10,218 -umque regit velisque ministrat. MANIL. 1,623 -umque ratis, quae vicerat aequor. 4,282 huc atque illuc agilem convertere -um, et frenare ratem. GERM. 355 puppis demisso tantum stat lucida -o. 374. LVCAN. 3,555 nec tardae *naves* flectenti cedere -o. 9,345 pars ratium maior regimen -umque secuta est. VAL. FL. 2,430. 3,40 SIL. 6,357. 14,403. STAT. Theb. 2,107 versantisque aequora -i. 5,412 ipse graves fluctus -umque audire negantem lassat agens Tiphys. 6,21. 10,183 ad vidui moderamina -i. APVL. flor. 23 p. 102 mobili -o. VLP. dig. 47,9,3,8 si quis ex naufragio -os vel unum ex his abstulerit. AVIEN. Arat. 768 *Argo* merso descendit in aequora -o. 807 inter demissum procul in vada caerula -um. AMM. 21,13,10 navigandi magister -os pro fluctuum motibus erigens vel inclinans. 25,5,7 -os regendae navis. VEG. mil. 4,43. 46. HIER. epist. 1,2,2. 100,14 ex utroque navis latere laborantia -orum vincula dimittunt, ut parumper quiescentia venturo gurgiti praeparentur; qui cum rursus advenerit, stringunt -orum capita et palmulas dilatant. RVT. NAM. 1,455 -umque sequentem dirigit. SIDON. epist. 9,16,3 vers. 4 nec bipertito timuit fluento flectere -um. CLAVD. 18,425 -o parere magistri. 21,288. 24,363 carm. min. 30,202. GREG. M. dial. 3,36 ex navi -i perditi (GLOSS. V 423,51). *proverbialiter*: ENN. ann. 483 dum -um rectum teneam navemque gubernem (*cf.* QVINT. inst. 2,17,24 dicetque notum illud 'dum -um rectum teneam'). *in imagine*: CIC. Sest. 20 -um tanti imperii tenere et gubernacula reipublicae tractare (LACT. mort. pers. 3,4 multi ac boni principes Romani imperii -um regimenque tenuerunt). SIL. 4,711 ubi prima dies iuris, -umque regendae invasit patriae. ARNOB. nat. 3,11 res perditas invenietis humanas et abiecisse -um deos. AMM. 26,6,3 placere sibi Procopio -os summae rei gerendae committi. AMBR. epist. 2,1 tene -um fidei, ut te graves huius saeculi turbare non possint procellae. HIER. epist. 98,1 -um tenere virtutum. AVELL. p. 625,26 nulla tibi neglegentia -um dominicae ratis extorqueat. BOETH. cons. 3,12,38 hic est veluti quidam -us atque gubernaculum, quo mundana machina ... servatur. 3,12,45 cum deus omnia bonitatis -o gubernare iure credatur.

3 *in re medica: i.q. tuberculum callosum, verrucula*: GLOSS. III 598,22 furunculus, et est dolor cum callositate in similitudinem -orum. 599,4 carbunculus, mala pustella, qui dicitur -us. CELS. 5,28,14 -us nonnumquam quidem etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, praecipue ex contuso. *ibid.* myrmecia et -i sine curatione vix umquam desinunt. *ibid.* thymio -oque excisis. 7,7,12 -i vocantur callosa in albo oculi tubercula; quibus nomen a figurae similitudine est. COLVM. 6,14,6 -orum, qui fere cervicem infestant, minor molestia est. 7,5,11 -i dupliciter infestant ovem. PLIN. nat. 20,16 -is pedum et suppurationibus, quae Graeci vocant *ἀποστήματα*. 20,184. 252. 21,126. 142. ad -os et verrucas. 22,101 pedum -os circumscariphatos ferro. 22,103 -is, qui vulgo morticini appellantur (CHIRON 923 medicamentum ad -os morticinos. 615). 22,127 pedum callo -isque. 24,56. 126 in naribus -os. 26,106 -os pedum extrahit. 26,142 -os in ulcere natos. 28,49 -um corporis, cum cadit stella, si quis destringat. 28,222. 31,103. PLIN. epist. 3,7,2 erat illi natus insanabilis -us. VLP. dig. 21,1,12 pr. qui -um habet, morbosus est. PLIN. med. 2,25 plerumque pedibus innascuntur -i aut calli, praecipue tamen in digitis. PELAGON. 169 *medicamen* ad -um de mercurio vel de dorso. 181 *si equus* dorsum laeserit et -um fecerit. CHIRON 615 *p. 1328,36. ibid.* -i vestigia scalpello elimpidare. 924 ad fistulam et ad -os. VEG. mulom. 2,55,5. 2,60,2. 3,28,6 -um quo loco factum, si deiciendum volueris. 4,15,4. MARCELL. med. 34,48 -is pedum callisque et verrucis. 34,49. 50 fimus ovium ... -orum perseverantiam tollit. 34,52. 54 -os decidere miraberis. 34,55. 56 subraso -o. 34,76 eminentias ut verrucas, naevos, -os. 34,80. 92 factos -os emendat. THEOD. PRISC. eup. faen. 62 alia quae veluti -os *carbunculorum* possint evellere. DIOSC. 3,38. 4,159.

i.q. morbus olearum: PLIN. nat. 17,223 olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus sentit, -um etiam patitur, sive fungum placet dici vel patellam, haec est solis exustio.

4 *in re vestiaria: ornatus, imprimis tunicae senatorum et equitum* (*de re cf. Hula, PW. IV 4—9*): GLOSS. II 509,42 *πορφύρα πλατεῖα*. 414,9 *πορφύρα ὑφασμένη*, singulariter tantum declinabitur. III 323,48 *ῥάβδος πορφυροῦς*. 370,3 *σημεῖα*. Plac. V 55,23 vestis purpurata. VARRO Men. 313 quorum vitreae togae ostentant tunicae -os. ling. 9,79 si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis -is, altera latis. CARM. milit. Suet. Iul. 80 Galli bracas deposuerunt, latum -um sumpserunt (HOR. sat. 1,6,25 sumere depositum -um fierique tribuno. PLIN. epist. 8,23,6 latus -us in penatibus meis sumptus). HOR. sat. 1,5,36 insani ridentes praemia scribae, praetextam et latum -um. 1,6,28 latum demisit pectore -um. 2,7,10 vixit inaequalis, -um ut mutaret in horas. OV. trist. 4,10,29 induiturque umeris cum lato purpura -o. 4,10,35 curia restabat: -i mensura coacta est. LIV. 9,7,8 lati -i, anuli aurei positi. 27,19,12 tunicam lato -o (PLIN. nat. 8,193 SVET. Aug. 94 *al.*). 30,17,13 munera, quae legati ferrent regi *Masinissae*, decreverunt sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis et lato -o tunicis. FEST. p. 209 tunica palmata a latitudine -orum dicebatur. p. 274 praetexta -o purpureo. VELL. 2,88,2. SEN. epist. 98,13 latum -um divo Iulio dante non recepit. PLIN. nat. 9,136 toga praetexta et latiore -o Tullum Hostilium e regibus primum usum Etruscis devictis satis constat. SIL. 3,27 sacrificam lato vestem distinguere -o. STAT. silv. 3,2,124 notus adhuc tantum maioris lumine -i (QVINT. inst. 8,5,28 ut affert lumen -us purpurae loco insertus). 5,2,18 paupere -o (*i. angusticlavius*). MART. 5,17,3 lato ... -o (*senatori*) nubere. QVINT. inst. 11,3,138 cui lati -i ius non erit, ita cingatur, ut *eqs.* TAC. dial. 7 quo mihi latus -us oblatus est. PLIN. epist. 2,9,2. 8,23,2 latum -um in domo mea induerat. SVET. Iul. 45 lato -o ad manus fimbriato. Aug. 38 liberis senatorum ... protinus ⟨a⟩ virili toga latum -um induere. 73. 94 sumenti virilem togam tunica lati -i resuta ex utraque parte ad pedes decidit. Tib. 35 senatori latum -um ademit. Claud. 24 latum -um ... etiam libertini filio tribuit. Vesp. 2 sumpta virili toga, latum -um ... diu aversatus est. 4 cui latum -um ... impetrarat. VLP. dig. 34,2,19,5 -i aurei et purpurae pars sunt vestimentorum. *ibid.* -i vestimentis consuti. 34,2,23,1 -ique, qui vestibus insuuntur. reg. 7,1 donare viro suo, ut is ab imperatore lato -o ... honoretur. LAMPR. Alex. 27,3 ut equites Romani a senatoribus -i qualitate discernerentur. Comm. 4,7. SPART. Sept. Sev. 1,5 latum -um a divo Marco petit et accepit. Geta 6,5 loricam sub lato habens -o (*i. tunica laticlavia*). TREB. Claud. 14,10 CAPITOL. Maximin. 5,4. Gord. 4,3 modo praetextas eius, modo latum ⟨-um⟩ (*an per ellips.?*) ... mi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rans. NON. p. 540 patagium: aureus -us, qui pretiosis vestibus immitti solet. SIDON. epist. 1, 9, 7. CASSIOD. var. 6, 21, 2 chlamydis ... -os *rectoris provinciae*. ISID. orig. 19, 22, 9 Dalmatica ..., tunica sacerdotalis candida cum -is ex purpura. ADNOT. Lucan. 2, 367 Endt placuit ut latitudo -i purpurei, qui est in muliebribus tunicis in angustius suta intrinsecus stringeretur. CORP. III 384 lato -o exornato (VII 504 in praefectura equitum lato -o exornatus. VIII 7041. 7042). V 7366, 1 veteranus benef(iciarius) lati -i. XII 1783 latum -om ... optulit. XIV 2215, 20 lintea purpurea cum -is aureis et zona aurea. *nota*: PRVD. c. Symm. 2, 419 mox proceres de stirpe senum tractasse videmus -um consilii (*i. senatus; de regum Romae imperio ante dicitur*). *adde: clavi mappae, toralis*: MART. 4, 46, 17 lato variata mappa -o. AMM. 16, 8, 8 linteorum toralium par, duos -os ita latissimos, ut sibi vicissim arte ministrantium cohaererent. *cf.* NON. p. 378 ut sit plaga, quem nunc dicimus -um. GLOSS. III 576, 37 *σινδών*, ⟨*δ*⟩*θόνις* (*i. ὀθόνιος*).

5 *varia*: **a** *de apibus*: PLIN. nat. 11, 50 fit in favis quibusdam qui vocatur -us, amarae duritia cerae, cum fetum inde non eduxere morbo aut ignavia aut infecunditate naturali. hic est abortus apium. **b** *i. q. panes aerei feruminati*: PLIN. nat. 34, 107 est autem squama aeris decussa vi -is, in quos panes aerei feruminantur. 34, 109 -os panesque. **c** *herba*: PS. APVL. herb. 67 *herbam nymphaeam Latini* -um Veneris ... dixere. *cf.* clava *p. 1297, 1sq.*

deriv.: clavarius (-um, -a, -aris), claviculus, clavare, clavulus, clavellus, clavicarius, clavicatus?).

comp.: angusticlavius, auroclavus, laticlavius. clavifixor, clavifixus. *Spelthahn.*

claxendix (clacendix), -icis *m.* [*orig. inc. sunt qui conferant c. gr. κάλχη. Th.*]. PAVL. FEST. p. 46 clacendix genus conchae (*trad., at ordini verborum convenit* calcendix). PRISC. gramm. V 165 in 'ix', si paenultima brevis est, masculina sunt *eqs., ubi add. codd. HKGL*: claxendix (clasendix *GL*) quod significat concham qua signum tegitur. Plautus in Vidularia (*frg. 11*): opposita est claxendix (clasendix *GL*) at ego signi dicam quid siet. *addit cod. Bern.* (GRAMM. suppl. p. CLXXIX): claxendix tubae custodia quasi caloxendix a verbo kalo, id est voco, vel calaxendix (c^a^laxendix), quod significat conca, id est tuba, qua signum detegitur, id est aperitur, et est compositum a nomine classis, id est tubae, et altero nomine dicis, id est manifestatio: claxendix tuba manifestatrix. GLOSS. V 617, 13 clocendix co⟨n⟩cha vel labrum. 278, 6 (627, 1) clacendex conca (351, 42 *et* 595, 47 clacindex). *de significatione v. Stowasser, Zeitschr. f. österreich. Gymn. 41 p. 200 sq.* *Wulff.*

cleflum, -ī *n., cf.* clefare. *fere i. q. vox parva vel sonus?* VIRG. gramm. epit. p. 21, 16 male quidam 'loquelas' in elocutione intellegi volunt, cum loquelae diminutivae sunt, quasi simplicia -a.

clefo, -āre *orig. inc., cf.* clefium. *i. q. dicere, aperire.* VIRG. gramm. epit. p. 8, 13 de potestate autem *litterarum*, quia magna ex parte legestum (?) est, Bigerro (*i. Aquitanico, v. vol. II p. 1984, 3*) sermone -bo (*P*; defabo *N, vix recte*). *de loco v. Wölfflin, Archiv 1 (1884) 461.* *Mbr.*

cleivos *v.* clivus.

clēma, -atis *n.*, *κλῆμα*, *nomen herbae.* PLIN. nat. 27, 113 qui plura genera polygoni faciunt, hanc marem intellegi volunt ... alii -a. 1, 27, 91. DIOSC. 4, 4 poligonon masculus aut ... -a ... vocant. 4, 160 pytias (*i. πιτύουσα*) aut -a. PS. DIOSC. herb. fem. 9 poligonos ... sive -a (cloma *codd.*). PS. APVL. herb. 19 *CW*. GLOSS. III 558, 21 -a id est polligonus.

clēmatis, -idis *f.*, *κληματίς*, *nomen quattuor herbarum. formae: acc. sing.* -a *l. 60, acc. plur.* -as *l. 64.* **1** PLIN. nat. 24, 84 similem *milaci* aliqui -ida appellaverunt, repentem per arbores, geniculatam et ipsam. 1, 24, 49 medicinae ex -ide. DIOSC. 4, 175 de clema[ti]tis. clematis hasta obrufa ... proximis locis illigans se sicut smilax *eqs.* **2** PLIN. nat. 24, 138 centunculum vocant ... Graeci -idem, egregii effectus *eqs.* **3** PLIN. nat. 24, 139 sed Graeci -idas et alias habent, unam, quam aliqui aetiten vocant, alii laginen, nonnulli tenuem scamoniam *eqs.* 1, 24, 88 medicinae ex ... -ide centunculo. 1, 24, 89 -ide aetite sive lagine. **4** PLIN. nat. 24, 141 est alia -is Aegyptia cognomine, quae ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur. 1, 24, 90 medicinae ex -ide Aegyptia *eqs.* DIOSC. 4, 7 de clematis. -is aut daflionides aut poligonides aut my⟨r⟩sinoides vocant *eqs.* [*non huc pertinet* PLIN. nat. 25, 95 *v.* clematitis.]

clēmatītis, -idis *f*, *κληματῖτις*, *species herbae aristolochiae. gen. graec.* -idos: MARCELL. med. 28, 6. SCRIB. LARG. 206 accipit *ad emplastrum viride Glyconis*: ... mali terrae sarmentorum, quibus unguentarii utuntur, dicitur autem aristolochia -is ... pondo IIII. PLIN. nat. 25, 95 tertium *genus aristolochiae* longissimae *radicis* ... cuius sit praecipua vis, quae et clemat⟨it⟩is (*suppl. Hardouin*) ab aliis Cretica. 1, 25, 54. MARCELL. med. 28, 6 -itidos. PS. APVL. herb. 20 Graecis dicitur aristolochia, ... aliis -itis. DIOSC. 3, 4 tertium genus aristolocie qui dicitur -itis ... et aristoloclu -itis haec omnia facere potest. [*corrupte* DIOSC. 4, 175 *v. supra l. 62.*] *Stadler.*

***clēmēns,** -ntis *adi.* [*orig. inc., fortasse cf. c. ind.* śrámaḥ '*lassitudo, labor*', śrámyati '*defetiscitur, laborat*', *cambr.* claf '*aeger*', *hibern.* clam '*leprosus*', *gr. κλαμαρός· πλαδαρὸς, ἀσθενής* (HESYCH.). *terminationem a* vemens, vehemens *accepisse videtur. Th.*]. ISID. orig. 10, 36 -s ... quod cluat (colat *Otto, cf. l. 11*) id est protegat et tueatur. cleminx: CORP. XIII 2477, 2 (*saec. VII*). *abl.* -i *omnibus locis praeter* LABER. mim. 105 *et* LIV. 1, 26, 8 -e (HIER. epist. 40, 1, 1 *var. lect.*). *cf.* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 125, 9. -iori: AMM. 28, 1, 23. -iore: CVRT. 5, 3, 2. *definitiones*: SEN. clem. 1, 20, 3 -em vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui, cum suis stimulis exagitatur, non prosilit, qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati. DON. Ter. Ad. 861 facilis est, cuius ira facile id est cito solvitur, -s, qui non irascitur. 864 -s est qui colit mentem suam, ne eam urgeat irascendo. *ibid.* -s est circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes. *ibid.* -is est 'nulli laedere os', placidi 'arridere omnibus'. -s animo, placidus vultu. DIFF. ed. Beck p. 46, 28 -s est inclinatus ad bonitatem et pietatem mentis. GLOSS. *φιλάνθρωπος, ἐπιεικής, πραΰς, ἥμερος*. pius, iustus, humanus. -em placidum. -issimus *ἀνεξικακώτατος*. *legitur inde a* PLAVTO, *comp. et superl. inde a* CIC. *v. etiam nom. propr.*

i. q. lenis, temperatus. **I** *generatim*: **A** *de animantibus*: **1** *de hominibus (et deo) i. q. humanus*: PLAVT. Mil. 1252 -i animo ignoscet (TER. Hec. 472 animo et benigno ... et -i fui. VOPISC. Prob. 12, 2 ARNOB. nat. 1, 64 HIER. epist. 108, 5). Trin. 827 placido te, *Neptune*, et -i ... usus sum. LABER. mim. 105 mente -e edita ... oratio (HIER. epist. 147, 1). CIC. S. Rosc. 85 vir ... ab innocentia -issimus. fin. 2, 12 etsi satis -s sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci (*cf.* Deiot. 34 -issimum in victoria ducem. Att. 7, 7, 7 nec in caede principum -iorem hunc fore). Att. 1, 16, 3 lanista. epist. 6, 6, 8 *in Caesare est* mitis -sque natura. 11, 22, 1 te ... -issimum existimari *al.* CASS. Cic. epist. 15, 19, 4 dominum (SVET. Aug. 67. SIDON. epist. 2, 8, 1 domina). HOR. carm. 3, 11, 46 viro -s misero peperci. LIV. 38, 17, 17 -bus accolarum ingeniis. RVT. LVP. 1, 18 cum animadvertendum *esset*, -issimus *apparebat*. PLIN. nat. 35, 69 *daemon Atheniensium*. QVINT. inst. 5, 13, 5 principi -(*cf. infra l. 55*). SATVRN. dig. 48, 19, 16, 8 a -issimo quoquo facta. APVL. met. 11, 29 imago (*i. dea*). CAPITOL. Pius 2, 7 natura -issimus (*cf.* HIER. epist. 77, 6 -es esse pecunia, non manu. CLAVD. 28, 550 -s aditu. CORP. XII 1852 pietate -issimo ... Constantino). AVSON. 177, 4 -s vitam agis. AMM. 25, 7, 6 regem. HIER. epist. 21, 33 quam benignus et -s pater! 36, 6 a -issimo deo (VVLG. exod. 34, 6 II par. 30, 9 *al.* DRAC. laud. dei 2, 621). HIER. epist. 39, 6, 4 -s ingreditur Iesus. in Hab. 1, 1 p. 591 medicus. c. Ioh. 37 p. 447 blasphemantibus deum -em porrigimus manum *al.* PELAG. in I Cor. 4 p. 729^C^ consolator. RVFIN. apol. Orig. 2, 27^a^ p. 607^A^ ad -iorem ... intellectum. CASSIOD. inst. div. 16 p. 1132^A^ -issimus redemptor. in psalm. 11 concl. ut *pater familias* in vineam ... nos ... -issimus intromittat. CLAVD. 4, 19 *Mavors* -ior. *nota*: NOVELL. Iust. 18, 11 si quis respexerit aliquam ad mulierem -s (*i. adamaverit, opp.* maritalem ad eam receperit affectum). *epitheton sollemne imperatorum vel principum*: GALLICAN. Avid. 13, 2 Antonine -s. HIL. op. hist. frg. 2, 1 -issimorum imperatorum (PAVL. MED. vita Ambr. 8 CANON. Migne 56, 530^B^ COD. Iust. 1, 1, 8 tit. GREG. M. epist. 14, 8 p. 427, 34 CORP. III 6751 *al.* NOT. Tir. 59, 52 -s imperator. 59, 53 -issimus imperator). ENNOD. opusc. 1, 29 p. 269, 11 -issime domine (CORP. III 14191^2^ *al. cf.* X 1483 -issimae dominae nostrae Augustae Helenae). PROSP. chron. I p. 485, 1376, 6 epistulae ad -issimum principem (GREG. M. epist. 1, 26 CORP. VI 1106 *al.*). GREG. M. epist. 1, 16^a^ -issime dominator. CORP. XII 2643 rex -iss⟨imus⟩. *adde*: PAVL. MED. vita Ambr. 32 -issimae memoriae Theodosius. *cf. Ruggiero, Diz. epigr. II 306 sq.* *additur dativus*: HIL. hymn. 1, 23 sibi -s ut maneas. CLAVD. rapt. Pros. 3, 46 -ior orbi. ad: CARM. epigr. 795, 7 -s ad ignoscendum. in *c. abl. v. l. 25.* in *c. acc.*: HIER. c. Ioh. 2 p. 408 in nos -es sumus. epist. 49, 3 in maritos fuisse -em. 147, 1 -i in cunctos mente. *cf.* 77, 6 *p. 1333, 12.* VVLG. exod. 33, 19 -s ero in quem mihi placuerit. Ruth 2, 2 -is in me patrisfamilias. erga: HIER. epist. 48, 3 multo -iores erga coniugia fuimus. **2** *de bestiis*: VARRO rust. 3, 7, 2 alterum genus columbarum est -ius. COLVM. 6, 37, 2 -ioris libidinis *asinus*. PLIN. nat. 8, 9 *elephas*. 11, 74 *crabrones*.

B *de rebus*: **1** *cum subst.* (animus, mens, natura, ingenium, intellectus, manus *v. sub A 1*): TER. Andr. 36 iusta et -s fuerit servitus. Ad. 42 -em vitam urbanam atque otium secutus sum (*cf.* SCHOL. Ter. p. 150, 16 suavem vitam contrariam rurestri. *aliter* DON. *ad l.* quae -es facit). CIC. Verr. 6, 101 consilium. off. 1, 137 -i castigatione. Att. 6, 2, 5 iuris dictio. SALL. Iug. 22, 1 rumor (*cf.* PRISC. gramm. III 353, 12 -s ... pro 'non nimius'. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 5). LIV. 8, 31, 8 ad -iorem sententiam (VLP. dig. 50, 2, 3 pr. PAVL. sent. 4, 12, 5 AMM. 28, 1, 23). 22, 22, 20 ab re -i. GRATT. 413 *morbus*. MANIL. 4, 461 nec ter quinae *partis* -ior usus. VELL. 2, 86, 2 victoria. VAL. MAX. 5, 1, 1a senatus acta (5, 9, 4). 5, 1, 5 tam -i facto. 7, 3 ext. 6 -issima suffragia. COLVM. 7, 3, 4 si -ior *est hiems*. 11, 2, 2 -ior dies (FRONTO p. 99, 7 N. *cf.* CORP. VIII 20266 [*saec. IV*] pro felicitate -ium saeculor⟨um⟩). PLIN. nat. 6, 35 ritus -es *sunt*. SIL. 1, 198 qua diversas -ior *Libye* (*i. minus aestuosa*) aspicit Arctos. STAT. Theb. 7, 80 aestivi -ior aura Lycaei (AMBR. hex. 3, 5, 21 -ioribus auris. CLAVD. 1, 272 -ior aura Favoni. 7, 165 Veneris -es advolat auras). TAC. ann.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 58 -i responso. AVR. Fronto p. 106, 9 N. tua -s in officiis... nostris interpretatio. GELL. 2, 21, 2 nox fuit et -s mare (*cf.* PANEG. 5, 6 -ior *oceanus*). APVL. met. 3, 10 -i violentia. 5, 4 -s (demens *trad.*) quidam sonus. SOL. 27, 40 aliquanto -ior (*i. minus periculosa*) *minor Syrtis*. PANEG. 8, 9 -issimo ... affatu. VOPISC. quatt. tyr. 11, 2 litteras. PALLAD. 1, 2 aer sit salutaris et -s (AMM. 22, 16, 8 aer tranquillus et -s). 3, 12 -ioribus plagis. AMM. 16, 12, 52 propitiati numinis arbitrium -s. 26, 6, 12 atrocem mortem -iorem ratus malis quibus afflictabatur. 28, 1, 55 -issimae leges (SCHOL. Cic. Bob. p. 146, 23 Hild. -ior aliquatenus videbatur lex fuisse Calpurnia). AMBR. exc. Sat. 2, 65 benignitate. HIER. epist. 40, 11 ferro (*sc. medici*). 55, 4 -i crudelitate. 77, 6 -i in nosmet ipsos cogitatione. VVLG. II par. 10, 7 verbis -bus. RVFIN. hist. 1, 1, 2 unicum -issimumque (*ἴλεω καὶ εὐμενῆ*) subsidium. 4, 23, 10 -i satis ... alloquio (*λόγοις μακαρίοις*). CLAVD. 3, 255 Busiridis arae -es. carm. min. 25, 120 -i sidere. SVLP. SEV. dial. 1, 3, 4 -iore caelo. PS. AVG. serm. ed. Caillau suppl. 2 app. 13, 3 -entissima dei bonitas. MART. CAP. 1, 7 -i benignitate. 1, 18 -ia aeris hausti ... semina. OROS. hist. 1, 6, 5 -issimas admonitiones. 6, 1, 24 iussionem. SIDON. epist. 2, 2, 2 -issimo recessu. SEDVL. carm. pasch. 4, 67 -ia ... amplectens vestigia *Christi*. COD. Iust. 7, 3, 1 (*a. 528*) -es dispositiones. 7, 17, 1 pr. (*a. 531*) ad -iorem tam examinationem quam terminum. 2 *neutrum*: GALLICAN. Avid. 11, 1 Antoninum quiescentem et -iora cogitantem. AMM. 19, 10, 3 vulgus ad -ia suapte natura proclive. EVGRAPH. Ter. Andr. 28 *se* iusta et -ia ... imperasse. 35 cum ei dominus -iora ... imperaret.

II ***speciatim***: A *i. q. quietus* (*opp.* rapidus, praeceps): CATVLL. 64, 282 -i flamine. VAL. FL. 6, 747 -i turbine. STAT. Theb. 5, 468 -ior auster. APVL. met. 5, 7 -issimis flatibus. apol. 24 ventus -s. *cf. p. 1332, 83 sqq.* OV. met. 9, 116 qua sit -issimus amnis. CVRT. 5, 3, 2 -iore alveo. AMM. 24, 2, 8 -iores gurgites fluminis. GELL. 1, 11, 9 gradu -i *militum* (AMM. 19, 2, 2). APVL. met. 11, 7 -i motu bracchiorum. flor. 2 p. 8 nutu -i.

B *i. q. leniter acclivis*: PLIN. paneg. 30 supino ... ac -i (*a*, detinenti *rel.*) solo. APVL. met. 4, 5 -i ... transmisso clivulo. *c. dat.*: CLAVD. 15, 511 *pars insulae* ratibus -s.

syn. ad I et II: benignus (TER. Hec. 472 HIER. epist. 21, 33 RVFIN. hist. mon. prol.), bonus (CIC. Vatin. 22 RVT. LVP. 2, 9), civilis (SVET. Vesp. 12), humanus (VAL. MAX. 5, 1, 1a VOPISC. Aurelian. 25, 1), lenis (CIC. Cael. 38 HIER. epist. 49, 3), mansuetus (DIFF. ed. Beck p. 46, 28), misericors (CIC. Catil. 4, 12 Planc. 31 SEN. benef. 5, 9, 2 *al.* VVLG. II Esdr. 9, 17), mitis (CIC. epist. 6, 6, 8 QVINT. decl. 305 p. 197, 6 *al.* ARNOB. nat. 1, 64 RVFIN. hist. 4, 23, 10), moderatus (SEN. clem. 1, 11, 1 AMM. 31, 10, 18), modestus (DRAC. laud. dei 3, 617 DIFF. ed. Beck p. 46, 28), pius (DRAC. laud. dei 2, 694), placabilis (AMM. 21, 12, 10), placidus (PLAVT. Trin. 827 TER. Ad. 864 PLIN. nat. 8, 9), serenus (AMM. 24, 4, 26. 30, 8, 12).

opp. ad I: atrox (COLVM. 7, 3, 4), crudelis (CASS. Cic. epist. 15, 19, 4 SEN. contr. 9, 2, 5 HIER. epist. 54, 15), cruentus (DRAC. laud. dei 2, 816), durus (SEN. contr. 7, 1, 13 HIER. epist. 49, 3 PELAG. in I Cor. 4 p. 729^{C}), inhumanus (CIC. Catil. 4, 12), rigidus (HIER. epist. 21, 2), saevus (SPART. Hadr. 14, 11 HIER. epist. 54, 15), severus (SEN. contr. 2, 4, 6 SVET. Aug. 67 PAVL. sent. 4, 12, 5 CAPITOL. Max. Balb. 7, 7 HIER. epist. 100, 3). *ad II*: rapidus, praeceps.

deriv.: clementia. *cf.* Clementianus, Clementilla, Clementinus, Clementius. *comp.*: inclemens.

adv. **clēmenter**. *inde a* PLAVTO, *comparat. inde a* LVCR. *superl. a* PLAVTO. *i. q. leniter, moderate, non nimium* (*cf.* PRISC. gramm. III 353, 10 *πρᾴως* ... id est -r, pro 'non nimium'): **1** *generatim* (*tam de animantibus quam rebus*): PLAVT. Mil. 695 plicatricem -r (*i. honeste*) non potest quin munerem. 1098 quo id pacto fieri possit -issime (CIC. Verr. 6, 19 si quid est factum -r. Marcell. 9. CVRT. 4, 11, 16 quae fecerim -r. QVINT. decl. 260 p. 63, 1 FRONTO p. 26, 12 N.). RHET. Her. 3, 14, 24 -r ... commutabimus ... pronuntiationem. CIC. Verr. 5, 86 hominem -r ... accepit (LVCR. 3, 313 accipiat quaedam -ius aequo. LIV. 27, 15, 2. PLIN. nat. 8, 25 ramus ... -r *ab elephante* acceptus). CIC. Att. 6, 1, 3 -r id fert. CAEL. Cic. epist. 8, 8, 9 *inquit* quam -r (VVLG. gen. 45, 4). CAES. civ. 3, 20, 2 -r ... ius dicendum. LIV. 26, 32, 8 appellatos. 29, 2, 2 ductis militibus. 34, 40, 7 praefuerat. 36, 9, 4 respondit (37, 6, 5 -ius responsum. PHAEDR. 4, 20, 8). VELL. 2, 56, 3 *viro* tam -r omnibus victoriis suis uso (SEN. dial. 4, 23, 4). VAL. MAX. 4, 1, 7 orantes ... -r excepit. SEN. nat. 6, 31, 1 non desiit ... tremere Campania -ius quidem, sed cum ingenti damno. epist. 47, 13 vive cum servo -r. COLVM. 4, 27, 2 *pampinatio* -ius sine vulnere medetur. STAT. silv. 2, 2, 27 spirant -ius austri. TAC. hist. 3, 32 Antonius alloquitur ... victos -r (3, 63). ann. 14, 38 legatum ... sine hostili ira et superbia victoris -r deditis consulturum. PLIN. epist. 5, 16, 11 -r admotis *consolationibus*. 8, 24, 5 liberos -ius ... tractari (CALL. dig. 48, 19, 28, 3). FRONTO p. 57, 1 N. reos -r obiurgasset. p. 214, 13 parum -r indulgeas (SVLP. SEV. dial. 2, 3, 10 veniam ... -r indulsit). p. 230, 1 placide et -r ... advolare. GELL. 1, 18, 3 *scripsit* -issime. 5, 14, 12 caudam ... -r et blande movet. APVL. met. 1, 26 -r me trahere. 2, 16 -r invadit. 2, 21 -r subrigens. 5, 25 Psychen ... -r ad se vocatam sic permulcet verbis lenientibus. 8, 9 illa -r aspernata sermonem. 9, 30 manu pistori[s] -r iniecta. 9, 21 malas eius -r (*i. simulate*) obtundens. 9, 36 illis -r expostulantibus. 11, 6 -r ... manum ... osculabundus. 11, 21 -r ... meam differens instantiam. 11, 27 cunctabundo -r incedebat vestigio. flor. 15 p. 50 -r navigantem. VLP. dig. 4, 2, 14, 1 satis -r cum reo praetor egit (CAPITOL. Aur. 26, 10. VOPISC. Aurelian. 24, 4 -r te age. AMM. 22, 10, 5). 48, 13, 7 poenam ... -ius statuere. SER. SAMM. 16 *puleium* mixto coctum -r aceto. SOL. 27, 34 monstra ... -ius feriunt. IVL. VAL. 1, 4 draco -ius reptabundus. LACT. opif. 5, 5 *ossibus* -r curvatis. 10, 21 deductum -r a genis mentum. 13, 5 suris -r extantibus. IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 8 -r ire. RVF. FEST. 10 in consuetudinem parendi Romanis -r provocantibus (HIER. epist. 57, 2 -r ad paenitentiam provocans). DICT. 4, 10 rumorem ... ortum -r. SCHOL. Cic. Bob. p. 98, 21 Hild. -r loquitur. HIER. in Is. 54, 11 p. 639 *iaspis* -r ... subrutilans. adv. Pelag. 3, 4 p. 786 -r loquitur. PELAG. in Rom. 11 p. 698^{B} -r insertus es. VVLG. gen. 43, 27 -r resalutatis eis. RVFIN. hist. 4, 26, 11 te ... -ius ... provisurum. AVG. civ. 1, 7 quae -r *gesta sunt*. 3, 16 factum Vergilius ... -r exhorruit. 3, 30 victoriam ... -r exercuit. 11, 33 *societatem angelicam* -r subvenientem. 21, 17 quanto sibi videtur sentire -ius. SEDVL. op. pasch. 4, 16 *Iesus* castrum -r ingressus est. 4, 21 -r advenerat. CORP. III 2674 sint oculi tui aperti ... ⟨super do⟩mum istam -r. *nota in exclamatione*: PLAVT. Epid. 205. *verbum subaudiendum*: Merc. 952 sequere sis. :: sequor. :: -r, quaeso: calces deteris. Stich. 531 hodiene exoneramus navem, frater? :: -r volo.

2 *speciatim de locis leniter surgentibus*: SEN. Oed. 281 -r acto colle. COLVM. 2, 2, 1 collem -r et molliter assurgentem (TAC. ann. 13, 38). SIL. 1, 274 -r crescente iugo. TAC. Germ. 1 molli et -r edito ... iugo. hist. 3, 52 si qua Apennini iuga -ius adirentur. ann. 12, 33 si qua *montes* -r accedi poterant. AMM. 14, 8, 7 Commagena ... -r assurgit. 27, 10, 10 quam *partem montium* -r ... esse proclivem. RVFIN. hist. 2, 17, 8 *regio* sita colliculis ... molliter et -r erecta.

syn.: comiter (SEN. epist. 47, 13 APVL. met. 11, 21), iuste (CIC. Marcell. 9), lente (FRONTO p. 26, 12 N.), liberaliter (CVRT. 4, 11, 16), mansuete (CIC. Marcell. 9), moderate (CIC. Marcell. 9 CAES. civ. 3, 20, 2), molliter (PLIN. epist. 8, 24, 5 RVFIN. hist. 2, 17, 8), placide (FRONTO p. 230, 1 N.). *opp.*: acriter (RHET. Her. 3, 14, 24), severe (VLP. dig. 48, 13, 7 SIDON. epist. 3, 12, 3).

clēmentia, -ae *f. a* clemens. *definitiones*: CIC. inv. 2, 164 *temperantiae* partes *sunt* continentia, -a, modestia. ...-a *est*, per quam animi temere in odium alicuius iniectionis concitati comitate retinentur. SEN. (*qui scripsit* de -a ad Neronem *libros*) clem. 1, 11, 2 -am non voco lassam crudelitatem. *ibid.* -*a* est in maxima potestate verissima animi temperantia et humani generis comprendens ut sui amor. 2, 3, 1 -a est temperantia animi in potestate ulciscendi vel lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis poenis ..., dici potest et inclinatio animi ad lenitatem in poena exigenda. 2, 3, 2 -am esse moderationem aliquid ex merita ac debita poena remittentem. epist. 88, 30. GLOSS. *ἐπιείκεια, ἀνεξικακία, φιλανθρωπία* (*cf.* HIER. epist. 55, 5), pietas. *cf.* III 291, 53 (*inter deos*) *Πρᾳότης, Ἐπιείκεια*: -a. *in libris confunditur aliquotiens cum* dementia *ex. gr.* OV. trist. 4, 9, 3 SEN. contr. 2, 4. *legitur inde a* TER., *singulis locis apud* TER. RHET. Her. CATVLL. PROP. GRATT. PHAEDR. LVCAN.; *binis*: PVBLIL. CAES. HIRT. SALL. MART. IVV.; *ternis*: NEP. FLOR. epit. APVL.; *saepe*: CIC. SEN. phil. (*60^{ies}*) TAC.; *deest praeter alios*: VARRONI LVCR. VERG. HOR. TIB. MANIL. VITR. CELSO PERS. PETRON. VAL. FL. SIL. *adde nom. propr.*

?cloes (*var.* chies, claes, folles) pluvia GLOSS. *saep. cf.* V 593, 52 cloes pluvia vel navigium (*quod natum esse ex male intellecto πλοῖα pro* pluvia *putat Niedermann, Glotta 1, 263*). clues polles *Loewe, Prodr. p. 364,* hyades *Goetz,* hyas *Niedermann, κλύς bene Bücheler* (*cf. κλύδα, κλύδων*).

clōnia, -ae *f.* [**κλωνία, cf. κλών. Th.*]. GLOSS. V 180, 11 -a graece, quod nos ramalem dic⟨ere⟩ (dici *codd.*) possumus; hanc Graeci pissan (pissimo *codd.*), nos picem vocamus. *hinc corrigendum est* ISID. orig. 17, 7, 72 pix ... a Graecis appellatur -a (clodonia *codd.*, cladonia *Vulcanius, v. p. 1245, 73, corr. Arevalo*).

herbam sceleratam alii **clonon** (*?*) *appellant* Ps. APVL. herb. 9.

cloppus (-a, -um) [*orig. inc. mutatum esse pro gr. χωλόπους vel χωλοίπους censet Diez, Etym. Wörterb. d. rom. Sprachen II s. v.* clop. *Th.*]. GLOSS. *χωλός*. lordus vel lurdus. *λορδός*: pandus -us. grappus *confert Goetz, q. v.* [*val.* şchiop, *francog.* clop. *M.-L.*] *adde nom. propr.*

clōra *v.* chlora. **clōres** *pro* chaurus, *v.* caurus *p. 658, 60.*

clōron, clōrotura *v.* chlor-.

clōstārius *v.* claustrarius.

clōstellum, clōstrārius, clōstrum *v.* claust-.

clovāca *v.* cloaca. **cluāca, cluācīnus** *v.* cloac-.

?cluamentia (cliventia *var. lect., cf. Loewe, Gloss. nom. p. 133*) stultitia GLOSS. V 277, 41. amentia *Loewe.*

clucidātum dulce et suave dicebatur PAVL. FEST. p. 55. *cf.* GLOSS. II 34, 33 glucidatus (*sic vel* gloditatus *vel* glocidatus *codd.*) *ἡδύς*. [*a γλυκύς, γλυκίζειν tractum esse videtur. Th.*]

[**cluclio**, -āre. EXC. Apic. l. 98 Ihm (4, 162 Schuch) effundes vini acetabulum, liquaminis dimidium, mellis tertiam partem, modice defritum ad -are (*cod.; sic vel* glucliare [*collato γλυκίζειν*] *vel* ad dulcorem *Schuch,* ad cocliare [*i. cochlear*] *bene Ihm.*]

clud(en), -inis (*n.? an* cludo, -inis *m.?*) [*orig. inc. sunt qui a* cludere, claudere *ductum esse putent; gr. κολοίδιον· παραξιφίδιον* (HESYCH.) *confert Doederlein, Lat. Synon. u. Etymol. VI 68. Th.*]. *ensis tragoedi vel mimi*: APVL. apol. 78 *Philomelam, Medeam, Clytaemestram* cum saltas — tanta mollitia animi, tanta formido ferri est — sine -e (sine gladiolo *coni. Leo*) saltas. *Mbr.*

clūdo, -ere *v.* claudeo *et v.* 1. claudo.

clūdus *v.* claudus *p. 1314, 36.* **cluēns** *v.* cliens *p. 1343, 49.*

cluentia *v.* caventia *p. 630, 26.*

clueo, -ēre (cluo, -ere) [*cf. c. hibern.* ro-cluinethar *ind.* sṇóti 'audit', *gr. ἔκλυον, κλέω, slavon.* slovą 'clueo, vocor', *got.* hliuma 'auditus, auris' *et c.* cluor, inclutus, cluvior; *v. Solmsen, Stud. zur lat. Lautgeschichte 132 sq. Th.*]. *inde ab* ENNIO *et* PLAVTO. *antiquis temporibus tantum* clueo *legitur*, cluo *ap.* ACCIVM (*si recte conicitur, cf. p. 1361, 20*), *dein inde a* SEN. phil. *nec non saepius quam* clueo. *i. q. nominari; appellari, audire, esse; saepius cum nota honoris, gloriae.* NON. p. 87 -et: nominatur. AVG. c. Iul. op. imperf.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,12 -ere ... pollere est. GLOSS. -o polleo resplendo. -et: nominatur, praeferitur (*sic*); nominatur, in gloria est; nominatur in gloria; pollet vel est, pollet vel viget, nominat vel excellit. -at nobilitate. -ere clarum esse. *cf.* ISID. diff. 1,121 clupeum ... ab eo quod -eat, id est dicatur et nominetur. *formae deponent.* -eri: PLAVT. Pseud. 918 PACVV. trag. 194 VARRO Men. 356. [*locus dubius* ENN. ann. 4.]

1 *cum infinitivo, nom. c. inf.*: ENN. scaen. 366 per gentes esse -bat (*Non. p. 87, varia coniec.*) omnium miserrimus. PLAVT. Bacch. 925 Atridae duo fratres -ent fecisse facinus maximum. INSCR. Plin. nat. 35, 115 Plautius Marcus -et Asia lata esse oriundus. LVCR. 4,53 cuiuscumque *imago* -et de corpore fusa vagari. 2 *c. nomine praedicativo*: PLAVT. Amph. 647 ut meus victor vir belli -eat (Trin. 309 victor victorum. TER. MAVR. 7). Epid. 188 senati qui columen -ent. 523 qui omnium legum atque iurum fictor, conditor -et. Pseud. 591 quae (*facinora*) post mihi clara (*cf. infra l. 23*) et diu -eant. 918 stratioticus homo qui -ear. Rud. 285 ego huius fani sacerdos -eo. Trin. 312 qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores -ent. Truc. 615 si tu in legione bellator -es, at ego in culina -eo. PACVV. trag. 194 -entur hospitum infidissimi. LVCIL. 869 Troginus calix per castra -bat. ACC. trag. 39 qui recte consulat, consul -at (consulciat *trad.*). 533 nemus expirante vapore vides, unde ignis -et mortalibus clam divisus. LVCR. 1,119 Ennius ... detulit ex Helicone perenni fronde coronam, per gentes Italas hominum quae clara -ret. 1,580 quae *corpora* nondum -eant ullo temptata periclo. 2,351 nec minus atque homines inter se nota *matrem ac prolem* -ere. 2,525 primordia rerum ... infinita -ere. 2,791 nec quae nigra -ent de nigris *creantur* sed variis ex. 3,207 quae tibi ... res ... opportuna -bit. SEN. apocol. 7 exprome propere, sede qua genitus -as. FRONTO p. 63,2 N. *Tullius* caput atque fons Romanae facundiae -et. VERS. metr. Ps. Cens. frg. 14,7 cui ... mater -et Minerva. IVL. VAL. 1,2 veri amicus -is. 1,7 cuius ⟨uxor⟩ mater Olympiadis -it. 1,46 tu ... incluta -is proles. 1,54 *Mercurius* repertor luctandi -at. 3,14 *Prasiaca* civitas regia ... -it. 3,38 Alexander nobis rex -it. OPT. PORF. carm. 8,12 verae conscia prolis Roma -it princeps. AVSON. 406,21 consul aeternum -et collega Augusti consulis. SYMM. epist. 1,1,5 vers. bis seno celsus, Symmache, fasce -is (CARM. epigr. 111,21 [*a. 384*] divum sacerdos infulis celsus -es). CARM. epigr. 650,4 (*a. 360*) digna memoratu -eat per saecula fama. 666,4 (*a. 375*) Honoria ... martiribus adscita -et. PRVD. c. Symm. 1,417 praedivite cultu illustrata -is. MART. CAP. 6,571 -is ... *γλαυκῶπις Ἀθήνη*. DRAC. Orest. 531 ut pastor *Thyestes* ...-at sub crimine multo laetus. VEN. FORT. carm. 10,6,76 labore novo quae (*templa*) modo culta -unt. carm. spur. app. 3,17 Christe, caput finisque -ens. SISEBVTH. anth. 483,31 cum vis maxima solis bis novies maior -eat quam terreus orbis. 3 *absolute: plerumque c. abl. instrumenti* (*fere i. q. clarere*): PLAVT. Capt. 689 ut Acherunti -eas gloria. Men. 577 cuius modi *clientum fides* -eat. 854 Tithonus -et Cygno patre. Poen. 1192 si quod *homo* agit -et victoria. Trin. 496 ubi mortuus sis, ita sis, ut nomen -et (620). VARRO Men. 356 Pompilius -eor. LVCR. 1,449 quaecumque -ent, aut his coniuncta duabus rebus (*sc. inani et corporibus*) ea invenies aut horum eventa videbis. 1,480 nec ratione -ere *res gestas* eadem qua constet inane. TERT. pall. 3 *ovibus* Tarentum vel Baetica -et (eluet *AB*) natura colorante. ANTH. 88,3 voce Thalia -ens soccis dea comica gaudet. IVL. VAL. 2,18 *dignitas Atheniensium* -bat. AVSON. 211,28 liberti ambo genus, sed quos meruisse deceret nancisci, ut -rent patribus ingenuis. 304,2 magnae ... auctor, qua cluo sententiae. PS. DAMAS. epigr. 70,14 in te crucis mysterium -it gemello stigmate. PRVD. cath. 9,107 *Christe*, -is virtutibus (psych. 2 ANTH. 198,75 ALC. AVIT. carm. 2,96 CYPR. GALL. iud. 148 CORP. XIII 2477). c. Symm. 2,585 quis gloria fotibus aucta sic -at, ut. AVG. c. Iul. op. imperf. 2,12 non ... victoriae possessione -ere, sed in ... arrogantiae cloacam fluere. CYPR. GALL. exod. 1032 -ens atque agmine multo, qua fluit Euphrates. iud. 237 regno. ENNOD. carm. 2,104,2 dotibus. CARM. de Iona 66 quo populo qua sede -is? CARM. epigr. 721,3 artuum viribus. INSCR. christ. Rossi II p. 170,25,4 bonitate. p. 170,26,10 dono sapientiae. INSCR. christ. Leblant 413 *Hesychius* -ens olim micuit honore pontificali. 429 plus probitate. *part. praes. adi. (fere i. q. illustris)*: VEN. FORT. carm. app. 5,11 Childeberthe -ens (*fort.* carm. 6,10,47 cliens). *part. perf. pass. v. s.* clutum.

derivatur falso clupeus: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 77,22 ISID. diff. 1,121 orig. 18,12,1, *obloquuntur* PLIN. nat. 35,13 VEL. gramm. VII 68,11. *v. de his p. 1351, 16 sqq.* *Bannier.*

cluis *v.* cluvior.

clūmae: folliculi hordei PAVL. FEST. p. 55. *cf.* GLOSS. II 102,19 clunar (*var. lect.* cluma) *κριθῆς λέπυρον* (II 34,31 gluma). *antiqua orthographia (vel forma vulgaris novicia?) pro* gluma, *q. v. Mbr.*

clūna (-ae): 1. *simia v.* clura. 2. *avis v.* clivia.

clūnābulum *v. l. 81.*

clūnāc(u)lum, -ī *n.* [*a* 1. clunis; *cf.* HESYCH. *κλονιστήρ παραμήριος μάχαιρα. Th.*] PAVL. FEST. p. 50 -clum cultrum sanguinarium dictum, vel quia ad clunes dependet vel quia clunes hostiarum dividit. *cf.* ISID. orig. 18,6,6 clunabulum dictum, quod religetur ad clunem. GLOSS. Plac. V 14,28 -um: pugionem, dictum ab eo quod ad clunes religatur i. e. spata. GELL. 10,25,2 *telorum vocabula*: lingulae, pugiones, -a. *v. etiam* cluniculus.

clūnālis, -e *a* 1. clunis. *i. q. ad clunem pertinens*: AVIEN. Arat. 362 qua pedibus regio est -bus (*opp.* prima ferae vestigia, *sc. pedes priores posterioresque*).

clūnar *v. p. 1361, 74.*

clūnīcul(a, -ae *f.?* -us, -ī *m.?*) [*a* 1. clunis *deminutive. Th.*] *i. q. clunis*: FAV. or. frg. Gell. 15,8,2 ceterarum (*praeter ficedulam*) avium atque altilium, nisi tantum apponatur, ut a -is inferiore parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere. **clūnīculus,** -ī *m. i. q. clunaculum*: GLOSS. Scal. V 611,47 (Osb. 557) sica: -us, machaera, splendona (*estne corruptum pro* clunaculus?).

1. clūnis, -is *m. et f.* [*i. q. cambr.*, clun *ind.* śrōṇiḥ '*clunis*', *lituan.* szlaunis '*femur*'; *cf. c. island.* hlaun '*clunis*', *gr. κλόνις. Th.*] ISID. orig. 11,1,101 -es vocatae, quod sint iuxta colum. *de genere*: CHAR. gramm. I 101,4 -es feminino genere dixit Melissus et habet auctorem Laberium (*mim. 7*), qui in Ariete sic ait 'vix sustineo -es' et Horatius (*sat. 1,2,89 cf.* NON. p. 196) 'pulchrae -es' et Scaevola (*carm. frg. 2*) 'lassas -es'; sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat (PAVL. FEST. p. 61 -es masculine *seq. Plaut. Agroec. 1 cf.* NON. p. 196), quoniam 'nis' syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt. PRISC. gramm. II 160,11 finis quoque et -is tam masculini quam feminini generis usurpavit auctoritas in una eademque significatione (*seqq. Hor. sat. 1,2,89 v. l. 59 et Iuv. 11,164 v. l. 48*). *his locis addas: masc.*: MART. 11,100,3. *fem.*: CELS. 7,29 PLIN. nat. 8,26. 29,141 AVSON. 392,2 CAEL. AVR. acut. 2,37,209 ISID. orig. 11,1,101. GLOSS. -is: *ἰσχίον, ὀρθοπήγιον, ἰξύς, γλουτός, ψύα* (*cf.* CAEL. AVR. acut. 2,37,209 -es, quas Graeci *ψύας* vocant), laendnum (*anglosax., dat. plur.*); -em: pyncyn (*πυγήν? Goetz*); -es: *κόξαι*, coxae (cossae), renes. *nota formas* clunix: GLOSS. V 627,11. crunes: CHIRON 489. *gen. plur.* clunum: CAEL. AVR. gyn. frg. p. 143,1 ORIBAS. syn. 5,5 (*at* -ium *l. 72*).

i. q. nates (*at opp.* nates *infra l. 44*): 1 *hominum*: PLAVT. Agroec. frg. 1 quasi lupus ab armis valeo, -es infractos gero (desertos gero *Non.*, infr. fero *Paul. Fest.*). LVCIL. 330 crisavit (cursavit *codd.*), ut si frumentum -bus vannat. LABER. mim. 7 *supra l. 15*. LVCR. 4,1270 -bus ipsa viri venerem si laeta retractat *mulier*. HOR. sat. 2,7,50 quaecumque *puella* ... -bus ... agitavit equum (*sc. virum*) lasciva supinum. PRIAP. 13,2 *Telethusa* -em ... movit. MANIL. 2,462 Libra (*stella*) regit -es (4,707 colit). CELS. 7,29 si -es os vulvae urguere coeperunt ... repellendae sunt. PETRON. 21 extortis nos -bus cecidit. 23 -e agili et manu procaces (*cf.* IVV. 2,21 -em agitant. GLOSS. V 654,7 cinaedi, qui publice -em agitant). 24 -bus eum basiisque distrivit. PLIN. nat. 28,78 ire ergo *mulieres* ... retectis super -es vestibus. MART. 3,53,2 et vultu poteram tuo (*Chloe*) carere et collo manibusque -busque et mammis natibusque cruribusque. 9,47,6 in molli rigidam (*sc. mentulam*) -e libenter habes. 11,100,3 -e nudo radat. IVV. 6,334 mora nulla ... quo minus imposito -em summittat asello. 6,365[19] -em atque latus discunt vibrare magistris *cinaedis*. 11,164 expectes, ut ... ad terram tremulo descendant -e puellae. ARNOB. nat. 2,42 -bus et coxendicibus sublevatis (*cf.* 7,33). 5,28 huc atque illuc -es torquet. VEG. mil. 1,6 sit ergo adulescens Martio operi deputandus ... exilior -bus. ORIBAS. syn. 5,5 *post partum* clunum et pube tenus usque ad umbilicum lana munda loca sunt contegenda. 2 *bestiarum*: VARRO rust. 2,2,4 si arietes sint ... scapulis et -bus latis (2,7,4 *de equis*). 2,5,8 observare debet, ut sint ... pecudes ... latis umeris, bonis -bus. 2,9,2 tauros solere adversos assistere -bus continuatos et cornibus facile propulsare lupos. 3,9,14 de -bus ... habere pinnas *pullos* (*cf.* COLVM. 8,5,19 plumulaeque sub cauda -bus *pullorum* detrahendae). HOR. sat. 1,2,89 pulchrae -es *equi*. LIV. 44,5,7 alii -bus *elephantorum* subsidentes prolabebantur (*cf.* PLIN. nat. 8,26 totius agminis novissimum *elephantum Trogodytae* speculati extremas in -es desiliunt). MANIL. 2,199 aspice Taurum -bus. PAVL. FEST. p. 50 clunaclum ... quia -es hostiarum dividit. p. 55 clunas simias a -bus tritis dictas existimant. GERM. 144 quique *ignis Helices* priora tenet vestigia quique secunda -bus hirsutis et quis sua sidera reddit. 470 ab adversis omnem secat ille (*circulus*) Leonem -bus. COLVM. 6,1,3 parandi sunt boves ... -bus rotundis (6,29,3 *pulli equini* forma constabit ... rotundis -bus. *cf.* PELAGON. 3 -bus et femoribus torosis). 7,9,1 *verres* -bus vastis. PLIN. nat. 8,72 *leucrocota* -bus cervinis. 8,114 *cervi* maria trameant gregatim nantes ... et capita imponentes praecedentium -bus (*cf.* 11,91). 11,85 aranei conveniunt -bus. 11,98 lucent ignium modo noctu laterum et -ium colore lampyrides. APVL. met. 8,16 -bus meis ⟨ab⟩ aggressionibus ferinis consulebam. *inter cuppedia*: HOR. sat. 2,8,91 pectore adusto vidimus et merulas poni et sine -e palumbes. SEN. epist. 47,6 per pectus et -es *avium* certis ductibus circumferens eruditam manum frusta excutit. PLIN. nat. 10,140 culinarum artes, ut -es spectentur *eqs.* MART. 3,60,7 aureus immodicis turtur te -bus implet. IVV. 5,167 dabit ... aliquid de -bus apri (CAEL. AVR. acut. 2,37,209 *cf. supra l. 26*). AVSON. 392,2 Picenae populator turdus olivae -e opimat cereas.

deriv.: clunaculum (clunabulum), clunicula (-us). clunalis. *Probst.*

2. clūnis *v.* clura *p. 1363, 22.*

1. cluo, -ere [*cf. c.* clouaca *et c. lituan.* szlůju '*verro*', *praet.* szlaviau; *fortasse c. gr. κλύζειν, got.* hlūtrs '*purus*' *Th.*] PLIN. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15, 119 (*de Venere Cluacina*) -ere antiqui purgare dicebant (SERV. auct. Aen. 1, 720 p. 200, 11 cloare).

2. cluo, -ere *v.* clueo.

cluor *δόξα* GLOSS. II 510,5. [*cf. c. hibern.* clū *gr.* *κλέος* *ind.* śravah '*gloria*', *slavon.* slovo '*verbum*' *et c.* cluēre. *Th.*] *Bannier.*

clupea, -ae (*m.?*) [*orig. inc., nisi conferendum est c.* clupeus. *Th.*]. *nomen piscis*: PLIN. nat. 9, 44 *attilum piscem* minimus, appellatus -a, venam quandam eius in faucibus mira cupidine appetens morsu exanimat. [*val.* chepa, *it.* cheppia, *hisp.* chopa. *M.-L.*]

clupeo, -āre, **clupeus,** -ī *v.* clip-.

clūra (clūna), -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *nomen simiae*: *scribitur* clura: GLOSS. II 102, 14 -a *πίθηκος* (cluna *duo codd.; nota* III 484, 31 clura *πιcηικος* leg(e) clura *πίθηκος*). 573, 26 -a simi[n]a. Plac. V 15, 44 (55, 29) -am vel glurum simiam, alias cercopithecum. 180, 13 -am: simia quae cum cauda est. ISID. orig. 12, 2, 31 *cercopithecus* simia enim cum cauda est, quam quidam -am (*var. lect.* clunam, cruram, cruda) vocant. *hinc natae formae*: GLOSS. Serv. II 518, 16 crura (clura *corr. man. 2, item codd. iun.*) *κερκοπίθηκος* (circafixias *cod.*); *cf. l. 17.* GLOSS. II 102, 11 clira *ὅμοια* ('*h. e.* similia *pro* simia' *Loewe*). *scribitur* **clūna:** PAVL. FEST. p. 55 -as (cluras *Loewe*) simias a clunibus tritis dictas existimant. GLOSS. V 618, 3 cluna vel clunis est simia. *adde var. lect. l. 13 et l. 17.* [*non huc trahendum nomen avis* cluva, *v. sub v.* clivia.]

deriv.: clurinus.

clūrīnus, -a, -um [*a* clura. *Th.*]. PLAVT. Truc. 269 pudendumst vero -um pecus (ARNOB. nat. 3, 16 -o cum pecore). *fem. subst.* clūrīna, -ae (*sc. simia*): GLOSS. II 348, 23 *κερκοπίθηκος*: haec -a, haec simia. 492, 57. *Mbr.*

clūsāris, -e [*a* cludere claudere clusus. *Th.*]. **1** *ap. gromaticos (cf. Mommsen, Hermes 27 [1892] 96): qui cludit*: HYG. lim. grom. p. 172, 17 quarta ... lapidis portio -is vacat ab inscriptione. p. 194, 20 decimano maximo et kardini maximo omnes lapides in frontibus inscribamus, reliquos in lateribus -bus. p. 195, 1 omnes ... centuriae singulos angulos habent -es (p. 195, 7. 196, 11). **2** *qui cluditur, in clausa est (?)*: CORP. VI 11535 aberat . . . ab structura aquae -is p. VS.

clūsilis (clausilis), -e [*a* cludere, claudere, clusus. *Th.*]. *qui clauditur, clausus.* PLIN. nat. 9, 132 -es mordacesque conchae, ceu mitulos videmus. NOT. Tir. 50, 84 clausile.

clūsio, -ōnis *f. a* cludere, claudere. GLOSS. V 487, 25 trusae -es (V 517, 36 trues -es).

clūsīvius, clūsius *v. nom. propr.*

clūsor (clausor), -ōris *m.* [*a* cludere, claudere. *Th.*]. *significationis ambiguae (i. q. claustrarius?)*: VVLG. IV reg. 24, 14 transtulit . . . omnem artificem et clusorem (חָרָשׁ) *i. q. claustrarios*, LXX *τὸν κλείοντα*). 24, 16 *duxit in captivitatem* et artifices et clusores mille (*ita codd. Tolet. et Amiat. utroque loco*). *fort. add.*: GLOSS. V 621, 17 Mentor vel Policletes vel -r (Myro *coni. Lommatzsch*) sunt sculptores (*fort. ad Iuv. 8, 103/4?*) [*an legas*: Polycletus sunt sculptores vel clusor⟨es⟩ (*sc. i. q. toreutae*)? *Mbr.*]. *is qui animalia vicini ad domum suam claudenda perduxit*: LEX Burg. lib. const. 49, 1 medietatem ... clausor exsolvat. [SIDON. epist. 8, 6, 12 clusor *codd. pars; v. sub* plosor.] *adde nom. propr.* *Hey.*

clūstellum *v.* claustellum. **clūstēr** *v.* clyster.

?clustrigo quod super lacte nat quasi oleum GLOSS. III 599, 20. *cf.* 604, 40 *πικέρι⟨ον⟩* -o.

1. 2. clūstrum *v.* claustrum *et v.* clyster.

8. clustrum *i. q.* crustulum *v. vol. IV 1254, 52.*

clūsūra *v.* clausura.

clūsus, -a, -um *i. q.* clausus *v.* 1. claudo.

clūtinātor *v.* glutinator.

clutum Graeci *κλυτόν* dicunt; unde accepta praepositione fit inclitus *eqs.* PAVL. FEST. p. 55. *cf. c.* cluso; *fort. a grammaticis fictum.*

cluva *v.* clivia.

cluvior nobilior GLOSS. V 627, 10 (596, 10 clivior. 282, 38 crivor). [*cf. c.* cluēre, praecluis. *Th.*]

clybatis (-is *f.*), *κλύβατις*, *nomen herbae.* PS. APVL. herb. 81 *herba perdicalis* vocatur etiam ...-is (elebatis *T*). *cf.* DIOSC. 4, 85 W. *ἐλξίνη, οἱ δὲ . . . κλύβατιν. ib. Vind. περδίκιον, οἱ δε . . . κλύβατιν.*

clydon (clidon *cod.*) maior tempestas GLOSS. V 446, 31. *κλύδων.*

clymenus (-os), -ī *m.* (clymenon, -ī *n.*), *κλύμενον*, *nomen herbae.* *formae*: *nom.* -os PLIN. *l. 76. 77; neutr.*: -on DIOSC. *l. 78.* PLIN. nat. 25, 70 -us a rege (*sc. Clymeno*) herba appellata est, hederae foliis ramosa cauli inani *eqs.* 26, 41 suspiria -us *sedat.* 26, 77 -i semen potum *in medicamento.* 26, 111 panaces, -os, aristolochia *in remedio.* 26, 131. 140 folliculi -i. 1, 25, 33 -os. DIOSC. 4, 13 de climenon. climenon (h)asta(m) habet quadra(m) simile(m) fabae viridis *eqs.* (4, 13 W. *κλύμενον*). *Mbr.*

clypeus *sim. v.* clip-. **clys** *v.* cloes.

clysma *v.* clima *p. 1348, 33.*

clysmus (-os), -ī *m., κλυσμός.* PAVL. FEST. p. 78 clysmos (climos *codd.*) *v. p. 1364, 45.* SCRIB. LARG. 155 alvus acri -o mane trahenda est (194. 197 MARCELL. med. 25, 1).

✖clystēr, -ēris *m., κλυστήρ. formae*: clu- (cru-), cli- (cri-) *hic illic in codd.; acc sing.* clystera[m]: SVET. Claud. 44 (*plerique codd.*). sclister: DIOSC. 3, 106 (*gr. κλυσμός*). *neutr.* clustrum: GLOSS. II 351, 8 *κλυστήρ*: clustrum (*an* NOT. Tir. 50, 90? *v. p. 1319, 35*). *persaepe vix discernas, utrum de instrumento an de remedio. cf.* PS. SORAN. quaest. med. 34 per evacuationem corporis utilitatem perficiunt . . . -es.

1 *instrumentum* (*cf.* ISID. orig. 4, 11, 3 -er [clistere, gliscere *var. lect.*] *inter* '*instrumenta medicorum*'. *addit cod. Alban. ad marg.*: -r est instrumentum, per quod enema iniicitur): CELS. 5, 28, 12 per oricularium -em fistulam eluere (6, 7, 3 *al.*). 7, 27 umor -e intus adigetur. SCRIB. LARG. 112 *medicamen* per -em immittitur (SVET. Claud. 44 MARCELL. med. 20, 13 *al.*). 200 quae ventrem molliunt ... inicere -e (CAEL. AVR. acut. 2, 38, 219. *cf. l. 29 et* VINDIC. med. 31 -is iniectio). PLIN. nat. 20, 10 -bus *infundere* (20, 13 *al.* VLP. dig. 9, 2, 9, 1. MARCELL. med. 29, 54 per -em. *al.*). THEOD. PRISC. log. 36 nutrio . . . per -em. **2** *medicamentum*: SCRIB. LARG. 154 per -em alvus ducenda ovorum albis temperatum. 179 alvum acri -e ducere (THEOD. PRISC. log. 23 -e acriore officium ventris cogimus. CAEL. AVR. acut. 1, 12, 102. 2, 38, 218. CASS. FEL. 22 -e acriore evacuandus erit. ORIBAS. syn. 1, 19). PLIN. nat. 20, 251 *farina seminis lini* emendat ... thoracis perniciosa vitia -e in oleo et aut melle. 25, 56 helleborum extrahere (extraherent *codd.*) medicamentis aut -bus. 32, 46 si non sint ... corpora ... -bus exinanita. SVET. Nero 20 -e vomituque purgari. PELAGON. 132 adicies in -em palumbini stercoris scrp. IV, post -em ... quiescat. THEOD. PRISC. eup. faen. 72 -bus assiduis imminebo (*cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 117 adhibent etiam -em iugem). log. 5 post -is simplicis beneficium (10 *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 159). 29 eos chalastico -e compello. 31. 117 acerbiore -e iniciendum. *passim.* CASS. FEL. 34 ventris egestionem . . . blando -e provocabis (*cf.* ORIBAS. syn. 1, 19 -es sunt ten⟨u⟩es, sunt et acres). ORIBAS. syn. 1, 19 emagogum -em usus est Onesiforus. *deriv.*: clysteriare, clysterimare. *graeca*: clysterium, clysterizare.

clystērimo, -āre *a* clyster, *cf.* clysteriare. *i. q. clysterizare*: CHIRON 238 clisterimabis eum calda et afronitrio et sale. 681 oleum per ipsum folliculum ulterius -bis.

clystērio, -ātum, -āre [*a* clysterium. *Th.*]. *i. q. clysterizare*: PELAGON. 132 *equum* -bis. CHIRON 218 quem et -bis ex aqua calida et oleo. 291 -a per quatriduo. 396 ut -ent eos per anum. PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 3 *l. 59.* DIOSC. 5, 37 si lac primo quispiam -atus fuerit. ORIBAS. syn. 2 add. p. 844 quod si . . . -atus non fuerit iuvatus. p. 845 ut -entur festinandum est . . . quibus materiis in usu ad -andum sunt.

✖clystērium, -ī *n., κλυστήριον. legitur* clisterius: CHIRON 319. PAVL. FEST. p. 78 *eudiaeon* medici extremo in -o relinquunt, per quod clysmos (climos *codd.*) emittitur. SCRIB. LARG. 114 *pastillus* -o immittitur torminosis per anum (MARCELL. med. 27, 4). 118 per -a caldam immittere. PLIN. nat. 32, 104 salsamenta ... infusa -o (clysteri *B²*). PLIN. med. 2, 7 *al.* PELAGON. 133. CHIRON 282 innovabis ei -a (ciclisteria *codd.*). VEG. mulom. 1, 42, 1 per anum adhibenda sunt -a. MARCELL. med. 14, 39 alvum subtrahere -o. 27, 124 per -um infundetur (*cf.* PS. SORAN. epit. 69 clipsterium plenum infundere cum cautela magna). VINDIC. epist. ad Valent. 2 ut per intestinum -o ei curatio pararetur. PS. DIOSC. herb. fem. 5 decoctio per -um iniecta. PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 123 p. 421, 8 *et* 10 cum -o curamus.

✖clystērizo, -āre [**κλυστηρίζειν, cf. κλυστήρ. Th.*]. *i. q. clysterem inicere alicui*: VEG. mulom. 1, 42, 5 -bis etiam ex aqua calida et oleo. 1, 45, 3 *al.* PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 3 si ante dolorem venter minime fecerit ..., -ari debebit (*sic b*, debebis clisteriare *r*). CAEL. AVR. acut. 2, 38, 224 Heraclides phlebotomat atque -at. 3, 4, 32 synanchicos -at. 3, 17, 159 praepotat atque -at. *al.* *Probst.*

cnāsonās acus, quibus mulieres caput scalpunt PAVL. FEST. p. 52. *cf.* GLOSS. Scal. V 594, 49 c⟨n⟩asona: acus qua mulier scalpit caput. *pro gr. *κνάσων, κνήσων mutatum? cf. κνάω, κνήθω, sim.* *Mbr.*

cnātus *i. q.* gnatus, *q. v.* **cnēcinus** *v.* cnidinus.

cnēcos (cnīcos), -ī, *acc.* -on *m., κνῆκος, nomen herbae.* *forma* cnicos: SCRIB. LARG. 135 PS. APVL. herb. 109 DIOSC. *v. l. 84 sqq.* ORIBAS. syn. 1, 17 p. 819? 4, 18. 29; *latet in* GLOSS. *v. p. 1365, 7 sqq.* *formae vulgares* cinecus, cinicus, enecos *sim. ap.* DIOSC. CHIRON. APIC. GLOSS. *v. passim infra.* COLVM. 7, 8, 1 *hac potest* et agrestis cardui flore conduci et seminibus -i (gneci *S*). SCRIB. LARG. 135 ovilli lactis sextari siquis adiciat cnici purgati p. ℈ IIII, molliet ventrem. PLIN. nat. 21, 90 multas praeterea ignobiles *herbas* habent *Aegyptii*, sed maxime celebrant -on Italiae ignotam ipsis ... oleo ... gratum. hoc faciunt e semine eius. 21, 94 carduus folia et caules spinosae lanuginis habet, item ...-os. 21, 95 acorna ⟨a -o⟩ (*add. Mayh. e Theophr.*) colore tantum rufo distinguitur. 21, 184 nec de -o sive atractylide verbosius dici par esset, Aegyptia herba, nisi magnum contra venenata animalia praeberet auxilium *eqs.* 1, 21, 53 -i genera III. 1, 21, 56. 107. CHIRON 498 sanguinem detrahis ex cervice[m] et perunges eum vino et oleo et infundi ei cineci semen. PS. APVL. herb. 109 chamaeleon . . . semen habet -i herbae similem (*loco interpolato*). DIOSC. 1, 140 tusa et cum ⟨c⟩nicu (enicu *P*) . . . ventrem solvet. 3, 8

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

semen enico simile (gnico *P*, *κνήκῳ gr.*). 3, 12. 4, 18 semen est cnico simile (4, 157 eneco). 3, 103 atractali, quem multi mecos (*i.* enecos) agreste vocant, frutex est spino (enecos *P*) simile. 4, 183 de cnicu (cinico *P*). cnicu folia habet oblonga *eqs.* APIC. 6, 228. 7, 284. 8, 333 -i flores (eneci *vel* enechi *codd.*). ORIBAS. syn. 1, 17 p. 819 de cnicu. -us purgat fleuma. 4, 18 -os. 4, 29 -u semen tunsum *solvit ventrem.* *dubium an huc pertineant*: GLOSS. III 537, 64 cinici semen id est croci caballaris (545, 7 crnico semen ⟨de⟩ croco cabalare). 556, 69 cinici semen id est croci hortensis semen (621, 29 conici semen de croco (h)ortense). 619, 47 cignum semen de croco (*cf.* 555, 19). *his addendum videtur*: GLOSS. III 555, 51 crascrus (*'κνῆκος vel κνᾶκος? κωρύκιος?' Goetz*) crocus (*sim.* 537, 40. 620, 9). *num addendum* cinicius? *v. s. v.* *cf. Fischer-Benzon p. 84; Blümner, Technol. I 111.*

cneōrum (cneōron), -ī *n.*, *κνέωρον*, *nomen herbae.* PLIN. nat. 13, 114 fruticem vero thymelaeam ... aliqui cnestorem, alii -um. est similis oleastro *eqs.* (1, 13, 35 granum Cnidium sive thymelaea ... sive cnestor sive -um). 21, 53 in coronamenta folio venere ... -um, quod casiam Hyginus vocat (1, 21, 29 -um sive casia genera II). 21, 55 -i duo genera, nigri atque candidi, hoc et odoratum *eqs.* DIOSC. 4, 167 timelea ... aut c⟨n⟩estros aut cineuron (4, 172 W. *κνέωρον*). CAEL. AVR. chron. 3, 1, 11 opopanacis simile pondus vel -on. 3, 8, 138 item ⟨c⟩neoro(n) ex quibus cunctis stomachus vexatur. *Stadler.*

cnephōsum antiqui dicebant tenebricosum; Graeci enim *κνέφας* appellant obscurum PAVL. FEST. p. 51. *a κνέφας hibride fictum.*

pruriginem omnem Graeci **cnēsmonēn** (henesmoncam, henesionem *codd., an* cnesmonam?) vocant CASS. FEL. 16 p. 23. *κνησμονή.*

cnēstor, -is *m.* (cnēstrum, -ī *n.*?), *κνῆστρον*, *nomen herbae thymelaeae.* PLIN. nat. 13, 114 -em *v. supra l. 16.* 1, 13, 35 cnestor (*Ian*, inestor *M*, cnestrum *rell. codd.*). DIOSC. 4, 167 c⟨n⟩estros *supra l. 21* (4, 172 W. *κνῆστρον*). *Mbr.*

cnicion (-ī *n.*), *κνίκιον*, *nomen herbae.* DIOSC. 3, 119 trifoliu aut minuantes ... aut cnicio ... vocant. *conferasne* cinicius? *v. s. v.*

cnīcos *v.* cnecos.

cnīdē, -ēs *f.*, *κνίδη.* 1 *nomen piscis*: PLIN. nat. 32, 146 peculiares maris ... -e, quam nos urticam vocamus. 2 *nomen herbae urticae.* GLOSS. urtica: -e (*var. lect.* cineidis, cendiu, cindiu, cendina, clinidi, clinice, clinici, cliniti, cimedis, edeno, conden, idenis, idem, ideni).

cnīdinus, -a, -um *a* cnide, *κνίδη.* PLIN. nat. 15, 30 *oleum fit* plurimum in Aegypto ex raphani semine ... et urtica, quod -um (*Barbar. coni.*, casecinum *M*, neci- *d*, oneti- *a*, enecci- *r*, cneci- *ed. Gel.*, cnedi- *Hard.*) appellant.

? **cnīdium** (-ī *n.*), **κνίδιον*, *cf. κνίδη.* ORIBAS. eup. 2, 1 A 9 acalifi (*i. ἀκαλήφη*) i. e. cnidiu (*cf.* GLOSS. urtica: *ἀκαλήφη ἡ καλουμένη κνίς*).

cnīdius, -a, -um *v. s.* coccum.

cnīdospermaton *a κνίδη et σπέρμα, cf. κνιδόσπερμον.* GLOSS. III 555, 3 urticae semen conidospermato (619, 31 conidiospermaton). *Stadler.*

cnīsa, -ae *f.*, *κνῖσα*, *fumus.* ARNOB. nat. 7, 3 pasciturque *deus* de -is, quas evomunt ardentia viscera.

cnōdāx, -ācis *m.*, *κνώδαξ*, *axis machinae.* *acc. pl.* -as *l. 54 et 56*, -ēs *l. 58.* · VITR. 10, 2, 11 ferreos -as (chodacas *codd.*) uti subscudes in capitibus scaporum implumbavit *Chersiphron* (*in machina volvendis columnis idonea*) et armillas in materia ad -as (chod- *codd.*) circumdandos infixit. *ibid.* -es (chod- *codd.*). *ibid.* scapi versando in -bus (codac- *codd.*) et armillis ... volvebantur. 10, 2, 12 -es (chod- *GH*[1], cod- *H ante corr.*) et armillas in capitibus inclusit. *ibid.* inclusi -es (chod- *codd.*) versabant[ur] rotas (cnod- *ubique restituit Turnebus*).

co- *praep. v. vol. IV p. 1339, 61 sq. 1340, 53.* *in compositione: v. vol. IV p. 1340, 76.* [*scribitur pro* quo *v. s. v.* qui.]

coa, -ae *f. a* coire *iocose fictum.* CAEL. or. frg. Quint. inst. 8, 6, 52 (*exemplum aenigmatis affertur*) quadrantariam Clytemestram et in triclinio coam (*sc. quae convivis coitum promisit*), in cubiculo nolam (*i. quae cum marito noluit*).

coabdūco, -ctum, -ere *a* co- *et* abducere. *idem q. abducere* (*translate*): IREN. 3, 25, 1 qui ... non in tantum superstitione idolorum -cti sunt.

coaccēdo, -ere *a* co- *et* accedere. *i. q. una accedere.* *de summa*: PLAVT. Curc. 344 emi virginem triginta minis, vestem, aurum; et pro is decem -unt (accedunt *Guyet*, eo accedunt *Leo*) minae.

coaccidēns, -ntis *a* co- *et* accidens, accidere. *id quod simul, una accidit*: PRISC. gramm. III 123, 2 est tamen et cum substantia et qualitate in ore posita et aliis -bus additur interrogatio.

coaccūso, -ātum, -āre *a* co- *et* accusare. *idem q. accusare*: PRIMAS. in apoc. p. 896[C] pseudoprophetis ranarum more, tamquam animantibus -atis nocte damnabiliter, erroris latratu convenit perstrepere. *Mbr.*

coacerbo, -āre *a* co- *et* acerbare. HEGES. 1, 25, 1 *Antigonus apud Caesarem* invidiae magis quam doloris partes exequebatur, ut Hyrcanum et Antipatrum incubare alienis ... questu gravissimo -ret (*i.* ***dira ea omnia esse diceret;*** *Ioseph. aliter*) ...; multo acerbiores illas quibus tota gens ... ab Hyrcano et Antipatro afficeretur. GLOSS. II 267, 22 *δεινοποιῶ* acervo coacervo. 399, 19 *παροτρύνω* acerbo -o incito stimulo. NOT. Tir. 91, 52 -at (*post* acerbus).

coacervātim *adv.* [*a* coacervare. *Th.*]. *i. q. ita, ut multa simul vel una fiant, extent, sim.*: 1 *de multitudine, crebritate rerum*: APVL. flor. 9 p. 37/8 quae utinam possem equidem non singillatim ac discretim sed cunctim atque -m tibi ... offerre. AVG. c. Iul. 4, 15, 75 in his omnibus abs te -m commemoratis. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 144 commoda omnia ex vino celerius atque -m implentur. chron. 1, 4, 90 neque -m neque uno tempore omnes erunt partes curandae. 4, 3, 20 nunc iugiter nocte atque die *fit stercorum egestio*, nunc -m sed interiecto spatio (5, 10, 114. 122 *syn.* nimis liquida. *cf.* 5, 3, 55 urina ... primo parva dehinc plurima aut -m effusa). 2 *de temporis intervallo, i. q. celeriter, saepe*: CAEL. AVR. acut. 2, 4, 20 parvus et -m interiens pulsus efficitur. 2, 9, 50 caput fomentamus -m atque iugiter. 3, 3, 13 potum dabimus ... non -m sed paulatim (chron. 3, 2, 24 potus ... plurimus sed neque maioribus haustibus hauriendus neque -m atque eodem tempore. *cf.* 4, 3, 55 siquidem caprae ... plurimum atque -m bibant). 3, 18, 185 (*opp.* raro, *syn.* saepissime).

coacervātio, -ōnis *f. a* coacervare. *pluralem non legi. interdum scribitur* coacerbatio. 1 *i. q. collectio, congregatio; cf.* GLOSS. II 219, 53 *ἄθροισις* coaggeratio adunatio quoacervatio. a *rerum incorporearum*: CIC. part. 122 frequentatione argumentorum et -e universa. PS. QVINT. decl. 5, 12 quaecunque explicari -e non possunt, per partes vicesque servantur. AQVILA rhet. min. p. 24, 16 figura (*ἐπιτροχασμοῦ*) differt a -e, quod illa res universas pluresve in eundem locum confert. POMP. gramm. V 303, 17 schesis onomaton est -o nominum. AVG. in psalm. 3, 10 vitiorum (PS. RVFIN. in psalm. 3, 3). OROS. hist. 6, 18, 2 malorum. b *hominum*: SEN. dial. 7, 1, 3 ista tanta -o aliorum super alios ruentium. c *rerum corporearum*: CHALC. comm. 203 minorum corpusculorum -em. CAEL. AVR. acut. 2, 31, 163 tumorem ... corpusculorum -e sive obtrusione effectum. 2, 37, 163 parva scintilla plurima -e lignorum opprimitur. SERV. Aen. 9, 564 agger est cuiuslibet rei -o (ISID. orig. 15, 9, 3). 12, 446 viae aggerem id est viae -em (*cf.* ISID. orig. 15, 16, 7). d *numerorum (t. t. arithm.): i. q. summa additione effecta*: GAIVS dig. 2, 1, 11 quarum singularum *actionum* quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, -o vero omnium excedat modum iurisdictionis eius. BOETH. arithm. 1, 20 p. 42, 24 in ultimae multitudinem summae -em multiplicabis. p. 43, 14. *i. q. additio*: BOETH. arithm. 1, 20 p. 42, 16 si primus numerus et incompositus ex illa -e factus sit. p. 42, 18. 43, 3. 8. 2, 28 p. 117, 27 -o imparium. *bis.* 2, 39 p. 136, 9. 2 *i. q. perductio ad summum*: AMBR. in Luc. 7, 133 ostenditur quod ... mors corporis *Christi* absolutio anxietudinis, non -o sit doloris.

✖**coacervo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* co- *et* acervus *vel* acervare. *Th.*]. GLOSS. -at: congregat, colligit. II 447, 62 *συνσωρεύω* confosso -o. IV 499, 43 -antes congregantes sive optantes. *formae perfecti contractae*: -arunt: HEGES. 1, 40, 5. -asse: AMBR. fid. 5 praef. 6. -assent: VVLG. num. 16, 19 (*hae formae incontractae non leguntur*). -aris: BOETH. arithm. 2, 28 p. 119, 14 *cod. c; sed* -veris *ibid. cod. r.* -verant: HEGES. 2, 14, 4. *saepe scribitur* coacerb- *in codd.* (*tamen vix huc trahendum* NOT. Tir. 91, 52 -at, *v. supra l. 3*). *legitur inde a* CIC. S. Rosc. *admodum raro; saepius habent* CIC. (9[ies]) LIV. (7[ies]) SEN. phil. (5[ies]) AMBR. HEGES. VVLG. (8[ies]). *e poetis soli* CATVLL. AETNA OV. MANIL. *sing. locis.*

I *i. q. in cumulum cogere*: A *res corporeas, liquidas sim., homines qua corpora sunt* (*sed ne his quidem locis ubique de proprio cumulo cogites*): 1 *ea quae moventur*: CIC. S. Rosc. 133 quantum *caelati argenti, stragulae vestis, ..., marmoris* e multis ... familiis ... -ari una in domo potuit. leg. agr. 1, 14 videtis ... omnibus rebus et modis constructam et -atam pecuniam? (2, 71 coguntur et -antur pecuniae. Phil. 5, 12. LIV. 45, 40, 2 tantum pecuniae ... partim ex fructu metallorum partim ... -atum fuerat. LACT. epit. 57, 2. AMBR. off. 2, 16, 80 primum ... -vit pecunias, deinde instrumenta cetera). CAES. Gall. 2, 27, 4 ut -atis cadaveribus qui superessent ut ex tumulo tela in nostros conicerent (*cf.* 7, 70, 3 hostes ... se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis -antur [*codd. recc.*, -ati tum *α*, coartantur *β*]. LIV. 22, 7, 5 ex hostium -atorum cumulis. 24, 39, 5). BELL. Afr. 87, 2 lignis -atis (*syn.* congestis). 91, 2 omnibus rebus eo -atis. VARRO ling. 5, 157 Gallorum ossa ... ibi -ata ac consaepta (LIV. 36, 8, 5 in unum. *cf.* MANIL. 1, 890). AETNA 50 moles. LIV. 31, 18, 5 auro argento quaeque -ata erant acceptis. 38, 27, 7 *praedam.* SEN. nat. 2, 12, 5 siccus ille terrarum vapor unde ventis origo est, cum -atus est *eqs.* (*cf.* 5, 8, 2 in quam [*loci laxitatem*] -ata decurrant). 5, 4, 3 *corpuscula.* 7, 13, 2 atomi congesti -atique. PLIN. nat. 18, 358 scintillae -antur. HEGES. 5, 36, 1 -andis aggeribus. VVLG. Iob 22, 25 argentum -bitur tibi (eccles. 2, 8 Zach. 9, 3). prov. 28, 8 -at divitias usuris et faenore. RVFIN. Orig. in Ios. 4, 1 aquae ... -antur in cumulum. AVG. civ. 6, 9 p. 264 fruges. MACR. somn. 1, 22, 6 quod *materiae* eliminatum in ultimam mundi partem longinquitas solis -vit. SIDON. epist. 7, 9, 21 Israel ... ante Beselehelis pedes oblaticii symbolam -vit impendii.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Isid. orig. 16, 26, 17 -ati enim modii XXX instar collis videntur. *cf.* Cic. Verr. 5, 54 hanc tantam vim emblematum sine causa -are. *in imagine*: Oros. comm. 1 p. 151, 12 edere et -are in unum omnes perditionum arbores. **2** *res immobiles*: Cic. leg. agr. 2, 66 qua *pecunia* hosce omnes agros ... non modo emere, verum etiam -are possis. **B** *homines, i. q. congregare, in unum cogere*: Cic. Verr. 5, 148 videtis indignissimo in loco -atam multitudinem vestrorum civium (Heges. 2, 14, 4 non mediocrem Iudaei -verant [Ioseph. bell. Iud. 2, ⟨513⟩ *συνηθροῖσθαι*] multitudinem. Vvlg. num. 16, 19 -assent adversum eos omnem multitudinem. Ezech. 38, 7 Ennod. opusc. 1, 36 p. 271, 11). Itala (Hil. trin. 10, 2, codd. d, e, g) *et* Vvlg. II Tim. 4, 3 ad (secundum cod. g) sua desideria -bunt (*ἐπισωρεύσουσι*) sibi magistros (Hil. *ibid. syn.* congregare, conquirere). Vvlg. Habac. 2, 5 -bit ad se omnes populos (Apring. in apoc. 21, 22). Oros. hist. 5, 14, 3 -atis inconsulte agminibus. Cassiod. hist. 7, 15 p. 1080^{C} multam sibi militiam -ans. Caes. Gall. 7, 70, 3, Liv. 24, 39, 5 *sim. v. p. 1366, 68 sqq.* **C** *res incorporeas*: **1** *i. q. cumulare, una cogere*: Cic. inv. 2, 46 tum illi ipsi in medium -ati (conservati *coni. Wetzel*) loci procedent. part. 40 verisimilia ... cum sunt -ata. Ov. met. 8, 485 per -atos ... luctus. Sen. dial. 11, 3, 2 omnia *mala* tua -ata ante te posui. Arnob. nat. 3, 42 nimis -are in unum multa (*sc. narrationes*). 4, 22 quas in eum labes flagitiorum, quantas -etis infamias. Lact. inst. 7, 14, 17 *syn.* collecta. Hil. trin. 6, 32 -atis ad copiam dictis. 10, 2 desideratis -are doctrinam. Paneg. 11, 1 congesta et -ata in unum beneficia. Ambr. Abr. 1, 2, 3 praeceptа. Heges. 5, 18 l. 55 exitia. Hier. epist. 107, 4 p. 682 ipsa nomina ... *sint* -ata de industria. 112, 4 p. 739 in mente mea plurima -ans. Rvfin. Basil. hom. 3, 1 maiora et graviora supplicia -at ingratis. Macr. somn. 2, 15, 2 collecta haec in unum ... corpus -vi. Oros. hist. 5, 24, 10 undique *bella* ... excita -ataque concurrunt. comm. 1 *v. supra l. 3.* Evcher. instr. 1 praef. p. 65, 18 *vocabula* tibi ... quasi -ata ostendere. Pomer. 3, 9, 1 odiorum sibi occasiones ... -ant. Ennod. epist. 7, 27, 1 p. 193, 20 -ata epistolari sermone bona non venerer? Mvtian. Chrysost. hom. 27, 5 cum autem in unum (*ὁμοῦ*) -ata fuerint *haec vitia*. *cf.* Arnob. nat. 3, 34 in eius (*Lunae*) vocamen reliquorum seriem -atam esse cognominum. *nota*: Ennod. opusc. 1, 60 p. 277, 19 ne -ata illinc finitimarum vulnera gentium in Romanum corpus excurrerent. *speciatim cogendo, enumerando improbare, proferre*: Ambr. in psalm. 37, 46 cum ipse accusator tui esse debeas et -are flagitia. 118 serm. 4, 11 *diabolus* qui solet -are (*Ihm*, acerbare *cod.*) peccata et... exaggerare flagitia. Heges. 5, 22 l. 49 -bo crimina mea. Cassiod. in psalm. 135, 21 Og interpretatur -ans ... qui enim -at peccata nostra, absolute diabolus est. **2** *i. q. computare, per additionem*: Iavol. dig. 17, 1, 36 pr. ut omnes summas maiores et minores -et. Boeth. arithm. 1, 9 p. 20, 3 ordinatim dispositae minores summae ... et super se ipsas -ata. p. 20, 17. 1, 20 p. 43, 9 -ati III multiplicati sunt. 2, 14 p. 98, 3 nascuntur autem hi numeri ... ab eadem naturalis numeri quantitate in se -ata, ita ut *eqs.* 2, 28 p. 119, 14 sin vero unum tribus -veris, quattuor tetragonus exoritur. Rvstic. c. aceph. 1227^{A} non enim tres (*patrem et filium et spiritum*) illi (*trinitati*) -antes, quattuor facimus.

II *i. q. cumulum congerere*: **A** *proprie*: Catvll. 64, 363 teres excelso -atum aggere bustum. Liv. 5, 39, 1 armorumque cumulos, ut mos eis est, -are. **B** *translate*: Potam. ad Athan. p. 1417^{A} crudam illuviem damnabilis officinae -atam. Ambr. fid. 5 praef. 6 quartum librum oportuit ... finiri, ne -asse magis librum eundem quodam videremur quaestionum tumultu, quam fructu spiritalis vineae replevisse. Rvfin. hist. 4, 5, 2 ecclesia ex Hebraeis potius fidelibus -ata (*συνεστάναι*) firmataque. Avg. in psalm. 135, 9 -at diabolus ... confusionem. Schol. Cic. Bob. p. 76, 3 Hild. ⟨*ἐνάργεια*⟩ -atur. Oros. hist. 5, 19, 2 quamvis isdem gesta temporibus perplexis -ata malis exarserint. *nota*: Gavdent. serm. 18 p. 938 omnis ille -atus ... peccatorum ignis.

III *i. q. cumulare (aliquid aliqua re), maius reddere*: Lact. inst. 5, 1, 7 errores suos insuper crudelibus factis -ant (Lvcif. moriend. 2 p. 286, 25). Ambr. Noe 28, 105 ad -andum eius delictum ipsius addita est generatio. Iac. 1, 4, 16 erat enim peccatum, etsi nesciebatur, sed cognitione -atum est et quasi incrementum erroris assumpsit. 1, 5, 19 crimina. in psalm. 1, 27 intimis iam concepta visceribus lues culpae processu temporis -atur. 118 serm. 15, 31 errores. Iob 3, 7, 21 p. 259 aerumna. *al.* Heges. 1, 40, 5 quamvis ... depulerint metum, maestitiam tamen -arunt (Ioseph. bell. Iud. 1, ⟨483⟩ *προσέλαβον*). 2, 12 l. 8 non excusatur Pilatus sed Iudaeorum amentia -atur. 4, 6, 1 flagitia. *huc fortasse addas*: Hier. in Ezech. 10 p. 391 insanientes et -ati in malum. *nota absolute*: Cael. Avr. acut. 2, 35, 184 qui stomacho patiente deficiunt atque -ant (*suppl.* stercora?).

acced.: alicubi: Cic. S. Rosc. 133 Verr. 5, 148 Varro ling. 5, 157 Hier. epist. 112, 4. Sidon. epist. 7, 9, 21 ante pedes. Vvlg. num. 16, 19 adversum eos. *aliquo*: Cic. inv. 2, 46 Bell. Afr. 91, 2. Liv. 36, 8, 5 in unum (Arnob. nat. 3, 42 Paneg. 11, 1 Oros. comm. 1 p. 151, 12 Mvtian. Chrysost. hom. 27, 5). Arnob. nat. 3, 34. 4, 22 Hier. in Ezech. 10 p. 391 Rvfin. Orig. in Ios. 4, 1 Boeth. arithm. 2, 14 p. 98, 3 in se. Itala *et* Vvlg. II Tim. 4, 3 ad, secundum *aliquid* (*v. p. 1367, 12*). Vvlg. Ezech. 38, 7. Habac. 2, 5 ad te (se). Hesych. in lev. 26, 27 *sqq.* p. 1152^{D} actiones super actiones (Boeth. arithm. 1, 19 p. 20, 3 super se). *alicui*: Rvfin. Basil. hom. 3, 1 ingratis. Rvstic. c. aceph. 1227^{A} illi.

part. pass. **coacervātus**, -a, -um, *fere i. q. abundans*: Cael. Avr. acut. 2, 10, 68 ventris retentio aut -a atque fluxa effusio (2, 32, 166. 3, 4, 25 sanguinis effusio. *cf.* chron. 2, 13, 166 -us ... sanguinis fluor). 3, 4, 28 iugis atque -a materiarum detractio (chron. 1, 4, 141 sanguinis -am facere detractionem). 2, 38, 220 -am atque celerem per superficiem corporis insumptionem. 2, 32, 167 repentino atque -o ... sudore. chron. 3, 3, 46 cibi vehemens appetentia ... et -i accipiendi cupiditas. *cf.* acut. 3, 5, 60 supradictorum counatus atque -us usus. *adde* Sen. nat. 5, 8, 2 *p. 1366, 77* Hier. in Ezech. 10 *p. 1367, 76.*

deriv.: coacervatio, coacervatim.

coacēsco, -acuī, -acēscere *a* co- *et* acescere. *i. q. acidum fieri. forma contracta* cōcesco Varro *v. l. 20.* Not. Tir. 69, 80 -uit. 69, 81 (73, 48^{a}) co⟨acescit⟩. **1** *proprie*: Varro rust. 1, 65 *vinum* ex eo genere uvae quod mature cocescat (*PA*, coac- *BA*^{2m}. Pompon. dig. 32, 85 quod -uerit vinum. Vlp. dig. 19, 2, 15, 2. 33, 6, 9 pr. 33, 6, 9, 2 Ambr. hex. 4, 1, 1). Cels. 1, 2 p. 15, 21 secunda mensa ... in imbecillo *stomacho* -it. 4, 12 p. 137, 36 si -uit intus cibus. Mar. Victorin. in Gal. 5, 9 massa farinae ... -it et hinc fermentum fit (*cf.* Ps. Rvfin. in Os. 7, 3 *sqq. massa* quae fermentatur ... tota -it). Hil. in psalm. 67, 16 ex natura sua lac ... quadam sui corruptione coacessit (*sic cod. R*, coalescit *var. lect.*). **2** *in imagine et translate*: Cic. Scaur. 43 cum integri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam putamus tot transfusionibus -isse (*cf.* Hier. praef. Vulg. Salom. nostra scripta quae non in tertium vas transfusa -uerint, sed ... suum saporem servaverint). Cato 65 ut enim non omne vinum, sic non omnis natura vetustate -it. Hil. in Matth. 33, 6 hoc igitur cum in Adam -isset ipse accepit et potavit ex gentibus (*sc. vinum*). in psalm. 118, 70 thet 7 in vitiosi et -entis saporis amaritudinem sunt redacti. Ambr. in psalm. 43, 10 p. 1094^{B} infudit postea fidem et continentiae disciplinam ne tamquam in vase corrupto confusione vitiorum -rent sacramenta virtutum.

coācla *v.* cloaca.

larix i. **coacola** Gloss. III 567, 50. [*leg.* ortyx i. -a, *et cf. francog.* caille '*coturnix*'. *M.-L.*] *Elsperger.*

coācta, coāctē *v. s.* cogo.

coāctārius, -ī *m. a* cogere (coacta). *i. q. coactiliarius, coactor*: Corp. X 1916 (*Puteolis*) Cleomenes coriarius ⟨co⟩actarius. *cf.* coactiliarius.

coāctīcius, -a, -um [*a* coactus. *Th.*]. *i. q. coactus, necessarius*: Cassian. inst. 4, 24, 1 utrum *virtus* de vera fide ac profunda cordis simplicitate descenderet an affectaticia esset et quodammodo -a. conl. 9, 30, 2 steriles et -as lacrimarum guttulas. 24, 26, 10 servorum ministeria infida et -a. Prosp. c. coll. 14, 2 p. 254^{C} de Pauli et Matthaei -a conversione. Fvlg. Rvsp. ad Monim. 1, 7 praedestinationis ... nomine non aliqua voluntatis humanae -a necessitas exprimitur. epist. 14, 41 p. 263 non -ae mortis, sed voluntariae passionis.

coāctiliārius, -a, -um [*a* coactilia. *Th.*]. quactiliarius: *v. l. 62. praeterea* Gloss. II 407, 56. 590, 60. Gloss. *πιλοποιός, πιλωτοποιός*. [lutifex *falso, sc. πηλοποιόν confundens cum πιλοποιῷ.*]

adi.: Capitol. Pert. 3, 3 *pater Pertinacis* tabernam -am (coactiliriam *codd.*, coctiliciam *Peter*) in Liguria exercuerat. *subst. masc.* coāctiliārius, -ī, *i. q. faber coactilium. ex coniectura Rhodii legitur* Scrib. Larg. 230 teruntur ex cinere lixiva, qua -i utuntur (culinarii *codd.*). *cf.* Marcell. med. 14, 69 lixivum, unde operantur -i, aliquantum. Cass. Fel. 42 p. 97 facies duas embrocas laneas a quactiliario (a qua et iliario *et sim. codd.*) in modum spaerae formatas. Corp. VI 9494 (*suspect. sec. Hülsen, Röm. Mitteil. 10, 1895, p. 296*) lanarius -us. *dub.* XIII 5444 d. m. Victorini coactili (-arii? Coactili *fili?*). *cf.* coactarius *et* coactor.

coāctilis, -e [*a* cogere, coactus. *Th.*]. quoactilis: *v. l. 70.* quactilis (quattilis): *v. l. 74. ex lana coacta factus* (*v.* cogo *sub I B 3*): Edict. imp. Diocl. 7, 52 ⟨ce⟩ntunclum equestrae (*sic*) quoactile album. Not. Tir. 97, 18 -is *post* thorax, thoragatus (*sic*). *neutr. pro subst.* coāctile, -is: Gloss. -e *πιλωτόν*. genus cilicii. *Mau, PW. IV 125.* Vlp. dig. 34, 2, 25, 1 Aristo etiam -ia vesti cedere ait. Ps. Theod. Prisc. ves. vit. 4 oleo dulci anetino calido quactili (quattili, aquatili *codd.*) imposito contexto secundum modum spaerae. Cass. Fel. 42 p. 98 de lana facies etiam et unum quactile tenue, quod stomachum ... operiat. *ibid.* praecordia ... quactili operies. Anon. de mach. bell. 15 p. 17 Schn. *thoracomachus* de -i ad mensuram et tutelam pectoris humani conficitur. Rvfin. Adamant. 5, 16 corpus ... constringitur et attrahitur, sicut fieri videmus in laneo corpore quod -e dicitur (*παθάπερ ἑρίων ⟨τὰ⟩ ὑγραινόμενα πιλοῦνται*).

coāctim *adv. v. sub* cogo.

coāctio, -ōnis *f. a* cogere, coactum. *ex coniectura Ribbeckii legitur*: Varro ling. 6, 43 a -e (cogitatione *cod.*) concilium, inde

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

consilium, quod ut vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dictum. *scribitur* quoactionem: Avg. gen. ad litt. imperf. p. 491, 29 *cod. V.*

coāgmentum, -ī *n.* [*a* cogere. *Th.*]. *singularis numerus uno legitur loco* NON. p. 9 examussim dicitur examinate ad regulam vel -um. NOT. Tir. 94, 43 -a. *legitur inde a* PLAVTO *et* CATONE (*singulis loc.*); *frequentat* VITR. (*19ies*). *i. q. coniunctio* (*cf.* NON. p. 42 -a dicta sunt coniunctiones aptae et compares a coagendo id est stringendo. GLOSS. Non. V 650, 13): **1** *usu artiore t. t. architecturae (cf. Blümner, Archiv 11 [1899] p. 424) de ea parte qua lapides sim. unus alterum tangit*: PLAVT. Most. 829 non enim haec pultiphagus opifex opera fecit barbarus. viden -a in foribus? CATO agr. 18, 9 orbem olearium . . . Punicanis -is facito. CAES. civ. 3, 105, 5 palma . . . inter (per *cod. f.*) -a lapidum ex pavimento extitisse ostendebatur (VAL. MAX. 1, 6, 12. AMM. 20, 6, 6 acumen arietis -a fodiens lapidum. 20, 7, 13). VITR. 2, 3, 4 medii lateres supra -a collocati. 2, 8, 1 *opus reticulatum* in omnes partes dissoluta habet cubilia et -a. 2, 8, 3 -orum ab ruina dissolutis iuncturis. 2, 8, 4 cubilia et -a eorum inter se sedentia et iuncturis alligata (2, 8, 5. 7). 4, 4, 4 media -a medii lapides continentes (*cf.* 5, 12, 6). *ibid.* circum -a et cubilia eminentes expressiones. 5, 10, 3 earumque camerarum superiora -a ex argilla . . . liniantur (*cf.* 8, 6, 8. 9). 6, 8, 4 cuneorum divisionibus -is ad centrum respondentibus (*bis*). 7, 1, 4 -orum compositio planam habeat inter se directionem. 7, 1, 6. 7 *tegulae* habentes singulis -orum frontibus excisos canaliculos (*ter*). AMM. 19, 7, 7 dissolutis turrium -is. *cf.* SEN. nat. 4, 2, 18 signorum -a solvuntur. **2** *latiore usu*: GELL. 17, 9, 2 in his epistulis . . . inveniuntur litterae singulariae sine -is syllabarum. 17, 20 tit. numeris -isque verborum. AVSON. 350, 7 harum verticularum variis -is simulantur species mille formarum (*in ludo ostomachia*). AMM. 20, 3, 4 quos *ἀναβιβάζοντας . . . ἐκλειπτικούς συνδέσμους*, -a videlicet defectiva . . . dictitant. *inde de rebus quodammodo corporeis ex quibus aliquid componitur*: NOVATIAN. trin. 5 p. 895^{A} non utique ex -is corporalibus . . . constructus *deus*. ARNOB. nat. 3, 12 quibus *formis* extima circumscriptio membrorum solet -a finire. 6, 16 istos videretis deos . . . particularum -a deformium.

deriv.: coagmentare.

coāgmino, -ātus, -āre *cf. c.* cogere *et c.* co- *et* agmen. GLOSS. V 446, 37 -ari quando agmine coniungitur. 448, 10 -ati conglobati constipati collecti. *cf. etiam p. 1376, 84 sq.* *Elsperger.*

coagnitum NOT. Tir. 47, 90^{a} *post* agnitum, cognitum. *a* co- *et* agnitus. *Mbr.*

coago, -ere *a* co- *et* agere, *cf.* cogere. *i. q. in unum agere, colligere*: NON. p. 28 coagulum a -endo, quod est colligendo. p. 42 coagmenta . . . a -endo, id est stringendo. *cum alio agere*: CANON. Migne 56, 792^{C} confirmati et sancto spiritu -entes *episcopi* (*infra*: firmantes per sanctum spiritum consonanter). *Hey.*

coagōnizo, -āre *a* co- *et* agonizare. *i. q. coniuncte (cum aliquo) pugnare*: AMBROSIAST. in Philem. 1, 9 p. 505^{C} ut una cum apostolicis -rent propter fidem dei. *Mbr.*

coāgulāre, -is *n.* [*cf. c.* coagulum, coagulo. *Th.*]. *pars ventris*: VEG. mulom. 1, 44, 1 lumbrici et vermes et tineolae . . . quagulare et aqualiculum intus erodunt. 1, 45, 1 sed quia pestes ipsae saepius ad coagulare (*sic F*, aquagulare *A*, quogulare *P*) se conferunt. 3, 10, 3 -e (quamgulare *A*) quod appellatur. [CHIRON 212 *dubitanter coni. Oder,* colare *cod., v. etiam* colaris.]

coāgulātio, -ōnis *f. a* coagulare. *pluralis legitur*: ISID. ord. creat. 6, 2 nat. 37, 1. *scribitur*: concagulatio *l. 19* (*estne* concoagulatio?).

1 *usu artiore: de lacte*: PLIN. nat. 23, 30 contra lactis -em. 28, 158 *coagulum* quoque venenum est in prima lactis -e. *de aliis liquoribus*: CHIRON 211 *si* haec -o humoris frigidi in colum se conferat. THEOD. PRISC. log. 59 ad eorum (*sputorum*) -em vel digestionem . . . dabo. DIOSC. 1, 143 sanguinis inundatione ⟨vel concagulatione salutare *add. P*⟩ feret auxilium (GLOSS. III 597, 1). *cf.* ISID. ord. creat. 6, 2 nec pluviarum . . . humidas conspirationes nec nivium vel grandinum gelidas -es (nat. 35, 1. 37, 1). *de fetu*: RVFIN. Clement. 3, 4 post illam natorum -em exinanitione uteri facta. GREG. M. moral. 9, 78 per -is incrementa ducitur *homo*, ut paulisper in ossa roburetur. **2** *usu latiore i. q. congregatio, permixtio*: HIL. op. hist. frg. 3, 20 ex hac igitur -e atque ex perditorum congregatione quale potuerit celebrari concilium? VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 7 permixtis et in unius rei -e ex diversis collectis atque confusis patris et filii personis. [*falso traditum*: PLIN. nat. 30, 135 *v. infra l. 81.*]

coāg(u)lātor, -ōris *m. a* coagulare. *voc. idem esse atque coactor censet Mommsen, sed melius Hirschfeld (Sitz.-Ber. d. Wien. Akad. 107 [1884] p. 253) i. q. arbiter*: CORP. X 3910, 8 (*Capuae*) quaglator(i) et patro(no) colleg(ii) cento(nariorum). XIV 25, 4 (*prope Ostiam*) Hilarianus quaglator et curator. *cf. infra l. 36 sq.*

coāg(u)lo, -āvī, -ātum, -āre *a* coagulum. *formae*: coaglavi: CARM. epigr. 477, 4 *p. 1379, 62 (e villa Tusculana), quod in elocutione trisyllabum fuisse* (*quasi* quaglavi) *apparet e metro; cf. formam ital. infra l. 46.* *saepe* coagol- *vel* coacol-; quoagul-: PALLAD. 6, 9, 1 *cod. P* DIDASC. apost. 71, 11 DIOSC. 4, 53. quagul-: PALLAD. *l. l. cod. L F* DIOSC. 1, 84. 161. *sed* NOT. Tir. 29, 4^{a} coagulatum. *forma contracta* cōgulet *fort. l. 44.*. *legitur inde a* VARRONE *et* BELLO Hisp. (*sing. locis*), *9ies ap.* PLIN. nat., *saep. ap.* ECCL. *et script. rer. nat.* *e coniect. probabili*: DIRAE 74 emanent subito sicca tellure paludes . . . cogulet (*cod. T, Vollmer, i. comprimat, efficiat ut corruant,* coculet *codd.*, occupet ς, *coni. al. al.*) arguti grylli cava garrula rana. [*ital.* quagliare, *francog.* cailler, *hisp.* cuajar. *M.-L.*]

I *transitive* (*plerumque passive mediali vi*): **A** *usu artiore, i. q. efficere, ut quid coeat vel spissetur; passive i. q. coire, spissari sim.* (*cf.* GLOSS. IV 498, 25 -atus constrictus. V 494, 67 congelatus, congluttinatus. 627, 13 -bit constringet): **1** *de fetu: passive*: VARRO frg. Gell. 3, 10, 7 cum in uterum . . . mulieris genitale semen datum est . . . conglobatur -aturque. TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 24 vulva . . . feminae ⟨. . .⟩ -atus *Christus*. IREN. 2, 19, 6 semen hic -atur et formatur. PS. MAR. VICTORIN. phys. 17 superventu spiritus . . . -atur natura *Christi*. 19 *syn.* concretum. AMBR. frg. de philos. (Aug. c. Iul. 2, 6, 15) *syn.* concretum (*bis*). HIER. in Gal. 4, 19 p. 466 in Ephes. 5, 30. VVLG. sap. 7, 2 -atus sum (*παγείς*) in sanguine. GENNAD. dogm. 14. RVFIN. Basil. hom. 1, 3 *syn.* compaginari. Clement. 3, 4 quod enim -atum est (*sc. infans*) festinat egredi, quod autem -vit (*sc. uterus matris*) cupit exponere. AVG. gen. ad litt. 10, 18 p. 319, 7. serm. ed. Mai 138, 3 sicut totus deus ex deo, ita totum hominis corpus ex homine de carne Mariae -atum. PHOEBAD. c. Arrian. 5 carne et spiritu Christi -atis per sanguinem Mariae et in unum corpus redactis. MARCELL. med. 27, 98 hircinus sanguis exceptus et -atus. GREG. M. moral. 9, 78 propagatus . . . *homo* sicut caseus -atur in carne. *cf.* DIOSC. 1, 115 infantes non -atos excludit, embria deponit. 2, 141 abortum facit non -atum. 4, 177 p. 88, 22. *active*: IREN. 1, 4, 5 segregantem *salvatorem* separatim commiscuisse et -asse (*πῆξαι*) *passiones Achamot*. RVFIN. Clement. 3, 4 *v. l. 60.* PS. AVG. quaest. test. app. 50 p. 445, 4 Sout. aliud est enim semine admixto sanguinem -are et generare et aliud . . . procreare. *cf.* OPTAT. 2, 15 *p. 1379, 60.* **2** *de lacte* (*cf.* DOSITH. gramm. VII 435, 24 -o *συντρέφω*. GLOSS. II 442, 50 *συμπήσσω πυτίαν* -o. V 446, 36 -atus incas[s]eatus. III 577, 61 trumuodis [*i. θρομβῶδες, v. p. 1379, 6*] i. lac -atum): **a** *proprie: active*: PLIN. nat. 12, 123 ut lac -et *balsamum*. PALLAD. 6, 9, 1 caseum -bimus (*cod.* quoag-, quag- *vel* qua coag-). DIOSC. 1, 141. GLOSS. III 536, 66 flores de cardo, unde -ant. *passive*: PLIN. nat. 20, 147 si -ati potu *lactis* strangulentur. 22, 116 -ari lacte in stomacho (*cf.* ANTHIM. 76. 78 [-at *pars codd.*]). 23, 126 surculo *caprifici* . . . lacte -atur in caseo. 23, 128. 30, 135 -ato (-atio *codd.*) . . . lacte. ITALA Ezech. 34, 3 (Ps. Cypr. ad Novat. 14) quare . . . -atum (*γάλα*, VVLG. crassum) comeditis? HIL. in psalm. 118 thet 7 lac vitio aliquo corruptum -ari solet. DIDASC. apost. 71, 11 si quis caseum . . . offeret

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ita dicat: sanctifica hoc lac quod quoagulatum est et nos conquaglans tuae caritati. MARCELL. med. 8, 40 caseus recens -atus (*cf.* ANTHIM. 79). SORAN. p. 31, 10 bonum lac ... moderate -atum, ut stillatum ungui leniter dilatetur nec se perfundat. DIOSC. 5, 9 p. 172. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 54. 56 *lac* neque globosum, hoc est frustis -atis variatum, quod Graeci θρομβῶδες appellabant. **b** *in imagine: passive:* ITALA (Hil. *ad l.* thet 7) *et* VVLG. psalm. 118, 70 -atum est (ἐτυρώθη) sicut lac cor eorum (*aliter infra l. 20*). HIL. *ibid.*: ex lacte -ati sunt et ... in vitiosi et coacescentis saporis amaritudinem sunt redacti (*cf.* EVCHER. form. 7 p. 40, 8 -atum: vitiis concretum. PS. ORIG. tract. 2 p. 20, 2. CASSIOD. in psalm. 118, 70 -atum et in bono [*cf. l. 15*] et in malo ponitur. OP. imperf. in Matth. 9 p. 680 sunt ... haereticorum montes, non autem uberes sed -ati). HIL. in psalm. 67, 16 haec genera doctrinarum ... fiunt ... corruptione sui -ata vel caseata, ne lac sint. *aliter:* VVLG. psalm. 67, 16 mons -atus (τετυρωμένον), mons pinguis. 67, 17 (ITALA [*cf. p. 512, 61*] caseatos *vel* incaseatum). *cf.* RVFIN. Orig. in num. 27, 12 p. 798[B] *syn.* uber. *allegorice:* GREG. M. moral. 9, 80 *mens* sicut caseus -atur, quia ... astringitur, ut nequaquam iam per desideria diffluat. *active:* ITALA psalm. 118, 70 (HIL. in psalm. 67, 16) -vit sicut lac cor eorum (*v. l. 8*). ITALA (Priscill. tract. 1 p. 21, 17) *et* VVLG. Iob 10, 10 me -asti (-gol- *cod. Prisc.*; ἐτύρωσας) sicut caseum. **3** *de aliis liquoribus: active:* PLIN. nat. 20, 259 ut aquae infusus -are eam dicatur *cannabis*. 24, 105 *cummes* sanguinem -ant. CHIRON 209 *perfrictio* partem umoris ... ex frigore -at et glutinosum faciendo retinet *eqs.* THEOD. PRISC. log. 59 *antidota* -are valeant flegmata. *passive:* PLIN. nat. 35, 186 *trichitis est* sudor quidam eius lapidis (*chalcitidis*) in spumam -atus (*cf.* GROM. p. 306, 27 qui velut Signinum *opus* -tus lapis naturalis fuerit. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894[B]. ENNOD. opusc. 3, 154 p. 371, 5 dum in metallum aquas artaverit -atum. 9, 3 p. 416, 16 *cum* terra -retur [*i. -ata poneretur*] in pelagus). ARNOB. nat. 4, 16 p. 154, 16 *Neith* ex caeno et ex gurgitibus prodita -ataque limosis. CHIRON 210 humor -atus (211. 212. VEG. mulom. 1, 40, 2 *syn.* fit conglutinosa. ENNOD. opusc. 3, 191 p. 380, 18 -atus in vitalibus humor ... quem catarrum medici vocant. *adde l. 25*). VEG. mulom. 1, 28, 2 *ustio* -ata solvit (DIOSC. 1, 161 solvet -atum). ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 ros ... -atur et fit tam quam granum masticis. MACR. somn. 1, 22, 5 quod *materiae* adhuc quidem liquidum sed iam usque ad tactus offensam corpulentum erat, in aquae fluxum -atum est. VINDIC. med. 27 *felle* -ato (*coni. Wellmann*, cogitato *cod., fort. recte*). SORAN. p. 100, 2 sanies et limpida et -ata erit. DIOSC. 1, 84 -atum sanguinem ... resolvit (3, 65. 4, 53. HIST. Apoll. rec. A 25 -ato sanguine conclusoque spiritu subito defuncta est. 26 p. 51. 27. 44 VITA Radeg. [Mon. Germ. rer. Merov. II] 2, 15 p. 387, 23. *cf.* GILD. Brit. 28 chron. III p. 42, 8 -ati cruoris. *adde l 24*). DIOSC. 3, 157 radix trita mixta in aqua -ata (BOETH. top. Arist. 4, 5 p. 951[C] nivem dicunt esse aquam -atam. *adde l. 23*). SCHOL. Hor. gloss. Π ars 249 'fricti ciceris' conglutinatur enim vel -atur cicer (*i. puls cicerina*). CAEL. AVR. chron. 2, 7, 105. 4, 6, 87 -ata magis atque coacta stercora egeruntur (4, 6, 88. *cf.* acut. 2, 14, 94). 2, 37, 207 cibus simplex sed aliquantulum -atus. ORIBAS. syn. 6, 30 ex pinguedine carnis noviter -ata. *nota:* CAEL. AVR. chron. 3, 6, 87 quo possit carnis inflatio -ari (*estne recedere?*).

B *usu latiore:* **1** *proprie i. q. in unum locum cogere vel translate i. q. unire: passive:* BELL. Hisp. 5, 5 propter pontem -bantur *milites*. CYPR. unit. eccl. 18 comites qui -ati cum isdem simul ad audaciam fuerant. AVG. c. Faust. 19, 11 in nullum autem nomen religionis ... -ari homines possunt, nisi aliquo ... sacramentorum visibilium consortio colligentur. *active:* OPTAT. 2, 15 p. 50, 11 cum unitas repraesentatis omnibus membris corpus ecclesiae -ret (*sed cf. p. 1378, 51 sqq.*). HIST. Apoll. rec. B 46 p. 102, 5 *cives* repentina causa -vit (rec. A congregavit) in unum. CARM. epigr. 477, 4 coaglavi semper amicos. *cf.* AVG. in psalm. 75, 8 illi volunt -are pacem, isti inter sese miscent dissensionem. *nota i. q. in acervos cumulare, egerere:* AMBR. serm. 47, 2 navis ... undas scindit et -at. **2** *i. q. firmare, cf. l. 69 sqq.:* AVG. serm. ed. Mai 150, 2 praecepit *Herodes ... infantes* occidi et necdum membra -ata atque ab ipso partu recentia gladiis interfici.

II *intransitive i. q. firmari vel coire:* **A** *de carne, potissimum infantium:* SORAN. p. 41, 12 fasciandus est infans ... quamdiu integro suo corpore infans -et et solidetur. 42, 3. DIOSC. 3, 6 carnes in se -are facit. **B** *de liquoribus:* SORAN. p. 69, 12 ne *fluens sanguis* -andō ibi partes ipsas inurat. THEOD. PRISC. eup. faen. 64 cum vero -verit *olivarum amurca* (*syn.* pinguescere). DIOSC. 3, 92 cum -verit *lacrimus*. ANTHIM. 78 *v. p. 1378, 80*. ISID. orig. 17, 8, 14 si *balsamum* cum lacte -verit (*bis*).

acced.: PLIN. nat. 35, 186 in spumam. HIST. Apoll. rec. B 46 in unum. DIOSC. 3, 6 in se (*sc. carnem*). PLIN. nat. 23, 126 in caseo. VVLG. sap. 7, 2 *al.* in sanguine. GREG. M. moral. 9, 78 in carne.

deriv.: coagulatio, coagulator (quaglator). *comp.*: concoagulare.

***coāgulum,** -ī *n.* [*cf. c.* cogere. *Th.*]. NON. p. 28 -um a coagendo quod est colligendo (*cf.* GLOSS. IV 319, 29 -um a cogendo et colligendo. V 649, 44). *adde:* NON. p. 42 coagmenta dicta sunt ... a coagendo id est stringendo, unde et -um dicitur. *de genere cf.* EXC. Bob. gramm. I 554, 11 hoc -um. GLOSS. II 426, 52. *legitur masc.* coagulus: ORIBAS. eup. 2, 1 P 16 p. 499 *sq.* (*bis*). coacolus: GLOSS. III 548, 54. *scribitur:* cōgulum *e coniectura, v. p. 1381, 2,* coaculum: GLOSS. III 571, 66. 572, 73 (*var. lect.*). IV 319, 29 NOT. Tir. 29, 4. corculum: SOL. 19, 16 *P*[2]. quagulum *codd.* SOL. *et medicorum saepissime.* **a** *longam* (coāg-) *fuisse metro evincitur, cf.* amb-āges *al.* *legitur inde a* VARRONE (*ter*) (*vel a* LVCIL.*? v. p. 1381, 1*). *frequentant* PLIN. nat. (*63*[*ies*]) MARCELL. med. THEOD. PRISC. DIOSC. *al. admodum raro apud reliquos scriptores; e poetis solum habent:* TIB. CALP. ecl. SER. SAMM. RVT. NAM. (*singulis locis*) OV. (*ter*). [*val.* chiag, *it.* caglio, *francog.* caille-lait, *hisp.* cuajo. *M.-L.*]

I *i. q.* ***cogit:*** **A** *generatim i. q. vinculum: translate:* VARRO Men. 111, 4 hoc (*vinum*) continet -um convivia. GELL. 12, 1, 21 vinculum illud -umque animi atque amoris *liberos*. OPTAT. 1, 11 p. 14, 1 scisma ... sparso -o pacis ... generatur. AVG. civ. 3, 14 p. 116. serm. 265, 6 -um ... unitatis. 265, 11 caritatis. *proprie:* SYMM. or. 3, 6 ut novella praesegmina (*i. germina arbori insita*) -o libri (*sc. arborei*) ... inolescant. MACR. sat. 7, 14, 10 cohaerentia ... nullo -o iuncta ad permanendum.

B *speciatim:* **1** *in caseo faciendo:* **a** *proprie* (*cf.* TERT. carn. 19 p. 456 Oehl. ex -o in caseo vis [eius *codd.*] est substantiae, quam medicando constringit, i. e. lactis): VARRO rust. 2, 11, 4 ⟨in⟩ lactis duos congios addunt -um magnitudine oleae. TIB. 2, 3, 14 b *Apollo fertur* miscere novo docuisse -a lacte, lacteus et mixtus obriguisse liquor. OV. met. 13, 830 partem *lactis* liquefacta -a durant (fast. 4, 545. *cf.* CALP. ecl. 3, 69 nullo tremuere -a lacte. *adde infra l. 69*). 14, 274. COLVM. 7, 8, 2 minimum autem -um recipit sinum lactis argentei pondus denarii. PLIN. nat. 1, 11, 96 de caseis ... de -o. 30, 144 caseos, si cerebrum mustelae -o addatur, negant corrumpi. PRVD. cath. 3, 68 -a densa. MARCELL. med. 27, 135 lac caprunum ex -o temperabis et dum tepet antequam penitus constringatur ... dabis. PLAC. med. 16, 24 caprino lacti adiecto quagulo, quemadmodum caseum fieri consuevit. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 152 -a densant atque extenuant lactis naturam. CASSIOD. var. 12, 12, 2. *per comparationem:* VITR. 8, 3, 10 *in* ea terra quibus *ea aqua* nascitur, sucus subest -i naturae similis. PLIN. nat. 16, 53 sequens liquor *taedae* ... aceto spissatur ut -o. *species coaguli:* VARRO rust. 2, 11, 4 alii pro -o addunt de fici ramo lac et acetum (PLIN. nat. 16, 181 ficis *est umor* lacteus — huic ad caseos figurandos -i vis. 23, 117). *animalium* (*sc. lac in ventre coactum. cf.* EXC. Bob. gramm. I 554, 11 hoc -um πυτία. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 128. ORIBAS. eup. 2, 1 P 16 p. 499 pytia dicitur -us. *ter.* GLOSS. πυτία. III 315, 14 ταμίσιον quagulum): COLVM. 7, 8, 1 *lac* plerumque cogi agni aut haedi -o (PALLAD. 6, 9, 1). PLIN. nat. 11, 237 *lac* crassissimum asinae quo -i vice utantur. 11, 239 -um hinnulei leporis haedi laudatum. MARCELL. med. 27, 37.

b *in imagine:* AMM. 29, 2, 1 Palladius ille -um omnium aerumnarum.

2 *usus medicinalis vel culinae: eadem videtur esse substantia atque in exemplis supra l. 20 sqq. laudatis; cf.* PLIN. nat. 8, 111 *vitulus marinus* evomit fel suum ... item -um ad comitiales morbos *utile*. 28, 215 leporis ... testiculi tosti vel -um. 28, 248. 29, 105 ciconiarum ventriculus ... -um pecoris. 30, 135 si coagulato id lacte acciderit, discutitur -o ex aceto dato. PLAC. med. 2, 16 -um de lepore masculo (*ibid.* vulva, testiculum). 2, 19 ex -o leporis si acceperit drachmas quattuor ... viro sit de lepore masculo, femina de femina. *adde:* CELS. 5, 5 purgant ... -um, sed maxime leporinum (*cf.* SCRIB. LARG. 175 leporis. 188 leporis, hin⟨n⟩uli et porci. 197 -o agnino, leporino, porcino. 28, 154 *bis*. 28, 162. 178. 258. 30, 122 *saepe*. SER. SAMM. 576. 908. 1084. MARCELL. med. 16, 81 cervinum sive leporinum sive haedinum. 31, 32. 34, 30 *al.* SORAN. p. 71, 16 leporis vel vitulinum vel agninum vel cervinum. PLAC. med. 2, 19. 23 *saepe*. ANON. med. ed. Piechotta 78 -um de lepore putzinum [*?*] fores masculo. THEOD. PRISC. log. 27. 102 gyn. 18 DIOSC. 2, 11 ORIBAS. syn. 1, 22). CELS. 5, 15 molliunt ... -um. 5, 27, 12 si lac intus coit ... -um *bibendum est*. SCRIB. LARG. 13 hinnulei cervi -um ... bene facit ad morbum comitialem (188. PLIN. nat. 28, 150 *cervi*. 28, 209 cervorum. 28, 239 cervinum. MARCELL. med. 31, 32 *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 95 nebri, quem nos cervum lactentem dicimus). SCRIB. LARG. 13 sumere tunc -um et arefacere. 188 porci (*cf.* 197). 197 -o agnino (PLIN. nat. 29, 88 agni. 30, 112 *al.* MARCELL. med. 10, 29 -um agninum ex aqua subactum. *cf. supra l. 25 sqq.* DIOSC. 1, 141. 2, 55). PLIN. nat. 1, 28, 42—80 medicinae ... *ex* oculei -o (28, 203. 205 equi. PLAC. med. 14, 15). 26, 23 peucedanum cum -o vituli marini (26, 113. 32, 116 ballaenae aut vituli marini. *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 118 *al.* PLIN. med. 1, 17. *cf.* DIOSC. 2, 55 foc(a)e maritim(a)e). PLIN. nat. 28, 162 haedi (28, 240 haedinum. 28, 256 haedorum. *al.* MARCELL. med. 27, 37 *al. cf.* PLIN. nat. 28, 209 caprinum. CASS. FEL. 65 p. 167). PLIN. nat. 28, 245 -o quocumque (*cf.* 30, 122 cuiuscumque quadrupedis. MARCELL. med. 34, 43). 32, 120 -um vituli (SORAN. p. 71, 16 vitulinum). THEOD. PRISC. log. 27 dabo ... canum catulorum -um. DIOSC. 2, 55 maxime omne -um tanta(m) habet virtutem ut constricta relaxent et laxa constringant. *in culina:* APIC. 7, 304 coques (coges *cod. in corr.*) -um. *inde i. q. venter:* APIC. 8, 369 interanea eius (*haedui*) cum -o tolles.

II *i. q.* ***coactum:*** **A** *proprie de lacte coacto, interdum fere*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. caseus: LVCIL.(?) frg. Caper gramm. VII p. 98, 2 lactentia -a (cogula *coni. Baehrens, Archiv 2 [1885] 475; sed cf. Marx ad 1198*) cum melle bibi. PLIN. nat. 22, 105 *datur laser* his qui -um lactis sorbuerint. 28, 158 si -um alicui nocuerit, nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione. CALP. ecl. 3, 69 *v. p. 1380, 26.* IVST. 13, 7, 10 *Aristaeum* lactis *usum* ad -a hominibus tradidisse. HIL. in psalm. 67, 16 lac... in -i caseique speciem concrescit (*bis*).

B *e similitudine*: **1** *de substantia e qua fetus in utero formatur* (*cf.* PLIN. nat. 7, 66 germine e maribus -i modo hoc in sese glomerante, quod deinde... animatur corporaturque): PLIN. nat. 8, 118 praecipuum remedium ex -o hinnulei matris in utero occisi (28, 150 SOL. 19, 16. *cf.* SER. SAMM. 838 cervino ex fetu diluta -a vino). GELL. 3, 16, 20 conceptum in utero -um conformatur. TERT. carn. 4 p. 431 Oehl. spurcitias genitalium in utero elementorum, humoris et sanguinis foeda -a. 16 p. 453 Oehl. PRVD. ham. 869 quis (*animis*) speculum (*i. oculos*) concreta -a texunt. *huc alludit* TERT. adv. Val. 8 p. 186, 17 in tricenario *numero* fecunditas tota deficit... quasi non et numerorum tanta adhuc -a superessent. *in imagine*: CONC. Bergac. (Aug. c. Parm. 2, 3, 7) licet... concepti sceleris uda -a in aspidum membra tardo se calore vaporaverint. **2** *alia: de muria*: RVT. NAM. 1, 483 concipiunt acrem nativa -a Phoebum et gravis aestivo crusta calore coit. *de glacie*: MACR. sat. 7, 12, 26 *aqua* conveniat in -um. *cf.* GELL. 17, 8, 15 num igitur magis causa oleo -i (*i. congelascendi*) celerioris in levitate est? MACR. sat. 7, 12, 30.

III *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 43 -um terrae. 27, 67 -o terrae alvum sisti.

×coalēsco, -aluī, -alitus, -alēscere [*a* co- *et* alescere. *Th.*]. *formae*: cōlesco: LVCR. 2, 1061 coluerunt *l. 49.* 6, 1068 colescere. VARRO rust. 1, 41, 1 colescat. *adde l. 53. 60.* *perf.* coalēvit: RVFIN. hist. 6, 2, 6. *de partic.* coalitus *sensu activo cf. Neue-Wagener³ III 119, ubi addas vel corrigas*: APVL. Socr. 11 p. 144 Plat. 1, 11 MIN. FEL. 5, 7 IREN. 4, 37, 7 ARNOB. nat. 2, 14. 4, 25 MAR. VICTORIN. gramm. VI 40, 7 HIL. in Matth. 4, 2 in psalm. 118 ain 17 DICT. 5, 17 *aliosque recc.* GLOSS. *scribitur* qualescit: PLIN. nat. 9, 166. GLOSS. -it: *συναυξάνει.* concrescit. NOT. Tir. 67, 52 -uit. 67, 53 -scit. *transitive usurpatur*: GLOSS. IV 219, 44 conglutinat. V 278, 30 conglutinat vel connutrit. 354, 13 -unt pascunt. 419, 64 (428, 50) -ant pascant. *cf. etiam* IV 38, 3 (500, 50) conglutinat vel crescit. 319, 32 concrescit vel conglutinat. *sed haud scio an his locis subsit confusio vocum* coalescere *et* coalere; *huc quidem pertinere videtur*: CHAR. gramm. I 50, 24 *v. p. 1383, 61.* *legitur inde a* LVCR. (*bis*) VARRONE (*ter*) SALL. (*ter*), *saepius habent*: LIV. (*8ies*) COLVM. (*14ies*) TAC. (*10ies*) APVL. (*8ies*) AMM. (*bis* -ens, *16ies* -itus), *e poetis praeter* LVCR. *soli habent* OV. LVCAN. AVSON. (*sing. locis*) CARM. adv. Marc. IVVENC. ENNOD. carm.

I *i. q.* ***concrescere, crescendo unum fieri***: **A** *proprie: de rebus corporeis et propria et non propria vi concrescentibus*: **1** *singulae res*: **a** *compluria concrescunt*: LVCR. 2, 1061 tandem col⟨u⟩erunt ea (*semina*) quae *eqs.* VITR. 7, 11, 1 id aes et ea harena ab ignis vehementia confervescendo cum -uerint (coaruerint *GHS*, coaluerint *E*). CELS. 7, 7, 6 inter se palpebrae -unt (LACT. opif. 12, 8 semina inter se permixta). SEN. nat. 3, 25, 10 purgamenta aquarum -erunt (colluerunt *Φ*). epist. 84, 4 in unum diversa. PLIN. nat. 17, 104. CASSIOD. in psalm. 146, 3 ut in soliditatem pristinam... membra -ant. *res* cum *re*: VARRO ling. 5, 36 *in agro* cum terra semina -bant. COLVM. 4, 29, 15 cum priore -bat *vitis* (*loc. corr.*). 5, 11, 15 -et ficus cum oleo. VLP. dig. 39, 2, 2, 9 *arbor* cum terra mea. *cf. ibid.* si crusta non -uerit nec universitatem cum terra mea fecerit (*bis*). *res* in *re*: OV. ars 2, 649 novus in viridi -it (*var. lect.* callescit, calescit, candescit *al.*) cortice ramus. COLVM. 3, 5, 2 *semina* longe celerius in ubertate (*i. humo pinguiore*) -unt. VENVL. dig. 43, 24, 22 pr. in fundo. *res rei*: COLVM. 2, 6, 4 *v. p. 1383, 3.* arb. 27, 4 -et ficus olivae. TERT. anim. 19 p. 330, 16 *anima arborum* -ens et coadolescens robori suo. ARNOB. nat. 7, 27 *thus* viscum est... ceraso resina lacrimabili destillatione -ens. AMBR. hex. 3, 16, 66 *v. p. 1383, 6.* AVG. epist. 185, 44 receptus recipienti *ramus*. *res re*: GAIVS dig. 41, 1, 9 pr. plantae quae terra (*estne* terra⟨e⟩ *an* ⟨cum⟩ terra?) -unt. *nota*: IVVENC. 2, 823 *farina* (*i. farinae granula*) fermenti mixta calore... unius -it corpore massae. *in imagine*: VELL. 2, 90, 1 -entibusque rei publicae membris (PANEG. 12, 36 sub uno capite diversa rei publicae membra -unt. *cf. l. 54*). AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 2 in hanc formam tota mentis nostrae -ant viscera. AVG. epist. 185, 50 ut veraciter -at arbori vitae *homo*. **b** *de una re absolute: de herbis, interdum fere i. q. radices agere*: VARRO rust. 1, 41, 2 ne prius exarescat surculus quam colescat. COLVM. 2, 17, 5 nudatisque radicibus gramina non patitur -ere *aqua*. 3, 18, 5 ut malleolus... ea parte... -at. arb. 27, 1 *al.* PLIN. nat. 17, 138 communem inter duas matres *olei ramum* -ere (*sc. fico*). SVET. Aug. 92 vita Verg. p. 55. VLP. dig. 6, 1, 5, 3 -uit *arbor* et radices immisit. *bis.* PAVL. dig. 41, 1, 26, 1 *bis.* ENNOD. carm. 1, 9, 144. *acced.* inter: SALL. Iug. 93, 4 in eo loco grandis ilex -uerat inter saxa. *nota de oleo fere i. q. se commiscere atque coniungere*: AMM. 23, 6, 38 oleum... herba quadam infectum condiunt... et -ens durant.

2 *totum -it* (*ex partibus*): **a** *de corporibus sim. formandis*: LVCR. 6, 1068 saxa... sola colescere calce. SEN. epist. 124, 10 in tenero modo -ente corpusculo. GELL. 12, 1, 11 ex sanguine concretus homo et -itus. APVL. Socr. 11 p. 144 ex illo purissimo... elemento -ita *daemonum* corpora. Plat. 1, 11 (*bis; syn.* fabricatum). 2, 26 sedato homini incitatior mulier applicetur ut... suboles natura discrepante confecta morum proventu meliore -at. apol. 38 *pisces* qui ex limo -ant. 49. MIN. FEL. 5, 7 sint fortuitis concursionibus totius mundi membra -ita digesta formata. HIL. trin. 10, 15 non tamen Iesus... per humanae conceptionis -uit naturam. *al.* AVSON. 369, 20 teneros -ere fetus. AVG. gen. ad litt. 4, 33 p. 133, 6 quae... -unt et explicantur quodammodo. 6, 13 p. 188, 21 natura serpentum -it, formatur, pascitur, roboratur. serm. 277, 11 in ipsis uteris matrum -entium semina parvulorum. ZACCH. 1, 36 *al.* FAV. EVL. p. 4, 20 mundus... ex duobus factus in tertium quod genus -uit (*cf.* FAVST. REI. grat. 2, 8 p. 76, 22). MACR. sat. 7, 15, 21 *lapides* in ventre -unt. *cf.* ARNOB. nat. 4, 27 ex pelagi spuma et ex Caeli genitalibus... Veneris concretum -isse candorem. SIDON. epist. 2, 2, 16 ita limi bibuli pinguedo -it. GREG. M. moral. 4, 22 ibi conceptio nostra -uit. **b** *de vulneribus i. q. cicatricem ducere*: COLVM. 4, 24, 6. 7 plagae, quas in duro vitis accipit, ... citius -unt (*syn.* cicatricem obduxerunt). PLIN. nat. 9, 166 a partu -it (qualescit *cod.*) vulnus *piscis*. 11, 157 *cilium* vulnere aliquo diductum non -it. *in imagine*: VELL. 2, 90, 1 -uere (*corr. Bergk*; coram aliero *A P*) quae tam longa armorum series laceraverat. **c** *de lacte? v. p. 1368, 27.*

B *translate*: **1** *de coniunctione hominum (animorum) inter se* (*cf.* NON. p. 90 congermanescere: -ere, coniungi vel consociari. *cf. etiam p. 1381, 70*): **a** *de singulis hominibus sim.: complures*: SALL. Catil. 6, 2 *Troiani et Aborigines* quam facile -uerint. Iug. 87, 3 novi veteresque *milites* -uere. LIV. 1, 2, 5 -entium in dies magis duorum populorum. 1, 8, 1 multitudine quae -ere in populi unius corpus... poterat (*cf.* TAC. hist. 2, 37 exercitus linguis... dissonos in hunc consensum. ann. 11, 24. AVG. civ. 16, 11 p. 143 in dei populum). 23, 35, 9 tanta concordia -uerant omnium animi. LVCAN. 10, 79 partesque fugatas... -ere. TAC. hist. 2, 7. AVR. VICT. Caes. 5, 12 neque blandimentis talibus tamen -ere potuere *Nero et Agrippina*. LIV. 2, 48, 1 *ut* cum patribus -rent animi plebis. LIV. 4, 5, 5 si -ere, si iungi miscerique vobis *plebeii*... possunt. *nota*: TAC. ann. 3, 38 ne in bellum... -rent nationes. **b** *de re tota concretione effecta vel efficienda*: VARRO Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 337, 1 gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur -isse. FRONTIN. strat. 1, 10, 4 quia externo bello posset concordia in⟨ter⟩ cives -ere (PS. SALL. rep. 2, 7, 2). TAC. hist. 4, 74 octingentorum annorum fortuna... compages haec -uit (*opp.* convelli). APVL. apol. 74 ne matrimonium nostrum -ret. PANEG. 6, 13 perpetuis profecto pietatis stirpibus affinitas -at. CAPITOL. Gord. 17, 3 ex omnibus his familiis Gordianorum -isse nobilitatem. DICT. 2, 25 ut maius... amicitiae pignus inter duo regna -ret. *inde usu latiore p. 1383, 26 sqq.* *nota i. q. congregari*: DICT. 5, 17 *omnes* confluunt, brevique ingens -ita multitudo.

2 *de coniunctione hominum et rerum incorporearum*: **a** *animus (homo) concrescit rei, fere i. q. assuescere inde a* SEN. *l. 57: alicui rei*: ARNOB. nat. 2, 12 non distulerunt tamen *ethnici* res patrias linquere et veritati -ere christianae. AMM. 14, 5, 7 quieti -itos homines. 17, 5, 5 *rationi.* *aliqua re*: VOPISC. quatt. tyr. 12, 8 si criminum densitate -at (insolescat *coni. Cornelissen*). AMM. *7ies, ex. gr.*: 15, 5, 35 princeps insolentia -itus et tum ore. 21, 12, 22 pulvere... Martio. 31, 2, 20 iuventus vero equitandi usu a prima pueritia -ens. *casum non discernas*: SEN. epist. 69, 1 *animus* -ere otio non potest, nisi. AMM. 16, 7, 6 Iulianum... Asiaticis -itum moribus. 18, 2, 17 nostris -itus ut pote vicinus limiti. 21, 5, 2. 29. 6, 11. RVFIN. hist. 2, 17, 9 *v. p. 1383, 23.* *cf.* ARNOB. nat. 6. 17 deos... simulacrorum -ere vinctioni (iunctioni *cod.*). **b** *res concrescit: homini*: ITIN. Alex. 40 neque concederet ei malam morum arrogantiam -ere. HIL. in psalm. 118 ain 17 resistit ergo *propheta* -itis sibi naturae suae vitiis. RVFIN. hist. 5, 20, 6 haec quae a pueris discimus, cum anima ipsa -unt (*συναύξουσαι*) et adhaerent ei (*cf.* GLOSS. II 444, 28). *absolute*: AMM. 14, 10, 4 militem -ito more... asperum. 15, 3, 8 *hominem* -ita pravitate famosum. 16, 10, 13. 25, 4, 1.

3 *de coniunctione rerum incorporearum*: **a** *compluria concrescunt*: QVINT. inst. 1, 7, 26 subiecta sibi vocalis in unum sonum -ere et confundi nequiret (*cf.* BOETH. mus. 1, 28 duae voces in unum quasi coniunctae -unt). 11, 3, 22 *exercitatione* omnia -unt. GELL. 6, 7, 4 utraque pars *orationis* in unam vocem -uisset. 17, 9, 14 litterae per eundem ambitum surculi (*i. clavae Lacedaemoniacae*) -entes rursum coibant. MACR. sat. praef. 6 quidquid diversa lectione quaesivimus, ... in ordinem... *stilo* digerente -at. **b** *totum*: QVINT. inst. 1, 5, 65 e duobus quasi corporibus -unt *composita*. 2, 9, 3 eloquentia -ere nequit nisi sociata tradentis accipientisque concordia. PS. APVL. Ascl. 18 fit una ex bene -ente commixtione materia. ARNOB. nat. 2, 19 *nos* hic nata addiscere et suspicionibus -ita vindicare. MAR. VICTORIN. gramm. VI 40, 7 syllabae quae per vocales et consonantes litteras velut quibusdam elementis -itae conexaeque formantur. AVELL. p. 89, 13 (*a. 386*) per tot saecula -ita et confirmata mutare. *cf. etiam supra l. 39 sqq.*

II *idem q. (bene)* ***crescere,*** *saepe i. q. convalescere*: **A** *pro-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prie de rebus corporeis (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 71, 3 nascitur quod de utero decidit, -it quod de terra vel aqua exsurgit): COLVM. 2, 6, 4 triticum autem sicco loco melius -it (*sed cf. p. 1381, 62 sq.*). 9, 15, 3 nec rursus multitudinem praedonum (*fucorum*) -ere patiendum est. VLP. dig. 34, 2, 19, 19 concha apud mare rubrum crescit et -it. AMBR. hex. 3, 16, 66 grano ... radix prima -it. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 143^{c} *casia* aquis indesinentibus nutriri dicitur et -ere. Basil. reg. 2 *syn.* oriuntur. OROS. hist. 5, 11, 2 *cum* immensae lucustarum multitudines -issent (*cf.* GLOSS. V 350, 45 -issent suornodun [*var. lect.* suarnadun; *voc. anglosax. signif. incertae*]). EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909^{c} *herba* ad tempestivam maturitatem seminis -it. CASSIOD. in psalm. 132, 3 *syn.* in varios fetus ... perducuntur. GREG. M. moral. 8, 6 in loco putredinis sana caro -it. *cf. de homine qua corpus*: APVL. met. 2, 3 in nexu germanitatis una -uimus. PS. QVINT. decl. 18, 9 in matris aspectu -it infantia, pueritia consurgit, iuventa surrepit. *in imagine*: CASSIOD. in psalm. 125, 2 *in cordis arcano* primum gaudia seminata -unt. *fere i. q. maturescere*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 4 p. 586^{c} ut non tales aliqui ex nobis saepius germinaverint fructus, verum etiam mystici dogmatis auctoritate -uerint.

B *translate*: **1** *de hominibus*: POMP. TROG. prol. 3 -itique Sicyoniae ... tyranni. TAC. ann. 6, 44 fessos ne animo quidem satis ⟨ad⟩ obsequium -isse. IVST. 36, 2, 16 incredibile quantum -uere *Iudaei*. RVFIN. hist. 2, 17, 9 instituti ad perfectam beatamque vitam studiis iugibus -ant (*συναύξονται*). PAVL. MED. bened. 10, 14 necdum plene in doctrinae firmitate -uerunt (*syn.* in fidei robur evaserunt). **2** *de rebus incorporeis* (*huc fortasse pertinet* GLOSS. V 425, 38 adolescere. *cf. l. 40*): LIV. 1, 11, 2 rem -ere concordia posse. 26, 40, 18 nova pace -ente (VELL. 2, 48, 5). 29, 31, 4 teneras et fragiles vires eius esse, vixdum -ens foventis regnum. POMP. TROG. prol. 6 Alexandri Pheraei -itum atque extinctum imperium. PS. QVINT. decl. 14, 8 quaecunque in mentibus circa permissa -unt. 15, 10 ex utraque fortuna desideria -unt. 17, 13. TAC. hist. 1, 21 dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum -isset. 4, 55. ann. 13, 26 -itam libertate irreverentiam. 14, 1 vetustate imperii -itā audaciā et flagrantior in dies *Nero eqs.* PANEG. 5, 12 malam -isse ex indignissimo latrocinio belli molem. SYMM. epist. 8, 43 *syn.* convalescat. HEGES. 4, 16 l. 40 -ente vitio siccitatis. HIER. epist. 117, 10 -ente ... caritate. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 2 CASSIAN. inst. 6, 9. COD. Theod. 1, 29, 8 (COD. Iust. 1, 55, 6; *a. 392*) non sinant crimina impunitate (impunita COD. Iust.) -ere (quoadolescere *vel* convalescere *codd. cod. Iust.*). ENNOD. carm. 2, 112, 9 ex oculis flammas (*i. desideria*) -ere turpes. CASSIOD. in psalm. 123, 4. COD. Iust. 1, 17, 2, 6^{b} causa quae ... increbuit bello -ens civili. *cf. etiam p. 1382, 39 sqq.*

nota: IREN. 4, 37, 7 coronam, videlicet quae per agonem nobis acquiritur, sed non ultro -itam. ARNOB. nat. 4, 25 nos dicimus conditos in cunis -itos fratres? (*sc. Dioscuros. estne i. q geminos?*). *non intellego*: CARM. adv. Marc. 3, 87 hoc inimicorum palmam -ere mundo.

1. coalitus, -a, -um *v. s.* coalesco.

2. coalitus, *abl.* -ū *m. a* coalescere. *i. q. concretio, coniunctio: proprie*: AMBR. exc. Sat. 2, 55 *semina* terreno -u putrefacta solvuntur. hex. 5, 21, 69 cum fuerit liquidus *umor roris* (*i. sucus ex quo mel fit*) ... -u cerae ... fragrare mellis incipit suavitatem. *transl.*: HEGES. 4, 4, 1 multorum -u (*cf.* IOSEPH. bell. Iud. 4, ⟨84⟩ *παρεισεφθαρμένου ... τάγματος*), qui latrocinio vitam exercerent suam, etiam mitiorum studia ... corrumpebantur. *i. q. consuetudo* (*cf.* coalesco *p. 1382, 50 sqq.*): ARNOB. nat. 4, 33 quod penitus oportebat ex humani generis -u (incolatu *coni. Weyman*) tolli (*sc. eloquentia*).

coalo, -uī, -itus, -ere *a* co- *et* alere. **1** *i. q. facere ut aliquid coalescat, concrescat*: CHAR. gramm. I 50, 24 *analogia* a disparibus paria -uit (*cf. p. 1382, 75 sqq.*). HIER. adv. Iovin. 1, 36 p. 294 receptacula vulvae ad suscipiendos et -endos fetus condita (*cf. p. 1381, 84. 1382, 12*). *huc cf.* GLOSS. *sub* coalesco *p. 1381, 36—40 allatas.* **2** GLOSS. -itus enutritus. IV 319, 33 simul nutritus. V 446, 33 -it simul nutrit.

coaltercor, -ārī *a* co- *et* altercari. *i. q. inter se altercari, rixari*: BOETH. elench. soph. 1, 3 qui in orationibus decertant et -antur.

coalumna, -ae *f. a* co- *et* alumna. *ea quae una (cum altero) alitur*: CAES. Ps. Aug. serm. 294, 6 qui contra -am et amicam suam ebrietatem loquentibus irascuntur. *Elsperger.*

coamātor, -ōris *m. a* co- *et* amator, amare. *i. q. eiusdem hominis vel rei amator* (*cf.* GLOSS. II 591, 41 rivalis: eiusdem puellae -r): AVG. in psalm. 33 serm. 2, 6 quomodo illum amat? ut non invideat -i suo. PS. RVFIN. in psalm. 72, 28 facias tecum -es eius.

coambulo, -āre *a* co- *et* ambulare. *i. q. ambulantis socium esse, cf.* GLOSS. V 495, 13 comiter: -em: VVLG. sap. 19, 20 flammae ... animalium non vexaverunt carnes -antium (*ἐμπεριπατούντων*). MAR. MERC. Cyr. incarn. 34 quem admodum enim nemo sibi convenire dicatur neque concenare aut coadorare aut -are ... duarum enim personarum significationem inducit praepositio verbo praeposita. CLAVD. MAM. anim. p. 29, 8 *sq.* numquid si quispiam dicat: ambulat ille et ille -at ... nonne ... -antem ambulare significat?

coāmēns, -ntis *a* co- *et* amens. *i. q. pariter amens, dementiae socius*: LVCIF. non parc. 22 p. 256, 22 ad -em (*sic V ut Poncius coni.*, conamentum *v*) tuum vincendum Antiochum suos illicere dignata filios dicens *septem filiorum Maccabaeorum mater* (23 p. 259, 25). 26 p. 265, 4 recitavimus, quomodo -s (quoamens *cod.*) tuus Scarioth Iudas tradiderit dominum.

coangustātio, -ōnis *f. a* coangustare. *fere i. q. coartatio*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 9 p. 959 principium malorum omnium est multitudo, principium autem bonorum -o et a turbis in singularitatem redactio. RVFIN. Adamant. 4, 5 attractionem aliquam et -em sui fecerit deus.

co(a)ngustia, -ae *f. a* co- *et* angustia; *cf.* co(a)ngustus. *ubique legitur forma contracta* congustia. *i. q. angustia*: SORAN. p. 8, 8 ubi vero *collum cervix orificium matricis* post -as in rotunditate dilatare incipiunt. p. 32, 21 per -as (angustias *b*) gutturis. p. 82, 1 -ae (angustiae *b*) spatium. IORD. Get. 167 per traiectum -arum (*sic codd. praeter A*; congustarum *O*). LEX Visig. 8, 3, 9 tit. si loca fructifera vel pascuosa nimia -a coartentur.

coangustio, -āre *v.* coangusto *l. 24.*

×coangusto, -āvī, -ātum, -āre *a* co- *et* angustare. GLOSS. III 79, 40 *στενοχωρῶ*· congusto; *adde* HIER. in Ezech. 9, 29 p. 342 Aegyptus ... hebraice appellatur Mesraim et in linguam nostram vertitur *ἐνθλίβουσα* -ans videlicet et tribulans eos, qui sibi subditi sunt. *formae*: coangustio: ITALA II Cor. 4, 8 (cod. g). VVLG. Luc. 19, 43 *DE* GLOSS. V 289, 27. conangusto: VARRO rust. 3, 16, 15 VVLG. Luc. 19, 43 *R* (quoangusto *T*, quoh- *C*). *at cf.* PAVL. FEST. p. 65 comauditum coauditum, sicut co⟨m⟩angustatum (*sic Thewr.*, conang- *edd.*, coang- *codd.*) dicitur. cōngusto (*cf.* congustus): VLP. dig. 43, 12, 1, 15 (*F*^{1}) ORIBAS. syn. 9, 40 GLOSS. III 79, 40 *v. l. 21. legitur inde a* CIC. *et* VARRONE.

1 *proprie de loco i. q. coartare*: VARRO rust. 3, 16, 15 *alvos* faciunt ... ita ... ut eas -ent (*cf.* SERV. georg. 4, 40 ad officia -andarum cavernarum). BELL. Hisp. 5, 5 fluminis ripas appropinquantes -ati praecipitabantur. 23, 7 munitione praesidii ... -bantur. VLP. dig. 19, 2, 19, 5 si ... aedium aditum -verit dominus. 43, 12, 1, 15 sive derivetur aqua ... vel contra sic -etur. VVLG. Is. 28, 20 -atum est enim stratum, ita ut alter decidat. *apud medicos*: CELS. 7, 27 quo facilius claudatur ea (*fistula*) vel certe -etur. VINDIC. epist. ad Valent. 5 pinnae iecoris porriguntur, quibus -atum et coartatum fel exprimitur. 9 recurrens rursus ad fontem cerebri ibique -atus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363^{A} unde -atis visceribus accenditur tristitia. ORIBAS. syn. 9, 40 tussis movetur et -antur praecordia. GLOSS. V 289, 27 pulmones -ati. *nota de lacuna i. q. concludi, contegi sim.*: GREG. M. moral. 26, 65 nequaquam os suum puteus (*cf. psalm. 68, 16*) -vit. **2** *latiore sensu i. q. circumdare, circumvallare*: ITALA Luc. 19, 43 (cod. *δ et* VVLG.) circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et -bunt (*συνέξουσιν*) te undique. Is. 29, 2 (Hier. in Is. 29, 1 *sqq.* p. 387) -bo (*ἐνθλίψω*, VVLG. circumvallabo) ... Ariel. PS. AVR. VICT. epit. 42, 6 apud Lugdunum -atus *Magnentius*. HIER. in Is. 23, 15 *sqq.* p. 326 septuaginta ... annis Tyrus quondam -ata dimittitur. GREG. M. dial. 2, 21 magna ... omnes alimentorum indigentia -bat. moral. 10, 14 deus mari latior, quia rerum temporalium fluctus sic regens possidet, ut hos sub omnimoda potentiae suae praesentia -ando circumdet. **3** *in imagine et translate i. q. circumscribere, terminare, apud eccl. plerumque i. q. coartando tribulare (cf. supra l. 23), cogere, cohibere*: **a** *aliquid*: CIC. leg. 3, 32 haec lex dilatata in ordinem cunctum -ari etiam potest. POMPON. dig. 50, 16, 120 id interpretatione -atum est. ITALA Sirach 29, 3 (Ambr. Tob. 20, 78) -a (*στερέωσον*, VVLG. confirma) verbum (AMBR. Tob. 20, 78 Susanna ... verbum -vit ad dominum *eqs.*). **b** *aliquem*: TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 594, 22 pusillum deum affirmas ..., quem in aliquo -at tempus creatoris (*at cf.* SALON. in eccles. p. 998^{c} *divina essentia* non tempore -atur. *v. etiam supra l. 52*). ITALA II Cor. 4, 8 (Tert. scorp. 13) qui in omnibus tribulemur, sed non -emur (cod. g *v. supra l. 24.* ITALA Hil. in psalm. 118 vau 9 in omnibus tribulati, sed non -ati. *στενοχωρούμενοι*, VVLG. in omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur). in Ioel 3 p. 209 dei populum -ant et tribulant et persequuntur. VVLG. II par. 33, 12 qui postquam -atus est, oravit. RVFIN. Orig. in num. 6, 3 contristatus et, ut ita dicam, -atus fugatur de nobis spiritus sanctus. Clement. 1, 4 -atus ... inventione rerum. FAVST. REI. epist. 6 p. 196, 4 *benigna dei sollertia* nos -at salubriter, vos dilatat. OP. imperf. in Matth. 18 p. 735. GREG. M. moral. 10, 13 humana mens cum ad incircumscriptum lumen inhiat eo ipso se, quo est creatura, -at. **c** *sine obiecto*: HIER. nom. hebr. p. 2, 29 Aegyptus tribulatio -ans (*cf.* in Ezech. 9, 29 p. 342). p. 14, 26 Sorihel -ans deus. p. 18, 5 Elisar ... sive pater meus -ans.

syn.: coartare, contrahere (DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363^{A}); terminare (SALON. in eccles. p. 998^{c}), tribulare. *oppos.*: dilatare, laxare. *deriv.*: coangustatio.

co(a)ngustus, -a, -um *cf. c.* angustus *et c.* coangustare. *praeter* CASSIOD. in psalm. 118, 45 *codd. optimi ubique formam contractam* cōngustus *tradunt; cf. formam trisyllabam* congusto *in versu p. 1385, 1 et Heraeus, Archiv 15 (1908) 575 sq. i. q. angustus*: COMM. instr. 1, 37, 16 concludor aggere -us aratri. ANTH. 178, 3 nam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nova -o (*sic A*, in angusto α, congesto *L. Mueller*) erexit balnea campo. SORAN. p. 9, 2 *sinus muliebris* intus est spatiosissimus, foris vero -us. p. 17, 11 orificium *matricis* -um. EXPOS. mundi 7 -a loca (ang- *rec. alt.*). CASSIOD. in psalm. 118, 45 contra peccatorum corda in bonitate -a sunt. deum mens -a i. e. polluta non recipit. VEN. FORT. carm. 1, 11, 21 nec -a (*M*[1] *RV*, ne cong. *C*[1], nec angusta *codd. plur.*) prius subtraxit fana sacerdos.

coanhēlo, -āre *a* co- *et* anhelare. *idem q. anhelare*: PAVL. NOL. epist. 13, 2 p. 85, 28 quaeso merear, ut tu quoque me interioribus videns oculis tamquam astantem commissus et coram loquentem et -antem anxietudini tuae de necessitate communi ... in hoc sermone suscipias pariter atque conspicias.

✖**coapostata,** -ae *m. a* co- *et* apostata. *is qui simul* (*cum altero*) *apostata est*: LVCIF. Athan. 1, 16 p. 95, 1 percurramus ... quae facta inter Heliam domini prophetam et Achab tuum -am, et invenies te esse hodie Achab. non parc. 9 p. 227, 29 Ezechiel propheta apud Iudaeos -as tuos contumax. *et 6 al. locis.*

✖**coapostolus,** -ī *m.* [*a* co- *et* apostolus, *cf. συναπόστολος. Th.*]. *is qui una* (*cum aliis*) *apostolus est.* IREN. 3, 12, 5 cum ... reversi essent ad reliquos -os et discipulos domini. LVCIF. non parc. 2 p. 211, 32 Abraham Isaac et Iacob et aliter Iohannes vel omnes -i eius. PRISCILL. can. 76 p. 141, 9 quia collegam habuerit Timotheum et Epaphroditum -um atque commilitonem. AMBROSIAST. in Gal. 1, 18 quasi unanimus -us. PS. RVFIN. in psalm. 47, 14 in unitate -orum suorum. AVG. in psalm. 130, 7 quia modo in ecclesia Pauli apostoli epistulae vigent magis quam -us eius. op. monach. 7, 8 *al.* serm. ed. Mai 95, 1 dicunt ei (*Thomae*) condiscipuli eius, -i utique, vidimus dominum. *passim apud eccl.*

coappello, -āre *a* co- *et* appellare. *i. q. simul appellare*: RVSTIC. c. aceph. p. 1213[C] si quis audet dicere illum assumptum hominem coadorari oportere deo verbo et conglorificari et -ari deum tamquam alterum cum altero. *Probst.*

coaptābilis, -e *a* coaptare. RVSTIC. c. aceph. p. 1225[D] in illo vestro quaternione nulla res communiter et aeque -is quaternario numero invenitur (*i. quae omnibus notionibus in quaternario collectis conveniat cf.* coaptare *sub II*).

coaptātio, -ōnis *f. a* coaptare. [*falso traditum*: CIC. Lael. 96 -o (*sic PC*, cooptatio *rell.*) enim collegiorum.] *i. q. effectus vel actus aliquid concinnum, aptum reddendi: in re musica*: HIL. in psalm. 65, 1 psalmus autem ex -e, quam harmoniam nuncupant, organi comparatur. BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 5 ea probantur -i consentanea, quae sunt natura simplicia. *in imagine*: AVG. gen. ad litt. 10, 21 p. 325, 24 esse animam ... aliquam corpoream qualitatem sive -em ... quam Graeci *ἁρμονίαν* vocant. BOETH. mus. 1, 1 p. 186, 4 scientes quod tota nostrae animae corporisque compago musica -e coniuncta sit. 1, 2 p. 188, 29 quaedam -o et veluti gravium leviumque vocum quasi unam consonantiam efficiens temperatio (*agit de humana musica*). p. 189, 4. *corporis*: AVG. civ. 22, 24 p. 614 *numeris* -o, quae *ἁρμονία* graece dicitur, tamquam cuiusdam organi, ... totius corporis constat. serm. ed. Mai 87, 3 describatur omnis -o corporis. *numerorum*: AVG. trin. 4, 2, 4 p. 889[C] dum simplum eius (*Christi*) congruit duplo nostro. haec enim congruentia ... in omni compaginatione vel ... -e creaturae valet plurimum (*bis; syn. ἁρμονία*). 4, 6, 10 p. 695[A] *in ratione simpli ad duplum* est -is maxima consonantia. *cf.* BOETH. mus. 1, 2 p. 188, 1 cum praesertim tanta sint stellarum cursus -e coniuncti, ut nihil aeque compaginatum ... possit intellegi.

✖**coapto,** -āvī, -ātum, -āre *a* co- *et* aptare. *i. q. ad coniungendum aptum reddere* (*cf.* CAPER gramm. VII 99, 7 *ἁρμόζειν* id est -are. *scribitur*: quae aptati: AMM. 24, 6, 8 (*cod. V*). coopt-: MART. CAP. 1, 94 (*fortasse recte B rell.*, coapt- β) AVELL. p. 528, 5. *errore scribae* (*cf. vol. IV p. 895, 10*): LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 86 coaptato *aes*, cōptato *corr. Lachmann.* *legitur inde ab* APVL. (*bis*) *et* ITALA; *frequentant*: HIL. HIER. AVG.; *non inveni apud* TERT. *et* CYPR.

I *praevalet vis* ***coniungendi:*** **A** *totum efficere*: **1** *rem corpoream, hominem, sim.*: APVL. met. 10, 35 dum magister meus lectulo probe -ando districtus inservit. HIL. trin. 4, 3 deo potente similitudinem sui ex nihilo -are. 7, 27 neque qui lux est *deus* ex obscuris -atur (*syn.* continetur, formabilis est). PS. AMBR. serm. 61, 4 quemadmodum organum corporis dissipatum in priorem statum nervorum rursus -verit ... compago. HIER. in Tit. 1, 12 p. 707 favorum cellulas -are (*syn.* componere). CASSIOD. var. 3, 48, 4 munitio -anda *est*. GREG. TVR. glor. mart. 8 p. 493, 15. SERM. Caspari Anecd. p. 316, 8 *si* pictor ... ex multarum pulchritudine personarum unam aliquam vellet -are et exprimere personam. **2** *rem incorpoream*: APVL. met. 9, 8 matrimonium forte -antes. HIL. trin. 8, 10 quae ingenio ... perversae intellegentiae adversus veritatem -antur (*cf.* FAVSTIN. trin. 3, 5 p. 67[C] quaestiones ... contra filii divinitatem -ant. AMBROSIAST. in Rom. 16, 17 compositis enim genealogiae verbis tractatus sibi -bant ad commendationem traditionis suae. ISID. vir. ill. 18 componens centonem ... Vergilianis -atum versiculis. 36 scripsit librum unum pulcherrimo compositum carmine et eleganti epigrammate -atum). AVG. quant. anim. 22, 38 machinamentum configuratio quaedam corporis -at, ..., confirmat exercitationis industria. CASSIAN. inst. 10, 21, 2 inertiae pannis ..., quos abscidens de ... corpore scripturarum ... ignominiosum excusationis velamen suae -bit ignaviae. BOETH. mus. 1, 1 p. 180, 6 quod in nobis est iunctum convenienterque -atum. 1, 21 p. 213, 15 enarmonium ... magis -atum est. *nota*: HIL. trin. 5, 3 in hunc se ordinem haeretici ingenii subtilitas -vit primum ... dicens, deinde ... confitens (*i. subtilitas vel subtilis collectio fit hoc ordine enuntiatorum*).

B *singulas res coniungere*: **1** *proprie*: **a** *generatim, res corporeas: res rei* (*corpori, sibi*): HIL. epist. ad fil. 6 *margarita* aut suspendenda collo aut digito -anda. AVG. civ. 16, 37 p. 183 haedinis sibi pelliculis -atis. 18, 13 p. 272. AVIAN. fab. apol. 10 capillos fronti suo. SERM. Corp. Vind. 21 p. 331, 19. BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 10 his octavam ... Lycaon adiunxit atque inter paramesen ... et paraneten nervum medium -vit. p. 209, 1. THEOD. MOPS. in Ephes. 4, 16 p. 170, 7 *membrum* reliquo corpori. ISID. chron. II p. 436, 75 *Daedalus et alii* -atis sibi pinnis volaverunt. *corpus rei*: AMM. 24, 6, 8 ut lamminis -ati (quae aptati *cod. V*) corporum flexus splendore praestringerent obtutus (*sc.* corporum flexus *metonymice dictum pro corpore*). *res* (*inter se*): VVLG. exod. 36, 32 fecit et vectes ... ad alterius lateris -andas tabulas (*syn.* continendas. HIST. Apoll. rec. B 25 iussit -ari [*sic T*, coagmentari *rell.*, compaginari rec. A] tabulas. *cf.* AVG. epist. 164, 16 ligna quae in arcae fabricam -ata sunt). AVG. civ. 22, 24 p. 614 mensurarum, quibus inter se cuncta conexa sunt et -ata *membra*. AVELL. p. 757, 4 conecterentur et -rentur in sese *anuli*. *cf.* AVG. conf. 12, 29, 40 neque enim priore tempore sonos edimus informes sine cantu et eos posteriore tempore in formam cantici -amus et fingimus. *in imagine*: VINCENT. LER. 22 o Timothee ... divini dogmatis gemmas ... fideliter -a. **b** *speciatim de carnificatione Christi sim.*: ZENO 2, 9, 1 in hominem -atus in tegumento carnis includitur deus. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 3 sui corporis formam in forma nostri corporis -vit. AVG. gen. ad litt. 10, 5 p. 301, 24 mundus non ita deo -atur ad unitatem personae sicut caro illa Verbo eius unigenito filio (c. Arrian. 9, 7 p. 690 Christum ... carnem ... *et* animam ... humanam Verbo unigenito -asse. epist. 137, 8 p. 107, 6. 137, 12 p. 113, 5 *ut* dignaretur *Christus* ... cum illo (*homine*) uniri ... ut ei sic -retur homo totus quemadmodum animae corpus. 190, 25. LEO M. serm. 25, 2 formam sibi servi). AVG. gen. ad litt. 10, 14 p. 313, 5 *animae* cum membris terrenis ... -antur. LEO M. serm. 24, 2. 25, 4 *v. p. 1387, 40.* **2** *translate* (*interdum fortasse potius in imagine*): **a** *reflexive vel passive vi mediali*: ITALA I Petr. 3, 7 (cod. q) viri ... -antes se (*sc. mulieribus*; *συνοικοῦντες*, VVLG. cohabitantes). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 71[C] amor qui deo ... -atur. AVG. virg. 48, 48 castitas virginalis, qua ecclesia uni viro ... -atur. in psalm. 34 serm. 2, 2 p. 334[B] non -amini corpori meo, non haeretis regulis meis. PROSP. in psalm. 131, 2 *sqq.* qui ecclesiae -atur, qui corpori Christi unitur. *huc fortasse pertinet*: MART. CAP. 1, 6 *Sophiam ut virginem* non placuit -ari (*fere i. q. nubere*). AVG. civ. 6, 4 p. 250 noxias opiniones, quibus anima ... veritati -ari atque inhaerere non possit. 12, 8 p. 523. 19, 16 p. 383 paci unde dissiluerat -etur *correptus.* **b** *active vel passive*: *α verba sim.*: *alicui rei*: HIER. in Is. 8, 5—8 p. 119 'Emmanuel' a LXX sequenti capitulo -etur. in Ioel 2 p. 202 quomodo quae sequuntur his ... -anda sint. in Agg. 2, 11 p. 762 quasi similitudo problematis -atur quaestioni superiori. adv. Iov. 1, 11 p. 254 *al.* VIGIL. THAPS. c. Eutych. 5, 22 eorum sententias Leonis sensibus -emus. *aliqua re*: AVG. epist. 130, 23 puto eum non invenire in oratione dominica, quo possit haec vota (*rerum saecularium*) -are. *verba* (*inter se*): MART. CAP. 5, 506 cum hoc (*i. quae dicenda sunt*) ex causae utilitate non ex temporis serie -amus (*syn.* digerimus). *β alias res et homines: aliquem* (*aliquid*) *alicui* (*rei*): AVG. serm. 263, 3 nos sibimet tamquam sua membra -vit (LEO M. serm. 30, 3). MART. CAP. 2, 141 omnia, quae adhuc mortalis adversus vim superam in praesidium -arat, expelleret. *cf.* MART. CAP. 1, 94 ut mortales ... in deorum numerum -entur (β, coopt- *rell.*). *diversas res hominesve*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 173 Iesus haec ambo ... -vit. BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 18 delectetur *auris* ... si dulces -atique modi sint (*opp.* dissipati atque incohaerentes). AVELL. p. 528, 5 (*a. 516*) in pace ... cunctae ... ecclesiae -atae (coopt- *cod.*). NOVELL. Iust. 18, 4 pr. utrumque (*masculum et feminam*) -vit (*συνήρμοσεν*) deus ad generationis opus. *cf.* PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14 p. 699[C] *gratia Christi* omnem hanc dispersionem in illius (*ecclesiae*) aedificationis erat -ura compagem. *nota c. acc. c. inf.*: NOVELL. Iust. 25, 2, 2 subiectos autem *praetor* -et secundum eas *leges* conversari. *γ deo (homini) qualitates sim., fere i. q. imputare*: HIL. syn. 50 *ne* quae propria dei filio sunt, stultissima ... perversitate deo ... -ret. HIER. epist. 21, 1, 2 numquam personae iusti tam immanis invidia poterit -ari. AVG. civ. 17, 14 p. 236 CASSIAN. inst. 8, 4, 1 FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 33. *cf.* HIER. adv. Pelag. 1, 15 p. 709 iustitiam ... dei virtutibus -andam. OROS. hist. 7, 26 fortuitas ... mutationes christianorum ultionibus -antem. *nota i. q. praebere*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 188 qui honor deo potius -bitur. CONC. Chalc. Leo M. epist. 98, 1 hanc tamquam propriam nobis prophetiam gratia -vit (*ἐφήρμοσε*). *δ fere i. q. referre*: AVG. epist. 164, 15 ad hanc igitur formae similitudinem cetera etiam de

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

incredulis -emus. GREG. TVR. Franc. 5, 43 p. 234, 15 quae (*sapientia, veritas sim.*) maxime ad dominici nominis mysterium -antur.

II *praevalet vis aliquid* ***aptum, concinnum reddendi:*** **A** *generatim:* **1** *de rebus:* **a** *corporeis:* HIL. psalm. instr. 24 suas claves claustris disparibus -are. AVG. in psalm. 44, 17 lignum curvum non adiungitur, non cohaeret, non -atur pavimento. ALC. AVIT. hom. 28 p. 150, 14 ferrum suppliciis -atum. *cf. in imagine, fere i. q. comparare (v. p. 1388, 15 sqq.):* AVG. in psalm. 142, 6 producis tu de thesauro tuo regulam, -as me ad eam et pravus invenior. **b** *de rebus incorporeis: aliquid alicui (rei):* HIL. psalm. instr. 19 his ... musicae artis generibus competentes singulis ... psalmis superscriptiones sunt -atae. 21 musicae artis quadrifaria diversitas psalmorum est diversitati -ata. in psalm. 2, 6. FVLG. myth. 3, 10 p. 78, 14 in geometricis ... numeros formulis -are. p. 79, 8. HIER. tract. in psalm. I p. 161, 3 breves sententiolas ... singulis ... versibus. in Is. lib. 5 praef. p. 169/70. in Gal. 1, 6 p. 382 congrue ... 'translationis' verbum Galatis -atum est; Galatia enim translationem ... sonat. Didym. spir. 38 p. 144 nullum verbum potest ei (*trinitati*) proprie -ari. *al.* AVG. quaest. hept. 1, 39 p. 22, 26 humanae infirmitati congruit, cui deus -at locutionem suam (*cf.* FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 10 p. 256^{C}). lib. arb. 2, 11, 32 *nulla* visibilis similitudo invisibili rei ad omnem convenientiam potest -ari. 2, 16, 42 *numeris* opera. FACVND. defens. 1, 1 p. 529^{C}. *cf. aliquid* a d *aliquid:* HIL. syn. 27 ad intellegentiae eorum sensum expositionis nostrae sermonem -vimus. AVG. mus. 6, 14, 47 nec omnia (*i. omnes pedes*) quamvis ad eundem plausum -entur, adhibenda *in versu.* i u x t a: FAVST. REI. epist. 3 p. 172, 11 sacerdos ... Hebraeum Hebraeo ... Romanum Romano instructurus alloquio secundum singulorum intellectum verba conformet et iuxta uniuscuiusque sensum oris sui -et alloquium. *diversas res (inter se):* HIL. in psalm. 118 mem 13 corpora nostra in -atos et concinentes modos temperare, ut non vitia diligamus ... ut unicuique nos generi (*sc. morum?*) decenter ... -emus. ORIG. in Matth. 15, 14 quaecunque fuerunt inconsonantia, ..., -are (*ἰάσασθαι*) potuimus. *totum:* SCHOL. Pers. 1, 65 *marmorarii* quotiens volunt bene -atam iuncturam marmoris approbare, ungue experiuntur. **2** *de homine, se, mores sim. (etiam passive mediali vi), interdum fere i. q. similem reddere: alicui (rei):* HIL. in psalm. 118 mem 13 *v. supra l. 30.* AVG. civ. 9, 17 p. 392 *Christus* nobis infimis ex corporis mortalitate -atus (*cf.* in psalm. 70 serm. 1, 19 p. 889^{D} se mihi ... -vit. p. 890^{D}. LEO M. serm. 24, 2 servili formae ipse se. 25, 4. VEREC. in cant. 5, 3 semet ipsum morti ... -are). AVG. civ. 19, 13 p. 377 *miseri* rebus, in quibus sunt, quantacunque congruentia -antur. epist. 95, 2 vitae immortali quodammodo -emur. *ibid.* vitae caelestis similitudini -atur. 98, 10 *homo adultus sacramentum baptismi* intelleget eiusque veritati consona etiam voluntate -bitur. CASSIAN. inst. 7, 16 non suam vitam vel intellectum scripturarum sensui -antes. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 28 cum diversis hominum generibus se -ans omnibus omnia se factum referret *Paulus.* HESYCH. in lev. 1, 5—9 p. 799^{A} omnem nostrum hominem scripturis spiritalibus ... -emus. *saepius. aliqua re:* PRVD. psych. 557 *Parsimoniae* se specie mendax Bellona -at. a d: AVG. retract. 1, 13, 1 ad eundem cultum dei ... sit homo quadam vita sua (*var. lect.* suavitate) -andus. *nota active:* AVG. conf. 10, 1, 1 virtus animae meae, ... eam ... -a tibi.

B *speciatim:* **1** *dicta sim. ad probandum aliquid idonea facere atque afferre (sed vis idonea faciendi non ubique apparet):* IREN. 1, 18, 1 quaecunque *prophetica* transformantes -ant (*μεταφράζουσι*) *haeretici.* HIL. myst. p. 3, 4 aliquam inanis similitudinis speciem -asse. *acced. alicui rei:* IREN. 2, 23, 2 anni infirmitatis descripti sunt, quos -ari dicunt figmento suo. HIL. trin. 1, 32 dictorum omnium pacificam intellegentiam singulis quibusque causarum generibus -antes. 5, 9 ne forte haeretica intelligentia 'operationem' sibi 'dei patris' -et (*cf.* AVG. c. Faust. 32, 17 p. 778, 14 quae *haeresis* non haec omnia verisimiliter sibi audeat -are?). HIER. in Eph. 2, 15 p. 582 quod autem ait '...' sic suae intelligentiae -bat, ut. epist. 21, 21, 1. AVG. grat. Christ. 2, 2 p. 126, 7 *al.* SALV. eccl. 3, 4 (*syn.* referri potest). *acced.* a d: HIL. trin. 1, 22 quod ... dominus de se professus est ... exemplis ad intellegentiae fidem -at *Christus.* 4, 14 ad fallendam ... audientium imperitiam quasdam ... *dei* enuntiationes subtractis eorum causis -antes. 5, 1. 12, 37 ad aeternitatis demonstrationem nequaquam temporalia -buntur. AVG. grat. Christ. 2, 2 p. 126, 17 ad hoc ista verba -are, ut dicant. i n: HIER. in Eph. 1, 22 *sq.* p. 567 in hunc sensum et illud -atur. RVFIN. Orig. in Rom. 6, 12 p. 590 Vall. haec possunt et secundum aliam ... expositionem in hoc loco -ari. *nota construct.:* IREN. 1, 19, 1 Esaiam invisibilis Bythi ignorantiam dixisse -ant (*μεθαρμόζουσι*). **2** *de interpretatione allegorica:* **a** *i. q. locum, formam referre ad rem vel hominem significatum: alicui (rei):* ZENO 2, 14, 4 p. 438^{A} quibus ista significatio -atur. 2, 45 quis non haec ... mysteriis -ata cognoscat? HIER. in Is. 1, 5 p. 15 cui haec *verba* tempori -anda sint. 3, 1 p. 46 'valido' illud possumus -are: 'donec *eqs.*' 14, 1 p. 247 nota verborum proprietatem: ... Israeli ... electio -atur. 32, 1 p. 429 quae sequuntur ... possunt haereticis -ari. in Matth. praef. p. 3/4 *al.* RVFIN. symb. 35 media ... personae *Christi.* Orig. in lev. 7, 1 p. 447^{B} possumus veteris instrumenti formas novi testamenti gestis ... -are? AVG. civ. 17, 12 p. 232 inimicis ... Christi ... incongrue vox ista -atur. epist. 140, 21 in verbis quae tanto salvatori in prophetiae praedicatione -antur. 140, 32. 59 *al.* MAR. MERC. subnot. 9, 14. GILD. Brit. 97 chron. III p. 79, 22 competenter istius aevi sacerdotibus ...-bitur *hic locus Pauli.* FAVST. REI. epist. 6 p. 198, 18 ALC. AVIT. epist. 2 p. 54, 55. VEREC. in cant. 3, 3 ecclesiis quoque poterit -ari. 4, 5 intellectualiter daemonibus. 4, 14 martyribus tauri ...-antur. 5, 4 non inutiliter martyribus. *al.* AVELL. p. 756, 16 ut unus lapis uni tribui -retur et ad singularum nomina decernantur singuli lapides. p. 763, 27 ut unicuique tribui memoratos lapides veraciter -are possimus. p. 764, 30. GREG. M. moral. 18, 25 unicuique quid digne congruat. a d: HIER. in eccles. 12 p. 488 solem et lunam ... ad oculos, aures ... -ant. *absolute:* VEREC. in cant. 2, 14 tropologice ... potest aliter -ari, ut boves ... intellegas animas sanctas. 4, 12 melius moraliter -atur. **b** *e contrario hominem vel rem significatam referre ad formam; interdum fere i. q. comparare: aliquem (aliquid) alicui rei:* AMBROSIAST. in I Cor. 15, 41 sequentibus vero stellis ... peccatores homines -andi sunt (*syn.* comparantur). AVG. epist. 108, 7 retia, quibus congregationis -at unitatem. ALC. AVIT. hom. 2 p. 105, 13 apostolus somno Adae dominicam mortem -ans. EPIPHAN. Avell. p. 764, 7 tribuum statum in singulis locis ... non posse naturaliter ... appellationi horum lapidum -ari. p. 765, 26 berylli lapidi quae in ipsum Ioseph explentur -ari. p. 767, 7. 768, 1. *inde palam i. q. comparare:* VEREC. in cant. 2, 2 quibus *imbribus* -atus euangelicus sermo (*syn.* comparatur). 6, 9. *absolute:* VEREC. in cant. 2, 37 sed et hoc (*i. haec interpretatio*) poterit -ari, ut ... cognoscas. *nota:* AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 499, 13 ex utroque igitur prophetia -ata est (*i. apta subest*), et ex eo quod ... cogitavit, et ex eo quod nolenti contigit. **c** *interpretationem -are dicto, formae:* HIER. in Agg. 1, 1 p. 740 quibus *dictis* potest de omni scriptura lector diligens -are intelligentiam spiritalem. AVG. epist. 147, 34 hunc intellectum -are etiam sacramento crucis (*cf.* PS. PRIMAS. in Eph. p. 616^{A}). PRIMAS. in apoc. p. 918^{B} interpretationem nominum intendentes meliorem his -are ... intellectum. *nota:* HIL. trin. 5, 16 quid (*i. quam interpretationem*) praeter significationem personae i n 'domino ac domino' -bis?

syn. et iuxta pos.: ad I: continere, componere, exprimere, iungere, adiungere, coagmentare, compaginare, conectere, fingere, unire; digerere (MART. CAP. 5, 506). *passive:* formabilem esse, haerere. *ad II:* conformare, referre, comparare. *passive:* adiungi *atque* cohaerere, concinere. *oppos.: ad I:* dissilire. *passive:* dissipati et incohaerentes (BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 18).

deriv.: coaptabilis, coaptatio. *Elsperger.*

coarctātio, coarcto *v.* coart-.

coarcuātio: concameratio, id est coniunctio arcuum GLOSS. *saep.* (IV 498, 13 coarg-. V 180, 14 coarcutiatio). *a* co- *et* arcuare, arcuatio. *Mbr.*

coāreo *v.* coalesco *p. 1381, 50.*

✖**coarguo,** -uī, -ūtum, -ere *a* co- *et* arguere. *scribitur* c o m a r g u o *l. 62.* AGROEC. gramm. VII 119, 9 -ere est coercere et compescere (ISID. diff. 1, 19 DIFF. ed. Beck p. 39, 100), arguere ostendere et patefacere. GLOSS. *ἀπελέγχω, ἐξελέγχω, συνελέγχω.* -it: valde accusat; -ere: compescere. *adde:* HIER. in Soph. 2 p. 712 *εὐθύνων* enim -ens dicitur atque convincens. *legitur inde a* RHET. Her. *et* CIC.

I *generatim: i. q. ostendere, patefacere, manifestare sim.: aliquid:* RHET. Her. 2, 5, 8 argumentum est, per quod res -itur certioribus argumentis et magis firma suspicione (*cf.* CIC. part. 107). CIC. inv. 2, 137 aliis quoque constitutionibus factum -etur testamentum. Font. 21 'at hoc Galli negant', at ratio rerum et vis argumentorum -it. Mur. 9 fuga laboris desidiam ..., amicorum neglectio improbitatem -it. Flacc. 20 satisne vobis -ere his auctoribus dissolutam Graecorum consuetudinem licentiamque impudentem videmur? epist. 3, 8, 7 non nostram ... perfidiam c o m a r g u i t (*sic M,* -it *GR*), sed iudicat suam (SVLP. SEV. epist. 1, 5). OV. met. 11, 193 *lucus* verba refert dominique *Midae* -it aures. GRATT. 84 ne ... ipso mendosa -at usu *linea.* SEN. suas. 1, 5 ipsa suasoria insolentiam eius (*Alexandri*) -it. SEN. dial. 5, 3, 2 foeditatem eius (*irae*) ac feritatem -ere et ante oculos ponere. 9, 12, 5 proritat illos (*insanos*) alicuius rei species, cuius vanitatem capta mens non -it. epist. 120, 22 maxima -itur animus imprudens. PLIN. nat. 10, 59 *lapillus* decidens indiligentiam *gruis* -at (*cf.* SOL. 10, 16 somnum). 12, 119 *balsamum* adulteratur Petraeo hyperico, quod -itur magnitudine. 17, 94 i m p e r i t i a m (LACT. ira 2, 4. HIER. epist. 57, 5 dum alienam imperitiam volunt -ere, suam produnt). AVG. civ. 6, 10 illa quae in ipso Capitolio fieri solere commemorat et intrepide omnino -it.

II *speciatim:* **A** *i. q. culpam (alicuius), crimen sim. manifestare, inde i. q. accusare, crimini dare, exprobrare, accusando convincere (syn.* queri, insimulare, *opp.* defendere): **1** *aliquid:* CIC. S. Rosc. 83 intelleges ... certum crimen quam multis suspicionibus -atur (*cf.* leg. agr. 1, 18 atque haec a me suspicionibus et coniectura -untur). Verr. 4, 217 iniuriam queror, improbitatem -o (*at cf. l. 60*). Vatin. 41 non -o inconstantiam orationis ac testimonii. Att. 9, 6, 2 quiescamus, ne nostram culpam -amus. NEP. Epam. 6, 4 Lacedaemoniorum tyrannidem -it. LIV. 2, 4, 6 occasionem, ut litterae legatis darentur, quae deprehensae rem -ere possent, expectabat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

31, 25, 9 id...-ere Cycliadas. SEN. contr. 7, 7 (22), 4 voce proditionem -it, silentio proditorem. VAL. MAX. 7, 8, 4 ad -endam iniquitatem. HIL. in Matth. 24, 8 voce publica furta, caedes, adulteria, sacrilegia eius -bant. **2** *aliquem*: **a** *absolute*: CIC. Verr. 6, 74 cum tot testibus -are, potes de damnatione dubitare? Sull. 17 *Catilinam* multorum litterae ac nuntii -erunt, Sullam interea nemo insimulavit, nemo nominavit. Mil. 36 reliquum est, ut iam illum natura ipsius consuetudoque defendat, hunc autem haec eadem -ant. Phil. 2, 28 quem ad modum me -erit homo acutus recordamini. LIV. 26, 27, 9. 39, 12, 8 non eandem dicere, si -atur ab alio. SEN. contr. 7, 1 (16), 24 parricida est, quem non testis protrahit, non iudex -it? 7, 3 (18), 6. SEN. dial. 5, 13, 3 *Socrates* deprendebatur ... a familiaribus et -batur. epist. 28, 10 quantum potes, te ipse -e. 97, 16 -it illos (*latentes*) conscientia et ipsos sibi ostendit. QVINT. decl. 323 p. 272, 6. APVL. met. 2, 29 uxor ... mente sacrilega -enti marito resistens. SOL. 4, 7 *fontes* -endis valent furibus. AVSON. 313, 4 clam -es propinquum, propalam laudaveris. **b** *aliqua re*: CIC. Verr. 5, 104 criminibus enim -itur aut suspicionibus in iudicium vocatur. Cluent. 41 ne lituris -i posset. SALL. Catil. 47, 2 Lentulum dissimulantem -unt *Galli* praeter litteras sermonibus, quos ille habere solitus erat. NEP. Paus. 3, 7 nullum erat apertum crimen, quo -i (argui *C*) posset. **c** *alicuius rei*: CIC. Verr. 6, 153 meum enim crimen avaritiae te nimiae -it. Sull. 44 ante quam me commutati iudicii -eris. PLIN. nat. 11, 187 extat oratio Vitelli, qua Cn. Pisonem eius sceleris (*veneficii*) -it. TAC. ann. 13, 20 si facinoris -retur. AVR. VICT. Caes. 9, 3 comiter ... stultitiae -ens, qui ignorarent. *huc adde*: TRACT. c. Arrian. p. 15, 29 indisciplinatae ac temerariae curiositatis causa -endi sunt. **d** *sequitur enuntiatum*: HIL. in Matth. 11, 8 in medio synagogae ... populum -ant *prophetae*, quod *eqs.* HIL. in Matth. 31, 9 Petrum -it, cur secum una saltem hora non vigilet. (*acc. c.*) *inf.*: CIC. Font. 2 eodem modo Hirtuleium dissolvisse publicae tabulae -unt. ac. 2, 35 non ... urguent, ut -ant neminem ulla de re posse contendere. fin. 2, 59 scisse ... te quis -ere possit? BELL. Alex. 68, 1 cumque defectionem (*Clark*, defensionem *codd.*) eius nullam posse excusationem [eius] imprudentiae recipere -isset. HIL. in Matth. 12, 3 Pharisaei ... illicita agere discipulos -unt.

B *i. q. manifestare errorem (alicuius) sim., inde i. q. redarguere, rem falsam probare*: **1** *aliquid*: CIC. ac. 1, 33 errorem ...eorum, qui ita putarunt, -it (*cf.* SEN. dial. 3, 18, 2 -i non sult *error.* epist. 53, 8 LACT. inst. 3, 3, 15 *al.*). LIV. 34, 6, 4 nullam *legem* abrogari debere fateor, nisi quam (*om. B*) aut usus -it aut status aliquis rei publicae inutilem fecit. SEN. contr. 2, 1, 33 colores probabant, qui non possunt -i non ut somnia, sed ut non essent aliquo nomine offensui. 4 praef. 3 praetermissa ostendebat, tacta (*corr. Müller*, tacita *codd.*) leviter implebat, vitiosa -bat (*cf.* QVINT. inst. 2, 6, 3 vitia aperte -enda sunt). 7, 4 (19), 3 res est ineptior quam ut -enda sit. SEN. dial. 7, 3, 2 enumerare illas *opiniones* longum est et -ere. nat. 4, 2, 24 testimonium ... testium turba -itur (*cf.* PAVL. dig. 34, 9, 5, 14 secundas tabulas vel codicillos). epist. 13, 8 non -imus illa, quae nos in metum adducunt nec excutimus. 45, 10 *vitam* -e, hanc ad verum ... redige. 89, 11 falsa sub specie veri latentia -ere. COLVM. 1, 1, 6 multa ...ab his (*scriptoribus Poenis*) falso prodita -unt nostri coloni. PLIN. nat. 11, 46 sententiam. 25, 25 ubi cavenda sunt aut -enda *magica portenta*. 30, 1 magicas vanitates ... -imus detegemusque (*cf.* 37, 169 Magorum insidias). 37, 41 mendacium. *al.* SVET. Dom. 15 temeritatem artis. LACT. inst. 1, 23, 6 ad -endas religiones falsas (*cf.* HIL. in Matth. 12, 18 fidei perversitatem). HIL. trin. 4, 7 haereticorum institutiones euangelicis ... testimoniis -endas. HIER. vir. ill. 15 *disputationem*. RVFIN. hist. 1, 9, 3 temporis ... ratio -it (*ἀπελέγχει*) falsitatem (*cf.* PAVL. MED. bened. 2, 2 in qua non virtus bellatoris poterat laudari, sed potius falsitas deceptoris -i). **2** *aliquem*: CIC. Flacc. 11 vinci, refelli, -i putat esse turpissimum (*cf.* LIV. 39, 28, 11 decem legatorum decretum calumniae impudentissimae praetendit; quo maxime et refelli et -i potest). SEN. nat. 1, 2, 10 cum illos historiae -ant. PLIN. nat. 2, 67 existimavere plerique falso; qui ut -antur *eqs.* 2, 247 in -endo eo (*Eratosthene*). 3, 2 nec culpabo aut -am quemquam (*sc. auctorum*). 11, 128 qui putant ... facile -untur cervarum natura (22, 55). 28, 114 reliqua ad veneficia pertinentia quae dicit, quamquam falsa existimantes, omittemus, praeterquam ubi irrisu -ent eum (*sic Mayh.*, -entium *codd.*). QVINT. inst. 2, 15, 26 sermones ad -endos, qui contra disputant, compositi.

deriv.: coargutio.

coargūtio, -ōnis *f. a* coarguere. *i. q. refutatio*: HIER. epist. 41, 4, 2 haec -e non indigent. *i. q. improbatio, crimen*: CONSENT. Aug. epist. 119, 6 non amara -o tua.

coarmius, -ī [*a* co- *et* arma. *Th.*]. *fere i. q. commilito*: CORP. X 7297 Delicatus -o merenti fecit (*an* coarmio *nom.? cf. Pollack, PW. IV 128*).

coarmo, -āvī, -ātus -āre *a* co- *et* armare. *idem q. armare, munire*: CASSIOD. hist. 5, 45 p. 1025^{A} orationibus milites -vit. 7, 40 p. 1104^{A} rabie -ati blasphemiae. 11, 11 p. 1194^{B} contra Dioscorum iniuste -atus. *Probst.*

✖**coarriānus,** -ī *m. a* co- *et* Ar(r)ius, Arrianus *propr. i. q. sectae Arianorum particeps*: LVCIF. non conv. 4 p. 9, 18 quomodo tecum ac cum tuis -is potuit convenire christianis? Athan. 1, 4 p. 70, 23 per -os tuos deductus es. *al.* *M br.*

coartātio, -ōnis *f. a* coartare. *hic illic codd.* coarct- *trad. actio coartandi: corporalis*: BELL. Alex. 74, 4 Caesar irridebat inanem ostentationem et eo loco militum -em (*sic Brutus*, cohortationem *codd.*). LIV. 27, 46, 2 -o plurium in angusto tendentium facilior futura erat. HEGES. 3, 15, 1 si qui superiora petere temptaverant, repulsi caedebantur et quibus ulciscendi vis suppetere poterat, ipsa -o vindictam ademerat. AVG. serm. 137, 2 in aliqua constipatione et -e hominum. *mente facta*: VITR. 9, 8, 6 *praeclusionum* metae fiunt ... ita perfectae, ut ... eadem regula laxatio earum aut -o. FAVSTIN. trin. 7, 1 p. 76^{D} temporis. *in imagine*: AMM. 29, 2, 11 nodosis -bus aequitate iactata. PS. RVFIN. in Ioel 2, 30/31 p. 1051^{C} in eam se -em spiritus pervenisse.

coarticulo, -āre [*cf. c.* articulatus. *Th.*]. *idem q. articulare*: ARNOB. nat. 1, 52 in officium sermonis dandi ora -are mutorum.

coartifex, -icis *m. a* co- *et* artifex. PASS. coron. 1 dixit ad -es (*sic unus cod.*). GLOSS. II 587, 29 migida(*?*): -x cooperator.

✖**coarto,** -āvī, -ātum, -āre *a* co- *et* artare. GLOSS. *δεσμῶ, συνέχω, συνσφίγγω*. -at: *στενοῖ*. -or: constringor, coniungor. -ati: conclusi. *adde*: HIER. in Is. 23, 4, 5 *ἐκθλίβουσα* i. e. tribulans et -ans. *vox in codd. persaepe* coarct- *tradita legitur inde a* CIC., *frequentatur ab* ECCL.

I ***de loco*:** **A** *proprie corporaliter i. q. artius reddere, cogere, premere, coniungere, concludere; persaepe additur* in *c. acc.* (*imprimis* in angustum, in angustias, *ex. gr. v. l. 30. 59 al., opp.* diffundere, dilatare, laxare, patescere): **1** *aliquem*: CIC. Att. 7, 10 Gnaeus noster ... adhuc in oppidis -atus et stupens. CAES. Gall. 7, 70, 3 *v. p. 1366, 70.* SEN. dial. 7, 4, 1 idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum -atur (VICT. VIT. 2, 31). APVL. met. 9, 9 manicis etiam cunctos -ant. HEGES. 3, 26, 3. VVLG. exod. 14, 3 -ati sunt in terra, conclusit eos desertum. psalm. 34, 5 angelus domini -ans eos (*ἐκθλίβων αὐτούς*). Ioel 2, 8 unusquisque fratrem suum non -bit. AMM. 18, 8, 12 miles ante me ... in stipitis modum undique -atus. ANON. de mach. bell. 19 aciem. *supplendus est acc.*: HEGES. 2, 15, 7 prohibere a fronte (*sc. Romanos*), -are a lateribus. ITALA iud. 3, 23 (Aug. quaest. hept. 7, 22) exiit Aod foras ... et clausit ianuas domus superioris super eum et -vit (*ἐσφήνωσε*, VVLG. clausis...ostiis cenaculi et offirmatis sera). *in imagine*: AMBR. Isaac 6, 51 aperi *soror* ipsam te mihi, noli -ari, sed dilatare et adimplebo te.

2 *aliquid*: LIV. 28, 5, 8 angustae fauces -ant iter (33, 6, 7 -ata itinera maceriis et quibusdam locis interclusa. FRONTIN. aq. 122 iter aquae. *cf.* PLIN. epist. 2, 17, 3 modo occurrentibus silvis via -atur, modo latissimis pratis diffunditur et patescit. AMBR. Noe 15, 55 -are processus ramorum. *at v. p. 1391, 52sqq.*). VITR. 9, 8, 11 cardinibus... inter se -atis. PAVL. FEST. p. 39 coctum a cogendo dicitur, quia coquendo (cogendo *codd.*) -atur. CELS. 8, 10, 1 nec ultra astringi, quam ut ossa contineant *ferulae*: et cum spatio laxarentur, tertio quoque die paulum habenis suis -ari. COLVM. 2, 2, 9 ad solum -atas *fossas* imbricibus supinis similes (*cf.* 2, 18, 2 *faenum* utrinque siccatum -bimus in strigam. SOL. 12, 2 *v. infra l. 57.* VVLG. Iob 11, 10 si subverterit omnia vel in unum -verit). COLVM. 2, 2, 10 quam *crassitudinem* solum fossae possit anguste accommodatam -atamque capere. 3, 12, 2 conclausa et -ata semina. LVCAN. 10, 217 auctusque suos non ante -at *Nilus* (*cf.* SVET. Aug. 30 ad coercendas inundationes alveum laxavit ac repugnavit; completum olim ruderibus et aedificiorum prolationibus -atum. SOL. 12, 2 *mare* mox in quingentos passus -atur. AMM. 17, 13, 4 Parthiscus ... spatia longa et lata sensim praeterlabens et ea -ans prope exitum in angustias. VICT. VIT. 1, 1 *mare* aequor hoc magnum et spatiosum bissenis milibus angusto se limite -vit). PLIN. nat. 2, 64 deductas ab summa apside lineas -ari ad centrum necesse est. FRONTIN. aq. 36 rigor aeris difficilior ad flexum non temere potest laxari vel -ari (*cf.* ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 24 caelum -atur [*sic codd.*] in nubila, *v. p. 1369, 52*). 113. TAC. dial. 39 cum tot pariter ac tam nobiles forum -rent. PS. APVL. Ascl. 40 sic est enim rotunditas volubilis ratio, ut ita sibi -ata sint cuncta. IVST. 39, 5, 4 Syriae et Aegypti regna Romana vicinitate -ata. AVG. civ. 15, 16 ita se non in paucitate -atum, sed latius atque numerosius propinquitatibus crebris vinculum sociale diffunderet. OROS. hist. 1, 2, 70 angulus ... mari -atus. 1, 2, 84 mare ... -atae Africae limitem fecit. 1, 2, 94. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 194 erit -anda *lecti concubatio* straminum velamento. *in imagine*: PAVL. MED. bened. 4, 2 ecclesia non uno mundi -ata est angulo. *corporis partes, sim.*: PAVL. FEST. p. 96 ventrem. VAL. MAX. 9, 12, 7 ore et faucibus suis -atis incluso spiritu poenam morte praecucurrit. *cf.* LACT. opif. 15, 4 levi ac non -ato spiritu (HIER. epist. 20, 5, 1 strictis dentibus spiritum -amus. AVG. gen. ad litt. 11, 15 p. 347, 18 *et al.*). CELS. 4, 1 ima ventriculi pars ... in summum intestinum -atur. PETRON. 98 araneis oleo madentibus vulnus ... -vit. APVL. flor. 17 p. 78 quid si pedes pedicis -entur? VINDIC. epist. ad Valent. 5 coangustatum et -atum fel *pinnis iecinoris.* *inde latiore sensu de oratione, sententia compressa vel terminis quibusdam circumscripta*: CIC. de orat. 1, 163 quae -vit et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. SEN. epist. 94, 27 prosa oratione in sententiam -ata. PLIN. epist. 1,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 8 quae . . . latius dixerit postea recisa ac repurgata in unum librum grandem quidem, unum tamen, -asse (*cf.* HIER. epist. 53, 8, 6 duodecim prophetae in unius voluminis angustias -ati. praef. Vulg. Esdr. quia et apud Hebraeos Esdrae Nehemiaeque sermones in unum volumen -antur. AVIAN. fab. prooem. 14). APVL. Socr. 2 p. 121 in duo versus ab Ennio -ati *XII asteres*. FIRM. math. 1, 5, 3 oportebat quidem nos . . . copiosa oratione pugnare . . . sed -vimus omne dicendi studium. HIL. psalm. instr. 17 ad compendium studiosae intellegentiae in brevem sermunculum virtutem superscriptionum omnium -amus. HIER. epist. 11, 1 longum sermonem brevi spatio -vi (FACVND. defens. 6, 3 p. 668[D] sermonem suum magis ad ea quae unitatis sunt -bat). RVFIN. Adamant. 3, 5 manifestiora proferam, ex quibus responsio eius in angustiora -etur. AVG. civ. 1, 16 disputatio inter pudorem atque rationem quibusdam -atur angustiis. 13, 24 liber iste claudendus est nec tanta ⟨ista *aliqui codd.*⟩ quaestio in sermonis angustias -anda (*cf.* in psalm. 118 serm. 1, 3 IVL. SEV. rhet. 1 p. 355, 4). civ. 22, 24 quae (*commemorata*) a me velut in quendam sunt aggerem -ata. IVL. VICT. rhet. 6, 2 p. 398, 10 illa prior *definitionis ratio* subtilius et limatius philosophicis disputationibus -atur (*opp.* dilatatur). *nota fere i. q. continere*: AVG. loc. hept. 3, 22 p. 575, 7 quae sequitur, rarius reperitur et latini sermonis -at inopiam. *i. q. amplecti, includere*: TER. MAVR. 167 i cum medio nomine sic erit locata vocalis ut illam ex latere utroque -et. *cf.* 1512. PS. CENS. frg. 14, 12 syllabam -at hexametro.

B *translate* (*de actione potius ad animum spectante; cf. p. 1390, 81 sqq.*): **1** *aliquid* (corpus *v. infra l. 51*): SEN. epist. 119, 10 quam difficile sit res suas ad naturalem modum -are. TERT. nat. 1, 6 quotiens comprimitur et -atur conscientia vestra. HIL. in psalm. 118 vau 9 per peccatorum . . . nostrorum conscientiam -atur nobis omnis animi amplitudo. trin. 4, 21 -atur ad veri confessionem universus error. *al.* AVG. civ. 5, 9 in has angustias -at animum religiosum. MART. CAP. 2, 202 tota mentis acie -ata diu silentio deprecatur. MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 2 ex terribilioribus -at animas audientium. **2** *aliquem*: ARNOB. nat. 6, 18 *deos* alieni ad corporis similitudinem -ari. HIL. trin. 2, 2 in vitium vitio -amur alieno. 8, 27 te, haeretice, furentem et spiritu doctrinae mortiferae circumactum tenet et -at apostolus. COD. Theod. 11, 7, 5 (*a. 345*) ad universi debiti solutionem . . . -etur. FAVSTIN. trin. 1, 14 p. 48[D] constrictus et -atus testimonio. AMBR. virginit. 3, 13 ad nuptias -buntur iniuriis. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9 p. 960 qui unum spiritum habent, in unionem -antur. *al.* RVFIN. Orig. in exod. 1, 4 -or ex duobus *eqs.* AVG. civ. 21, 6 de isto . . . fano Veneris . . . non solum in nullas -amur angustias, verum etiam latitudinis nobis campus aperitur. gen. ad litt. 6, 20, 31 nonnulli his angustiis -ati . . . putaverunt. 11, 29, 26 -atus quaestione illa . . . dixi. SVLP. SEV. Mart. 23, 3 signis quibusdam plerosque ad credendum -bat. ZACCH. 3, 7 sanctos suppliciis -bit . . . venerari. AVIAN. fab. prol. 28 cum ex una parte fuerit -atus *iniquus*. CASSIAN. inst. 4, 30, 1 -at nos libelli modus ad finem tendere. se: SEN. contr. 7, 3 (18), 9 omnes ita se -erunt. AVG. lib. arb. 2, 14, 38. MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 4 alii quidem semper modum excedentes, alii autem intra modum se -antes. *cf.* 13, 4 -a corpus tuum.

II *de tempore*: OV. fast. 5, 546 nox . . . -at iter (*at cf. p. 1390, 41 sqq.*). VAL. MAX. 4, 1, 3 tempus (SVET. Aug. 34 GAIVS inst. 2, 170. HIL. c. Aux. 5 in Matth. 25, 7. *at cf.* FAVSTIN. trin. 3, 2 p. 64[A] pro viribus et condicione temporis -antis). TAC. hist. 2, 71 -ati aliorum consulatus. PANEG. 8, 12 unus hic annus prope sensum non habet difficultatis duorum temporum indulgentiis -atus. LACT. inst. 7, 16, 10 dies in angustum -bitur. AVG. civ. 21, 11 quid horum (*poenae generum*) est quod in breve tempus pro cuiusque peccati celeritate -etur. in psalm. 138, 16 quia nondum venimus ad illum diem, quem non -at hesternus et crastinus. *Probst.*

coascendo, -ī, -ere *a* co- *et* ascendere. *i. q. simul (cum altero) ascendere.* cum *aliquo*: IREN. 1, 15, 3 qui conseminati sunt cum eo (*Christo*) et condescenderunt et -erunt (*συναναβάντων*). EPIST. pontif. 612 Thiel Gelas. 3, 5 -ere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. *alicui*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. tract. 3, 33 *caro domini* -ens ei in caelum. *absol.*: ORIG. in Matth. 18, 70 cum transformatus fuisset in monte *Christus* coram tribus discipulis -entibus.

coassāmentum, -ī *n.* [*a* 1. coaxare, *cf.* 2. axis, assis. *Th.*]. *i. q. tabulatum, coaxatio*: PLIN. nat. 16, 210 ulmus . . . cardinibus -isque (crass- *codd., fortasse* coaxamentis *ipsi Plinio vindicandum*) portarum utilissima.

coassīgno, -āre *a* co- *et* assignare. BOETH. top. Arist. 5, 2 p. 957[A] nec in propriis quicquam -andum.

coassum, coadesse *a* co- *et* adesse. *simul adesse*: RVSTIC. c. aceph. p. 1218[D] quia ei (*'Verbo' divino, i. λόγῳ*) quot humanitatis sunt passiones, in semet ipsum referebat; ubi autem 'coadesse' (*sc. humanae et divinae partis 'Verbi'*) et 'referre' *est*, illic irrecusabiliter quantitas *est* secundum naturam.

coassūmo, -mptum, -ere *a* co- *et* assumere. *i. q. simul assumère*: BOETH. top. Arist. 6, 3 p. 974[C] quod necessarium est in alterius oratione -i et alterum. 6, 5 p. 984[C] imparis autem *numeri* -pta est oratio.

?coat: inclinat se vel insidiat GLOSS. IV 319, 36. *ad* cevere *pertinere putat Goetz, v. p. 982, 33.*

coattestor, -ārī *a* co- *et* attestari. *idem fere q. attestari*: AVG. in psalm. 21, 2, 2 videamus si non -atur ipse dominus. in Rom. 18 *Cornelius centurio* ipsum spiritum sanctum manifestissimis -antibus signis . . . accepit.

συναύξησις **coauctio** GLOSS. II 444, 27. *a* coaugere.

comauditum **coauditum,** sicut co⟨m⟩angustatum dicitur PAVL. FEST. p. 65. *utrumque vocab. a* co(m) *et* audire.

coaugeo, -ctum, -ēre *a* co- *et* augere. GLOSS. II 444, 29 *συναύξω*. IV 500, 21 -cta: collecta (V 278, 24 collecta vel coadunata). *deriv.*: coauctio (*fort.* coaugmentum).

coaugmento *v.* coagmento *p. 1377, 14.*

coaugmentum, -ī *n. a* co- et augmentum, *cf.* coaugere. AGROEC. gramm. VII 118, 24 'adolescere' augmenti est, inolescere -i, exolescere evanescendi (ISID. diff. app. 125).

coauspicor, -ārī *a* co- *et* auspicari. *i. q. una auspicari*: IREN. 5, 5, 1 *in paradiso* manere eos qui translati sunt usque ad consummationem (*sc. mundi*) -antes incorruptelam (*προοιμαζομένους τὴν ἀφθαρσίαν*).

coax *indecl., gr. κοάξ, onomatopoetice, vox ranarum.* SERV. Aen. 7, 16 ranarum *clamor est* -x (GLOSS. V 556, 47 ranarum -x [coax⟨are⟩ *Loewe, Goetz*]), quae nomina a sono vocis constat esse composita. PRISC. gramm. II 5, 15 aliae autem *voces* sunt quae quamvis scribantur, tamen inarticulatae dicuntur, cum nihil significent, ut -x (GRAMM. suppl. 221, 7). *deriv.*: 2. coaxare.

coaxāmentum *v.* coassamentum.

coaxātio, -ōnis *f. a* 1. coaxare. *i. q. coassamentum, contabulatio, pavimenti constructio*: VITR. 5, 1, 2 in porticibus . . . Maenianaque superioribus -bus collocentur. 6, 3, 9 ab epistyliis ad parietes . . . circa imponenda est contignatio, supra -em pavimentum. 7, 1, 1 *paries* supra se pendentem habeat -em. 7, 1, 2. 5 cum coaxatum fuerit, super altera -o transversa sternatur *eqs.* (PLIN. nat. 36, 187 binas per diversum -es [evationes *vel* taxationes *codd.*] substerni). 9 praef. 7 altitudo contignationis ab summa -e ad imum libramentum. CET. FAV. 19 p. 301, 27 de cerro aut fago seu farno -es.

caseus a coacto lacte ut (**co⟨a⟩xeus**) dictus VARRO ling. 5, 108. *finxit Varro.*

1. coaxo, -ātum, -āre [*a* co- *et* 2. axis. *Th.*]. *i. q. contignare, contabulare, (pavimentum) construere*: VITR. 2, 8, 17 altitudines *parietum* extructae contignationibus crebris -atae cenaculorum ad summas utilitates perficiunt despectationes (*i. locum ex alto despiciendi*), 7, 1, 5 cum -atum fuerit.

2. coaxo, -āre [*a* coax. *Th.*]. SVET. frg. p. 250, 4 ranarum *est* -are (ravire vel -are *cod. unus*). SPART. Geta 5, 5 singula animalia quomodo vocem emitterent, velut . . . ranae co[r]axant. ANTH. 762, 64 garrula limosis rana -at (ranula coxat *H*) aquis. POL. SILV. voc. anim. chron. I p. 548 ISID. diff. 1, 607. *adde formas*: FEST. p. 258 quaxare ranae dicuntur, cum vocem ⟨e⟩mittunt. GLOSS. II 166, 44 quasat: *ὅταν φωνεῖ βάτραχος* [V 556, 47 *v. supra l. 20*]. [*hisp.* quejar. *M.-L.*] SVET. Aug. 94 *Augustus puer* in avito suburbano obstrepentes forte ranas silere iussit, atque ex eo negantur ibi ranae -are. CYPR. GALL. exod. 275 *ranas* voce crepanti cuncta -antes studuit depellere vatis.

cōbio, cōbius (*nomen piscis*) *v.* gob-.

cōbios, *acc.* -on (*f.*), *κωβιός, nomen herbae. scribitur* gobios (*item ac piscis*) *ap.* PS. APVL. *l. 57 sq.* PLIN. nat. 26, 71 septimum *genus tithymalli* dendroides cognominant, alii -on. 1, 26, 45 tithymal⟨l⟩os dendroides sive -os. PS. APVL. herb. 108 tithymalli species sunt septem, quarum altera . . . gobios *appellatur*. DIOSC. 4, 159 couios appellatur (4, 164 W. *κωβιός*). *Mbr.*

coccētum *v.* cocetum.

cocceus, -a, -um *a* coccus. *nomen coloris coccini*: LAMPR. Diad. 3, 3 ubi primum indumenta -a et purpurea ceteraque castrensia imperii insignia accepit. Alex. 42, 1 hoc solum imperatorium habens, quod lacernam -am accipiebat. VOPISC. Aurelian. 34, 2 Tetricus chlamide -a . . . ornatus.

coccina, -ōrum *v.* coccinus.

coccinātus, -a, -um [*a* coccinum. *Th.*]. *i. q. coccino indutus.* MART. 3, 1, 96 qui -os non putat viros esse. 5, 35, 2 clamat -us Euclides. SVET. Dom. 4 ante pedes ei stabat puerulus -us. TERT. test. anim. 2 pallio Saturni -a (concinnata *AB*) deum . . . imploras. *cf. Blümner, Technol. I 241, 3.*

coccineus, -a, -um [*cf. c.* coccinus. *Th.*]. GLOSS. -um: *κόκκινον*. sanguineum. *adde*: ISID. orig. 19, 22, 10 russata *tunica*, quam Graeci phoeniceam vocant, nos -am. GLOSS. V 564, 48 chlamydem -am id est clamidem rufam. NOT. Tir. 98, 58 -um. PETRON. 32 pallio . . . -o adrasum excluserat caput (ITALA apoc. 17, 4 [Cypr. testim. 3, 36] mulier . . . amicta erat pallium purpureum et -um [*κόκκινον*, coccinum *WB*; -ino ITALA Primas., cod. g, VVLG.]. VVLG. num. 4, 8 [ITALA Lugd. *v. infra l. 83*]. Ios. 7, 21. MART. CAP. 1, 76 pallium -um, sed auro plurimo scutulatum). PETRON. 38 nulla non aut conchyliatum aut -um tomentum habet. MART. 14, 131 tit. lacernae -ae (*at* 14, 131, 1 coccina). TERT. adv. Iud. 14 -a veste (ITALA num. 4, 8 [Lugd.] vestem -am. HIL. myst. p. 25, 33 esse signum pendentis de fenestra vestis -ae constituunt. RVFIN. symb. 25).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ITALA (Primas., cod. g) *et* VVLG. apoc. 17, 3 vidi mulierem sedentem super bestiam -am. TERT. cult. fem. 2, 10 exciderat illi purpureas et -as oves mandare. HERM. vulg. sim. 6, 1 pastorem vestitum synthesim vestimentorum colore -o (*χρώματι κροκώδη*, crocineum *Palat.*). LAMPR. Alex. 40, 7 usus est ipse chlamyde saepe -a (IVST. 20, 38 duo iuvenes ..-is chlamydibus. VVLG. Matth. 27, 28 [*κοκκίνην*] BARNAB. 7, 9 AVG. serm. ed. Mai 91, 3 MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 3 SEDVL. op. pasch. 5, 12. GLOSS. *p. 1392, 74*). LAMPR. Alex. 40, 11 bracas albas habuit, non -as, ut prius solebant. AMBR. in psalm. 118, 15, 14 sicut -um (*al.* coccinum) resticulum labia sponsae. HIER. epist. 52, 3, 8 Sunanitis in lingua nostra -a dicitur. VVLG. Ios. 2, 18 signum fuerit funiculus...-us (*cf.* 2, 21). cant. 4, 3 vitta -a. Hebr. 9, 19 lana -a (BARNAB. 7, 8. 11. 8, 1 [*ter κόκκινον*]). MARCELL. med. 8, 135 in panno -o. PRAEDEST. 1, 43 p. 600^{c} sicut si in stragulo -o pannos albos...cernat assutos. COMPVT. Carth. 1, 1 -is maculis et alieno rubore aspersam baptismatis tunicam. FVLG. RVSP. serm. 69 ramos purpureos ore -o ad dominum cum columba matre portaverunt. DIOSC. 2, 162 hortina flores -os habet. 5, 110 molibdena...in coctura in oleo -a facit.

subst. n. coccineum, -ī (*sc. vestimentum; cf.* GLOSS. *et* NOT. Tir. *p. 1392, 72. 75*): VVLG. Nah. 2, 3 viri *sunt* exercitus in -is. *v. Blümner, Technol. I 241, 3.*

coccino *v.* coquino.

coccinum, -ī *v.* coccinus.

coccinus, -a, -um [*κόκκινος, cf.* coccum. *Th.*]. GLOSS. V 565, 50 -a i. russa. 494, 69 coccum vel -um: color rubeus. NOT. Tir. 98, 57 -um. [*raet.* cötschen, *maced.* coaṭen. *M.-L.*]

1 *adiect.*: PETRON. 28 involutus -a gausapa. MART. 2, 29, 8 -a non laesum pingit aluta pedem. IVV. 3, 283 cavet hunc quem -a laena vitari iubet. ITALA Ios. 2, 18 (Lugd.) spartum -um (VVLG. funiculus -eus). IREN. 4, 20, 12 fide signi -i. 4, 25, 2 obstetrix ... -um alligavit signum in manu eius ... qui habet -um signum, id est eam fidem, quae est in praeputio. PORPH. Hor. epod. 9, 27 deposuit -am chlamydem Antonius, qua scilicet ut imperator utebatur. CAPITOL. Alb. 2, 5 habebis utendi -i pallii facultatem (6, 4). NEPOTIAN. 15, 6 -is (punicis *Val. Max. 2, 6, 2*) tunicis utebantur. SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 101 alii 'Cois' (*sc. vestibus*) *interpretantur* -is. HIL. myst. p. 26, 11 ab iisdem etiam signum salutis accepit, in -o (*cod.*, -eo *Gamurr.*) colore scilicet pro dignitate regio et pro corporatione sanguineo (DIOSC. 2, 158 radix purpureum vel -um [-innum *P*] habens colorem). ANON. med. ed. Piechotta 90 panniculum mundum -um ligato.

2 *subst. n.* coccinum, -ī (*masc. vulgariter infra l. 58*). **a** *nomen coloris* (*cf.* GLOSS. *l. 25*): IREN. 1, 18, 2 atria de bysso et hyacintho et purpura et -o facta. 2, 24, 4 habebant aurum et hyacinthum et purpuram et -um et byssum. ITALA Is. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 2) etsi fuerint delicta vestra tamquam roseum ... etsi tamquam -um (*ὡς κόκκινον*, VVLG. peccata ... ut -um), velut lanam exalbabo (*cf. ad l.* TERT. *ibid.* in -o domini *sanguinem ostendens.* scorp. 12. PS. ORIG. tract. 6 p. 64, 6 quid est foeniceum et quid est -um? -um, illa delicta, quae de pretioso Christi sanguine tincta sunt ... quantum distat fenicium ... a -o, tantum interest a Christi sanguine et prophetarum). HIL. myst. p. 26, 14 hoc -um et Manasses accepit in signo. p. 26, 26 sola ecclesia per exploratorem susceptionem per dei in corpore confessionem per signum -i per Iesum decretum cum omni sua familia reservanda. ITIN. Burdig. p. 589, 6 *aquam* habent hae piscinae in modum -i turbatam. VVLG. II par. 2, 7 qui noverit operari in auro ... -o et hyacintho (2, 14). VEN. FORT. carm. 5, 6 praef. 16 cum desit hic -um, res est texta de minio. PS. MATTH. euang. 8, 5 iacinctum et -us (*D*, coccus *cett. codd.*) et byssum.

b *i. q. vestis coccinea*: MART. 2, 16, 2 si fuerit sanus, -a quid facient? 2, 39, 1 -a famosae donas. 2, 43, 8 non vendes nummis -a nostra tribus. 14, 131, 1 si veneto prasinove faves, quid -a sumes? (*at in tit.* coccineae). ITALA lev. 14, 51 (Lugd.) netum -um. num. 19, 6 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 344, 12; Lugd.) accipiet sacerdos lignum cedrinum et hyssopum et -um (*κόκκινον*, VVLG. coccumque bis tinctum) et immittet in medium ambustionis iuvencae (*cf.* AVG. *ad l.* p. 344, 15 -um caritas). ITALA (Primas., cod. g) *et* VVLG. apoc. 17, 4 mulier erat circumdata purpura et -o. TERT. adv. Iud. 14 unus eorum (*hircorum*) circumdatus -o (*cf.* adv. Marc. 3, 7 p. 388). cult. fem. 2, 12 sedet in purpura et -o. poen. 11 num ergo in -o et Tyrio ... supplicare nos condecet? CLEM. ad Cor. 8 rubriora -o vel nigriora sacco. HIER. epist. 14, 11, 2 hic vestitus -o, hic sentibus coronatus. VVLG. gen. 38, 27 in qua obstetrix ligavit -um (HIER. epist. 52, 3, 8). 38, 30 frater eius, in cuius manu erat -um. II reg. 1, 24 qui vestiebat vos -o in deliciis (Ier. 4, 30 cum vestieris te -o, cum ornata fueris monili aurẽo). *de re v. Blümner, Technol. I 241, 3 et Archiv 6 (1889) 400 eqs.*

deriv.: coccineus, coccinatus. *Stadler.*

[**coccium**. ORIBAS. syn. 4, 13 coccia *inter cibos qui minus nutriunt. gr.* πραικόκκια, *lege* ⟨prae⟩cocia.] *Mbr.*

coc(c)olobis, -is *f. nomen generis vitis Hispanicae.* COLVM. 3, 2, 19 possunt ... etiam secundae notae vites ... commendari, qualis est Biturica, qualis balisca (*S*, basilisca *A*), quarum minorem cocolubem (coccoloum *AS*) vocant Hispani. PLIN. nat. 14, 29 baliscam Dyrrachini celebrant, Hispaniae -in vocant. *v. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 1056.* *Stadler.*

? **coc⟨c⟩onari⟨a⟩** (*supplevi*) i. nuclei spinae (*lege* pini) GLOSS. III 559, 30. *κοκκονάριον. κωνόκαρπος Goetz, v. Thes. gloss. em. p. 748.*

cocconīdium *i. q.* coccum Cnidium, *v. p. 1395, 32 sqq.*

? **coccotechnus**, -ī *m., cf. c.* coccum *et c.* τέχνη. *fort. i. qui vestimenta coccinea colorat vel fabricat*: CORP. VIII 19181 (= 5741) P. Sittius coccoit(e)chnus (coccotechnus *Mommsen*). *Mbr.*

✱**coccum**, -ī *n.* (coccus, -ī *m.*) [*a gr.* κόκκος *tractum. Th.*]. GLOSS. II 499, 61 *κόκκος* -um. NOT. Tir. 98, 56. *forma* coccus: HIER. epist. 64, 19 RVFIN. Orig. in exod. 13, 3 EVCHER. form. 9 p. 52, 22 GREG. M. in euang. 38, 10 VEN. FORT. carm. 2, 9, 33 PS. MATTH. euang. 8, 5. *adde l. 48 et vulgaria p. 1395, 47. 58 sqq. v. de re Marquardt-Mau, Privatleben p. 506; Daremberg-Saglio II 1265. 1330; Blümner, Technol. I 241. legitur inde ab* HOR. *et* CIRI. [*it.* cocco. *M.-L.*]

1 *excrescentia arborum quarundam*: PLIN. nat. 9, 141 -um Galatiae rubens granum (*cf.* MARCELL. med. 31, 33 mittesque in -um Galaticum). 16, 29 media -i colorem habent (33, 114). 16, 32 omnes tamen has eius dotes ilex solo provocat -o. granum hoc primoque ceu scabies fruticis. 1, 16, 12. 22, 3 ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae grani -um imperatoriis dicatum paludamentis. 23, 19 ampelos agria ... fert uvas rubentes -i modo. 24, 8 -um ilicis vulneribus ... imponitur. 1, 24, 4 medicinae ex...-o ilicis. 25, 79 infra hunc sucum est, qui in Gallia fit ex herba chamelaea, granum -i ferente. 37, 176 onocardia -o similis est. 37, 204 maximum pretium...e terra exeuntibus in -o. HIER. epist. 22, 9 homo dei non iratus est -is. 64, 19 -us igni et aetheri *deputatur*, quia ex terra gignitur. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 154 ex -o atque galbano (*χαλβάνη καὶ κόκκαλος Ps. Hippocr. περὶ διαίτης ὀξέων 34 Kühl.*)

2 *nomen coloris* (GLOSS. II 351, 68 *κόκκος τὸ βάμμα* -um. V 494, 69 -um vel coccinum color rubeus): CIRIS 31 horrida sanguineo pinguntur proelia -o (cocco, socco, corco *var. lect.*, sanguinea ... Gorgo *Bährens*). HOR. sat. 2, 6, 102 rubro ubi -o tincta ... canderet vestis. LVCAN. 10, 125 pars auro plumata nitet, pars ignea -o. PLIN. nat. 8, 197 vidimus ... vellera purpura -o ... infecta. 9, 134 dat austeritatem ... nitoremque, qui quaeritur -i (*cf.* 1, 9, 65). 9, 140 -oque tinctum Tyrio tingere. 10, 56 in superciliis *tetraonum* -i rubor. 21, 45 *colorem* rubentem in -o. 27, 70 cocco cnidio color -i. 33, 121 sincero *minio* -i nitor esse debet. 37, 103 unam *gemmam invenio*, quae purpuram radiet, alteram, quae -um. MART. 3, 2, 11 et -o rubeat superbus index. 5, 23, 5 non nisi vel -o madida vel murice tincta veste. QVINT. inst. 11, 1, 31 sicut vestibus quoque non purpura -oque fulgentibus illa aetas satis apta sit. SVET. Nero 30 piscatus est ... purpura -oque funibus nexis. SOL. 23, 4 fucant vellera, ut ad ruborem merum depotent -i (cocei *H*) venenum. 52, 59 *lychnites* meracius suffunditur -i rubore. EPIST. Alex. p. 219, 3 fungos -o rubriores [ITIN. Burdig. p. 21, 8 *aquam* habent hae piscinae in modum coccini (cocci natura *V*) turbatam.] HIL. in Matth. 33, 3 sanguine in -i colore perfunditur. AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 22 in -o enim species ignis ... denique in exodo -um (-us *codd. aliq.*) pro igne collocatum est ... non enim ex -o mundus ... in -o figura ignis expressa est (RVFIN. Orig. in exod. 13, 3 -us ad ignem *refertur*. GREG. M. in euang. 38, 10 -us quippe ignis speciem habet). HEGES. 5, 9, 2 peripetasma ... -o et hyacintho ... intextum ... -o igneum caelum figuratur. VVLG. lev. 14, 6 alium autem ... et -o (ITALA Lugd. netum coccinum) et hyssopo tinget. MART. CAP. 1, 7 strophio ... flammarum instar e -o atque ipso ... amiculo virginem virgo contexit. PAPYR. Marini 80, 2, 6 camisia tramosirica in -o et prasino.

I ***truncus arboris*:** GLOSS. caudex, truncus: κορμός (*cf.* κορμὸς τὸ ξύλον: codex, caudex). πρέμνον. caudix: robur vel radix; cortex. caudices: arborum radices. V 176, 18 *infra l. 53*. EVGRAPH. Ter. Haut. 877 rec. *a* caudex est truncus arboris conversa o in au, fit pro codex caudex, sicut pro cote cautis. SCHOL. Ter. p. 124. GLOSS. codex: κορμός. πρέμνον. στέλεχος. V 278, 57 talea macellariorum. V 419, 18 stofun (*anglosax. i. q. stirps, truncus arboris*). LYD. mens. 1, 28 φιτρός, *v. p. 1404, 18 sqq.*

A *scribitur* caudex: GELL. 16, 16, 3 *Varro* pedes cruraque arborum ramos appellat, caput stirpem atque -em. VERG. georg. 2, 30 quin et -bus sectis ... truditur e sicco radix oleagina ligno (SERV. *ad l.* pro 'codicibus'. *cf.* GLOSS. V 176, 18 caudicibus codicibus, iuxta radice⟨m⟩, unde 'caudicibus sectis' omnino excisis taleis). OV. met. 12, 432 -e (*sic M*^{2}, codice *M*) qui misso, quem vix iuga bina moverent, Tectaphon Oleniden a summo vertice fregit. PLIN. nat. 11, 151 robusti -es vetustate putres. 12, 56 *arborem* contorti esse -is, ramis aceris maxime Pontici. 12, 67 *arboris* -e duro et intorto. 13, 56 *ficus Aegyptia* pomum fert non ramis, sed -e ipso (*cf.* SOL. 32, 34 poma non ramis tantum gestitans, sed et -e). 13, 58. 95. 16, 22. 24. 91. 121 arbores quaedam simplices, quibus a radice -x unus et rami frequentes. 16, 124. 242. 17, 266 SVET. frg. *v. p. 1404, 13*. GELL. 5, 3, 3 -es ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. 5, 3, 5. 19, 12, 7 suboles vitium e radicibus -um super terram fusas revellentem. APVL. flor. 21 p. 99 lapidum globos et -um toros. CYPR. GALL. iud. 211 acclinis -e palmae. CARM. de Sod. 67 *arbor* circumfosso iam -e pendens. SOL. 35, 5 lignum -is *balsami*. HIL. trin. 9, 37 *ut* ramum arbor teneat in -e. HEGES. 4, 15, 2. EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 917^A. *adde l. 83 et p. 1404, 1.* *i. q. vimentum*: PETRON. 135 de -e lento viminea lances. *in convicio*: TER. Haut. 877 in me quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta in stulto, caudex, stipes, asinus, plumbeus (*cf.* PETRON. 74 codex, non mulier).

B *scribitur* codex: CALP. ecl. 1, 25 tu potes alto -e (cortice *var. lect.*) descriptos citius percurrere versus (*cf.* 1, 20 quaenam sacra descripta est pagina fago). COLVM. 4, 8, 2 recedere ab ipso -e instar unius digiti spatio conveniet, atque radiculas praecidere. 4, 8, 4 nec tam celeriter radiculae inveterato iam -e enascuntur. 5, 6, 21 circumcalcemus ipsum seminis -em. 5, 9, 13. 12, 19, 5 -es et vastiora ligna subiciantur. arb. 5, 3 optime *vitem* amputabis, sed ita ne -em laedas. 8, 5. 9, 2 ex eo -e cum *vitis* egerit coles. ITALA gen. 49, 21 (Lugd.) Nepthalim -x defectus (στέλεχος ἀνειμένον, VVLG. cervus emissus). SOL. 33, 10 *myrrhae* -x (cortex *var. lect.*) in vertiginem flexus et spinis hispidus. 52, 47 pomaria ficus habent, quarum -es (cau- *A*) in orbem ... extuberantur. 52, 52 PALLAD. 12, 7, 13. CYPR. GALL. Ios. 569 ipse senex *Moses* cautem (*i. tabulas legum*) terebinthi in -e (caudice *C, rectene propter adnominationem?*) ponit. GREG. TVR. Franc. 6, 45 vineas devastabant, ita ut incisis -bus cum uvis auferrent (7, 11 in -bus vinearum. Iul. 36). *in comparatione*: PETRON. 74 *v. p. 1403, 72*. *speciatim: ligneus stipes, ad quem servi alligabantur*: PLAVT. Poen. 1153 quos ego iam detrudam ad molas, inde porro ad puteum atque ad robustum -em. PROP. 4, 7, 44 -is immundi vincula sentit anus. IVV. 2, 57 residens in -e paelex (SCHOL. *ad l.* domina *servam* catena vinctam infigit -i). *nota*: SCHOL. Iuv. 11, 141 lanionum -es ex ulmis sunt.

II *i.* ***tabula, volumen, liber*:** GLOSS. codex: βιβλίον. διφθέρα τὸ βιβλίον, βίβλος. V 419, 17 (427, 52) -bus: lignis in quibus incidunt. VARRO frg. Non. p. 535, 11 antiqui plures tabulas coniunctas -es dicebant. SEN. dial. 10, 13, 4 *v. p. 1403, 31*. SVET. frg. p. 134 -x multorum librorum est, liber unius voluminis. et dictus -x per translationem a caudicibus arborum seu vitium, quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat (ISID. orig. 6, 13, 1). MALALAS ed. Bonn. p. 408, 14 ἀνὴρ βαστάζων κώδικα γεγραμμένον. LYD. mag. 3, 23. mens. 1, 28 τιλία ... ἡ φιλύρα· ὅθεν κῶδιξ τὸ βιβλίον. κῶδιξ δὲ κυρίως ὁ φιτρός ... καλεῖται. *de re v. Birt, Buchwesen p. 95 sqq.; Buchrolle in der Kunst (1907) p. 258; Wünsch, PW. IV 159.*

A *generatim*: CATO *v. p. 1403, 30*. CIC. Verr. 2, 119 Piso multos -es implevit earum rerum, in quibus *eqs.* 3, 104 cedo, quaeso, -em: circumfer, ostende. 4, 26 recitet ex -e (ASCON. Corn. p. 58 Cl. -em recitavit. p. 60). Cluent. 91 *quod* subsortitionem eius in eo -e non haberet, qui tum interlitus proferebatur. Sull. 44 cum ... tibi ... prius etiam edituri indicium fuerint scribae mei ... quam in -em rettulissent. Vatin. 5 -em legisse dicebatur (or. frg. A VII 5 -em tribunus plebis ipse pro contione legit. A VII 30 legere -em, cum intercedatur. ASCON. Corn. p. 61 Cl. QVINT. inst. 5, 13, 18 *al.*). ALF. dig. 33, 10, 6 nec pugillares et -es in supellectili sunt (*cf.* CASSIOD. rhet. 10 p. 498 Fortunatianum..., qui tribus voluminibus de hac re subtiliter tractavit, in pugillari -e ... redegimus). SEN. contr. 1 praef. 18 supervacuos sibi fecerat -es, aiebat se in animo scribere. 7 praef. 4 memini illum ... apud Fabianum philosophum ... cum -bus sedere. ASCON. Mil. p. 33 Cl. mensis et -bus librariorum. SENT. procos. Sard. (Corp. X 7852) 2 descriptum et recognitum ex -e ansato L. Helvi Agrippae proconsulis) (*talis codex pictus est* NOT. dign. or. 19 *et* occ. 17 *v. Mommsen, Hermes 2 [1867] 117*). PLIN. nat. 35, 7 tabulina -bus implebantur. QVINT. inst. 8, 6, 55. 10, 3, 28 non statim ... abiciendi -es erunt. 10, 3, 32 idque vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis -bus esse sublatum. IVV. 10, 236 -e saevo heredes vetat esse suos. SVET. Aug. 101 *testamentum* duobus -bus ... scriptum. VLP. dig. 13, 6, 5, 8 si tibi -em commodavero et in eo chirographum debitorem tuum cavere feceris. 32, 52 pr. librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta sive in membrana sint sive in quavis alia materia ..., si in -bus sint membraneis (CASSIOD. inst. div. 8 p. 1120^B membranaceo -e. hist. 2, 16) vel chartaceis (HIER. epist. 71, 5 opuscula mea ... descripta vidi in chartaceis -bus. CASSIOD. inst. div. 8 p. 1119^D) vel etiam eboreis vel alterius materiae vel in ceratis codicillis (*cf.* PAVL. sent. 3, 6, 87 libris legatis, chartae volumina vel membranae et philurae continentur; -es quoque debentur. librorum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur). VLP dig. 37, 11, 1, 6 in duobus -bus simul signatis. 43, 5, 3, 1 si tabulae in pluribus -bus scriptae sint. ACT. Arv. a. 218 a 20 in tetrastylo reversus est et in -e cavit et praetextam deposuit. COMM. apol. 11 tradito in -e legis. CAPITOL Gord. 1, 4 plurimos -es volvendo unam tamen paene historiam lectitare. ITIN. [Silv.] 10, 7 legeretur lectio ipsa de -e 33, 2 accipit -em euangelii. HIL. in psalm. 65, 3 in latinis -bus ita legimus ... in graecis vero libris, qui ex hebraeo proximi sunt, non eadem significantia scribitur. 118 he 13. psalm. instr. 2 OPTAT. 6, 5 p. 153, 3. 6. 9. 7, 1 p. 165, 10. COD. Theod. 9, 3, 4 (*a. 365*) in -e publico sollemnia inscriptionis impleta sint (AVG. epist. 35, 3 si haec illi perferri in notitiam per -es publicos fecero). AMM. 28, 1, 26 -em noxiarum artium (*i. librum magicum*) ... descripsisse. 29, 1, 41 congesti innumeri -es et acervi voluminum multi sub conspectu iudicum concremati sunt ... ut illiciti (*cf.* COD. Theod. 16, 5, 34, 1 [*a. 398*] -es eorum scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes ... mandamus sub aspectibus iudicantum incendio mox cremandos. 9, 16, 12 [*a. 409*] -bus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis. VICT. VIT. 3, 10 LIB. pontif. p. 116, 6. 122, 21. 130, 13). AMM. 30, 4, 16 *advocati* sunt rudes nonnulli, ut numquam se -es (*i. iuris*) habuisse meminerint. SERV. Aen. 5, 871 in nonnullis antiquis -bus (7, 568 ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 14, 1. PRISC. gramm. II 592, 22 in antiquissimis -bus invenitur). SERG. gramm. IV 484, 26 cum sit -x emendatus distinctione, media distinctione, subdistinctione, dicitur tamen -x esse distinctus (POMP. gramm. V 133, 5 docet quem ad modum distinguatur -x. RVFIN. Orig. princ. praef. [Hier. epist. 80] 3 inemendatum vel non distinctum -em. CASSIOD. gramm. VII 210, 9. SVBSCR. Verg. cod. Med. legi et distinxi -em). AMBR. Iob 3, 3, 7. 4, 6, 24. epist. 47, 1 transmisi petitum -em scriptum apertius atque enodatius, quam ea scriptura est, quam dudum direxi. HIER. vita Hilar. 35 venundato euangeliorum -e, quem manu sua adulescens scripserat. 36 reg. Pachom. 25. 100 nemo ... dimittat -em non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ligatum. -es, qui in fenestra id est intrinsecus parietis reponuntur ad vesperum, erunt sub manu secundi, qui numerabit eos, et ex more concludet (*cf.* ISID. reg. monach. 8, 1 omnes -es custos sacrarii habeat deputatos, a quo singulos singuli fratres accipiant, quos prudenter lectos vel habitos semper post vesperam reddant). HIER. reg. Pachom. 144. hom. Orig. in Luc. 7 p. 266 secundum alios -es (*supra* in aliquantis exemplaribus). adv. Rufin. 1, 9 multos -es praeparabat, ut . . . volentibus largiretur. 2, 23 qui de tuo -e transcripserunt. 2, 25. epist. 5, 2, 2 Tertulliani suum -em apud eum esse, quem vehementer repoposcit. et ex hoc quaeso, ut eos libros . . . librarii manu in charta scribi iubeas. 5, 2, 4 multis sacrae bibliothecae -bus abundamus. 18^{A}, 15, 7 licet in plerisque -bus ordo perversus sit. 18^{B}, 5 (21), 2. 20, 2, 1. 22, 30, 5 -es saeculares (RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 6. *cf.* PELAG. in Rom. praef. p. 645^{A} sacris -bus. AVELL. p. 40, 2. CASSIOD. hist. 3, 2 p. 948^{A} sacrum -em euangeliorum. 11, 17. AVG. epist. 137, 16 -es sanctos). HIER. epist. 22, 32, 1 aurum liquescit in litteras, gemmis -es vestiuntur. 23, 1. 27, 1, 2 latinorum -um vitiositatem. 36, 13, 4 ibi in nostris -bus *legitur eqs.* (57, 7, 6 hoc nostri -es non habent). 106, 2 quae in ἐξαπλοῖς -bus reperitur. 107, 12 pro gemmis et serico divinos -es amet, in quibus non auri et pellis Babylonicae vermiculata pictura, sed ad fidem placeat emendata . . . distinctio. 119, 12 quod in Latinis -bus legitur . . . in Graecis voluminibus non haberi (112, 22 hoc dixerunt esse in voluminibus Hebraeorum, quod in Graecis et Latinis -bus continetur). in Gal. 3, 7 p. 488. quaest. hebr. in gen. p. 35, 22 *hoc* in authenticis -bus non habetur. praef. Vulg. Iob veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos vel uncialibus . . . litteris onera magis exarata quam -es. PELAG. in Rom. 8 p. 684^{C} ille -em fecit, cum nec ipse scripserit. VVLG. Sirach 50, 29 doctrinam sapientiae et disciplinae scripsit in -e isto (*βιβλίῳ*) Iesus filius Sirach. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 31^{b} p. 570^{B} continuo haereticus et scriptis et missis per diversa centum -bus designetur. 2, 8 capita integra dictata ex -e Ciceronis inseruit. 2, 9 si . . . habuero gentilium -es. 2, 44 p. 620^{B} quod -es illius contra Iovinianum scriptos . . . subtraxerit de manibus legentium. 2, 44 p. 620^{C} meos vero non -es, sed schedulas imperfectas, inemendatas, furto cuiusdam nebulonis et fraude subtractas. hist. 10, 8, 17 *ut martyres* -bus superpositos per frusta caederent. Orig. in gen. 3, 5 in -bus ecclesiae habemus scriptum. AVG. epist. 29, 5 reddito exodi -e . . . sumpsi apostolum Paulum. 40, 2 non hoc -x ipse, ut assolet, in liminari pagina praetendebat (*i. inscriptionem*). 120, 1 quod mendosissimis fatigareris -bus (GREG. M. epist. 12, 6 p. 353, 6 mendosum -em. *cf.* AVG. retract. 1, 7, 2 mendositas nostri -is me fefellit. anim. 3, 5, 7). 141, 9 protulerunt -em Optati (*ibid.* libellum. civ. 18, 23). 157, 19 Graeci -es, unde in latinum scriptura translata est (civ. 13, 24). retract. 1, 10, 3 melioris interpretationis -es. 1, 21, 3 sic habuisse -es plurimos, verum tamen Afros . . . postea didicimus. c. Cresc. 3, 27, 30 dedi Pollo chartulas. nam -es mei salvi sunt. *ibid.* dedi -es medicinales. c. Faust. 11, 2 quae adversus vos de divinis -bus proferuntur (HIER. epist. 107, 12 CASSIOD. hist. 6, 3). *ibid. saepius.* c. Fort. 19. civ. 15, 10 (*saepius*). 15, 11 per hanc discrepantiam Hebraeorum -um atque nostrorum. *ibid.* nolentes derogare fidem -bus, quos in auctoritatem celebriorem suscepit ecclesia. 15, 12. 13. 14. 20. 23. 18, 23. 31. 43 utrisque -bus inspectis. *ibid.* nonnulli -es Graecos interpretationis Septuaginta ex Hebraeis -bus emendandos putarunt. 18, 46. 20, 20 *al.* in psalm. 40, 14 nobis serviunt Iudaei, tamquam capsarii nostri sunt, studentibus nobis -es portant. 67, 41. 121, 8 dicendo nos faciamus, ut non excidat etiam eis qui legere non noverunt aut noluerunt: nos simus -x ipsorum (*in imag.*). quaest. hept. 1, 155 in -bus Graecis, qui a diligentioribus conscripti sunt, quaedam *verba* obeliscos habent . . . quaedam asteriscos. 3, 53 ille -x verior est, qui emendatior videbatur (retract. 1, 7, 3 -es . . . veriores). c. Fel. 1, 3. conf. 8, 6, 14 supra mensam lusoriam, quae ante nos erat, attendit -em; tulit, aperuit, invenit apostolum Paulum. 8, 12, 29. doctr. christ. 2, 11, 16 ut cuique primis fidei temporibus in manus venit -x Graecus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguae habere videbatur, ausus est interpretari. 2, 12, 18. 2, 14, 21 plurimum hic quoque iuvat interpretum numerositas collatis -bus, inspecta atque discussa . . . . -bus emendandis primitus debet invigilare solertia eorum, qui scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant ex uno interpretationis genere venientes. 2, 15, 22 Latini . . . -es veteris testamenti . . . Graecorum auctoritate emendandi sunt (*ibid.* libros novi testamenti). c. Iul. 6, 10, 33 non fere invenitur Latinus -x, si non a vobis nunc incipiat emendari, vel potius in mendum mutari. CASSIAN. conl. 18, 15, 3. 19, 12, 3 inst. 4, 13. CANON. Migne 56 p. 887^{C} duo episcopi exponant et teneant euangeliorum -em super caput. AVELL. p. 695, 16. 696, 9. MARCELL. chron. II p. 63, 392, 12 ut omnes veteris testamenti libros de Hebraeorum scilicet -bus verteret in Latinum. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 907 in multis cosmographiae -bus. SIDON. epist. 2, 9, 4 quod qui inter matronarum cathedras -es erant, stilus his religiosus inveniebatur. LIB. pontif. p. 195, 10 catholicae fidei defensor pius princeps secretario residens, inquisitione de ipsos -es facta, ita repperit falsa noviter addita fuisse. 195, 17. VICT. VIT. 1, 41. 3, 20. SEDVL. carm. pasch. praef. 4 nec quaeras opus hic -is artificis sed modicae contentus adi sollemnia mensae (*cf.* CARM. cod. Petav. 24, 4 ponentur nitidae -is arte dapes. INSCR. christ. Hisp. 379 b, 4). PRISC. gramm. II 72, 11 in quibusdam . . . -bus scriptum. 256, 20. 345, 1 sic veteres -es habent (PALLAD. hist. mon. I 52). 350, 16. 394, 13. 527, 24 *al.* ENNOD. carm. 2, 123 tit. in cubiculum super -es in ordine positos. opusc. 2, 116. CASSIOD. gramm. VII 144, 7 post -em, in quo artes Donati cum commentis suis et librum de etymologiis . . . collegi. 210, 9 reliquos -es, qui non sunt tali distinctione signati, notariis diligenti tamen cura sollicitis relegendos atque emendatos reliqui, qui etsi non potuerint in totum orthographiae minutias custodire, emendationem tamen -um antiquorum adimplere modis omnibus festinabunt *eqs.* 211, 4. 216, 2 quem -em nostra curiositate formavimus. inst. div. praef. p. 1107^{B}. 1108^{D}. 1109^{B}. 1 primus scripturarum divinarum -x est octateuchus. 2. 3. 8 p. 1119^{D} quendam anonymum -em. 10 ut . . . in uno corpore adunati -es clauderentur (*cf.* in psalm. praef. *l.* 26). 11 p. 1123^{C} -x encyclius. 14 in -e grandiore. 16. 25. 26 quibusdam -bus patrum praesentes notas minio designatas, quae sunt indices -um. 30 p. 1145^{D} his addidimus in -bus cooperiendis doctos artifices. hist. 2, 16 quinquaginta membranaceos -es bene confectos et ad usum habiles ab artificibus antiquariis et perfecte artem scientibus scribi praecipias. 7, 16 p. 1081^{C} famulus plumacium et -em gerens. 8, 1 p. 1105^{A} meus -x natura creaturarum est. var. 3, 53, 5. in psalm. praef. p. 9^{B} uno -e tam diffusa complectens, quae ille in decadas quindecim mirabiliter explicavit. praef. p. 9^{C} quem -em etiam per quinquagenos psalmos cum praefationibus suis trina sum divisione partitus; ut et claritas litterae senioribus oculis se pulchrius aperiret et desiderio legentium fratrum numerosi -is corpora praestarentur. ORIBAS. syn. 1 praef. synopsim, id est ex diversis congregatum -bus opus habent. COD. Iust. 11, 58 (57), 5, 1 post -um oblationem. 12, 20, 3, 2 sine divali probatoria, quam -es in sacro nostro scrinio memoriae positi debeant inserendam accipere. HIST. Apoll. rec. A 6 aperto scrinio -um suorum inquisivit quaestiones philosophorum. GREG. M. in euang. praef. homilias . . . in duobus -bus ponere curavi. epist. 1, 41 p. 58, 1 fraternitati vestrae -es direxi, quorum notitiam subter inserui. 3, 29 p. 187, 25 quasi paginae nobis -um factae sunt ipsae iam plagae terrarum (*cf.* VVLG. apoc. 6). 5, 17 p. 299, 8 -em regulae pastoralis . . . presbytero transmittendum per harum portitores direximus. 5, 53^{a} opus hoc per triginta et quinque volumina extensum in sex -bus explevi. 8, 28 p. 29, 11 pauca quaedam in unius -is volumine collecta. 9, 38 p. 67, 27 -es vel ornamenta pariter ablata quaeruntur. 9, 135 p. 134, 5 ex adnotatione haeretici -is. PALLAD. hist. mon. I praef. p. 249/50 tamquam minutis -em litteris scriptum (*λεπτόγραφον βιβλίον*). 19 p. 298^{C} BENED. reg. 9. 10. 33 neque -em neque tabulas neque graffium. 38. 48 accipiant singulos -es de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant, qui -es in caput quadragesimae dandi sunt. ISID. eccl. off. 2, 11, 1 coram plebe tradit eis -em apicum divinorum ad dei verbum annuntiandum. epist. 13, 2 -em Etymologiarum cum aliis -bus de itinere transmisi. EVG. TOLET. carm. 8, 42 in -e missa simul *biblia*. ILDEF. vir. ill. 1. 4 copiosisque librorum -bus. SVBSCR. Quint. cod. Bamberg. descripsi et emendavi . . . de -e. Oros. hist. cod. Laurent. lib. 5 fin. confectus -x in statione *eqs.* Cassiod. cod. Bamberg. -x archetypus, ad cuius exemplaria sunt reliqui corrigendi.

B *speciatim*: **1** *liber rationum, codex accepti et expensi* (*cf.* adversaria *vol. I p. 842, 44 sqq.; Leonhard, PW. IV 160*): CIC. Q. Rosc. 1 ut mea causa falsum in -em referret (4 quod in -em iniuratus referre nolit, id iurare in litem non dubitet. 5 non habere se hoc nomen in -em accepti et expensi relatum confitetur. 8 in -em acceptum et expensum referri debuit). 4 quo modo ~~HS~~ CCCIↃↃↃ in -e accepti et expensi non sunt (9 utrum cetera nomina in -em accepti et expensi digesta habes an non?). 5 suum -em testis loco recitare arrogantiae est. 6 quod si eandem vim . . . habent adversaria quam tabulae, quid attinet -em instituere, conscribere. 7 -em protulit, tabulas recitavit (Verr. 2, 157 quod falsum -em protuleris. VLP. dig. 2, 13, 6, 7 tradere libellum vel -em proferre). 14 *hanc pecuniam* expensam latam non esse -es Fannii confirmant. Verr. 2, 92 in -is extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. 2, 149 in me causam conferebat, quod eum -em obsignassem. 4, 41 -is lituras tui contemplare in Sthenii nomine. IVV. 7, 110 qui venit ad dubium grandi cum -e nomen. GAIVS dig. 2, 13, 10, 2 ut non totum cuique -em rationum totasque membranas inspiciendi describendique potestas fiat, sed ut ea sola pars rationum, quae ad instruendum aliquem pertineat, inspiciatur et describatur. SCAEV. dig. 46, 3, 88 idque ipsum -e conscriptum est. PAPIN. dig. 5, 1, 45 ut ex provincia -es afferantur. PAVL. dig. 2, 13, 9, 2 probatio scriptura -busque eorum maxime continetur. **2** *apud* Icros: *collectio constitutionum: tituli*: COD. Greg. COD. Herm. COD. Theod. (*de his v. l. 78 sqq.*), COD. Iust. (*v. p. 1407, 10*). COD. Iust. de novo -e componendo; de Iustiniano -e confirmando. COD. Theod. 1, 1, 5 (*a. 429; item* COD. Theod. gest. in sen. 4) ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani -is cunctas colligi constitutiones decernimus (COD. Iust. de cod. comp. pr. multitudine constitutionum, quae tribus -bus Gregoriano et Hermogeniano atque Theodosiano continebantur). NOVELL. Theod. 1 rubr. (*a. 438*) de Theodosiani -is auctoritate (COD. Theod. gest. in sen. [*a. 443*], 4 legit ex -e Theodosiano. *ibid. al.* const. de const. [*a. 443*] Theodosiani -is. ISID. orig.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 1, 7 quem *-em* a suo nomine Theodosianum vocavit. *at libri eiusdem nude* Theodosianus, *v. Meyer, praef. p. 11 et adde l. 9*). Cod. Theod. gest. in sen. 3 -x utriusque principis. Novell. Theod. 2 pr. (*a. 447*) postquam in corpus unius -is divorum retro principum constitutiones nostrasque redegimus. Avell. p. 236, 12 propositis nobis et diligenter inspectis . . . synodalibus -bus atque gestis (297, 6 gesta . . . concilii in synodalibus -bus diligentissime perquirentes). Lex Visig. suppl. p. 466, 22 (467, 1; *a. 506*) ex praescriptione gloriosi Alarici regis hunc -em de Theodosiani legibus . . . edidi atque subscripsi. Marcell. chron. II p. 103, 531, 12 his consulibus -x Iustinianus promulgatus est (Cod. Iust. de emend. cod. 4 cum memoratus Iustinianus -x a praedictis gloriosissimis . . . viris purgatus et candidus factus omnibus ex nostra iussione et circumductis et additis et repletis. Greg. M. epist. 13, 50 p. 415, 10. *cf.* Cod. Iust. 1, 1 tit. -is d(omini) n(ostri) Iustiniani . . . lib(er) I). Cod. Iust. 1, 17, 1, 11 iubemus duobus istis -bus omnia gubernari, uno constitutionum, altero iuris enucleati et in futuro -e componendi. de emend. cod. 2 constitutiones, quae post nostri -is confectionem latae sunt, extra corpus eiusdem -is divagabantur (Iulian. epit. novell. 67, 1). Inst. Iust. 2, 10, 10 nec eiusmodi veterem constitutionem nostro -i inseri permisimus. 2, 16, 1 constitutionem in nostro posuimus -e. 2, 20, 27. 3, 1, 16. 3, 3, 4. 4, 6, 24 Novell. Iust. 37, 9.

synon. ad II A: exemplar, liber, volumen. *ad II B 2*: constitutio.

derivata: caudica, caudicalis, caudicatus, caudiceus. codicarius, codiculus, codicillus. *cf. graeca κῶδιξ, ἀναχωδίκευσις.*

cōdia (cōdya), -ae *f.*, *κωδία* (*κώδεια*, *κωδύα*), *nomen herbae generis papaveris.* Gloss. papaveris flos: -a. *adde fort.*: Gloss. III 584, 55 melangrio i. malum terrae rotunda sive coxa (*lege* codia) sive papaveris flores *eqs.* Diosc. 3, 42 (*de meliloto*) mixtus medium ovi assi et pollines feni Graeci . . . aut codie (*κωδνῶν*) adibiti. Plin. Val. 3, 8 -as unam, capita papaveris numero triginta infundes. Isid. orig. 4, 9, 9 sicut diacodion, quia ex -a, id est ex papavere fit. *Spelthahn.*

eodem pertinent formae: masc. **cōdios** (-ī): Gloss. III 581, 33 -os agrius i(d est) papaver agreste. *neutr.* cōdion: Gloss. III 544, 43 -on agrion: papaver agreste (544, 48). *fem.* **cōdya, -ae**: Ps. Apul. herb. 54 *i. q. papaver silvaticum* (*deest ap. Ackermann, testatur Köbert*). Cass. Fel. 62 p. 155, 5 -as, id est papaveris agrestis capitella. *inde fere coaluit* **diacōdiōn** (diacōdyōn) *indecl. nomen medicamenti, sc. διὰ κωδίων.* Theod. Prisc. log. 64 his etiam -ion convenit accipere. Cass. Fel. 33 p. 70, 4 dandum etiam et -yon singulariter (66 p. 164, 1 -yon electuarium). Soran. 136 p. 44, 14 possumus uti . . . -ion. Cael. Aur. chron. 2, 7, 103 catapotia ut est -ion simplex. acut. 1, 7, 172 antidoto *διακωδίων*. 3, 3, 18 -ion medicamen. Isid. orig. 4, 9, 9 *supra l. 33.* *Mbr.*

cōdicārius (caudic-), -a, -um [*a* codex, caudex, *cf.* caudica. *Th.*]. *forma* caud-: Corp. II 260. VI 1759, 15. *in codicibus*: Sall. hist. frg. 4, 59 (*ap. Non. p. 535*) Cod. Theod. 14, 3, 2. 14, 4, 9. 14, 15, 1. Gloss. V 627, 3. *forma* cod-: Corp. VI 1624. 1639. 1649. XI 2643 (XIII 5826*?* *v. l. 73*). XIV 131, 7. 170, 10. 185, 2. 309, 7. 4144. 4234. *adde nom. propr.*

i. q. e caudice (sc. e tabulis ligneis) fabricatus: 1 navis -a: Varro frg. Non. p. 535, 11 quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant; a quo in Tiberi naves -as appellamus. Paul. Fest. p. 46 -ae naves ex tabulis grossioribus factae. Sen. dial. 10, 13, 4 naves nunc quoque ex antiqua consuetudine, quae commeatus per Tiberim subvehunt, -ae vocantur. Non. p. 535 -as naves etiam nunc consuetudo appellat eas, quae in fluminibus sunt usui. Gloss. -ae (claud- *codd.*) naves onerariae. Sall. hist. frg. 4, 59 naves -ae occulte per hiemem fabricatae aderant. 2 *inde* -i navicularii, *vel* -i *absolute i. q. nautae Tiberis (de re cf. Seeck, PW. IV 173/4):* Cod. Theod. 14, 3, 2 (*a. 355*) patronos pistoribus constitutos . . . -orum corpori minime de cetero copulandos. 14, 15, 1 (*a. 364*) mensores et -i levioribus pretiis pistoribus *frumentum* venundare cogantur. 14, 4, 9 (*a. 417*) ad excludendas patronorum -orum fraudes et Portuensium furta mensorum. Corp. II 260 L. Iulius Maelo caudic(arius) flam(en) divi Aug(usti). VI 1624 viro innocentissimo -i navicularii (1639. XIV 106, 9. 131, 7 -i nabiculari infernates. 170, 10. 185, 2 infra pontem s⟨ublicium⟩). 1649 defensori -orum. 1759, 15 vetus fuit cum -is diuturnumq(ue) luctamen. XI 2643 cor⟨porati i⟩n corpore -orum. XIV 309, 7 codicar(iorum) curat(or) Osti(en)s(ium). 4144 ⟨quin⟩q(uennales) corporis splendedissimi codicar(iorum) *Ostiae.* 4234 (*Ostia*) -us item mercator frumentarius. *fort. add.*: Corp. XIII 5826 d. m. Peculia R(...*?*) cod(icario*?*) discent(es*?*) p(onendum) c(uraverunt).

cōdicellus *v.* codicillus.

cōdicillāris, -e *a* codicillus. *i. per codicillos imperatoris datus.* Lampr. Alex. 49, 2 pontificatus et quindecimviratus et auguratus -es fecit, ita ut in senatu allegarentur. Corp. XIV 154, 6 fisci advocat(o) codicill(ari) stationis hereditat(ium) et cohaerent(ium) (VIII 1439).

cōdicillārius, -a, -um *a* codicillus. *i. codicillaris.* Cod. Theod. 6, 22, 7 (*a. 383*) ne singulorum quorumque -ae dignitates his, qui insignia administrationis gesserint, praeferantur. Cassiod. var. 6, 16, 4 qui -is illustratibus probantur ornari.

cōdicillus, -ī *m.* [*a* codex caudex, codiculus *deminutive. Th.*]. Gloss. -os *κωδικίλλους.* *forma* codicellus: Sen. epist. 55, 11 (*p LV*) Gramm. suppl. 70, 14 Hier. epist. 8, 1 (*pars codd.*) Hist. Apoll. rec. A 19 *quater*, 20 *sexies*, 21 *quater in cod. P.* Gloss. III 32, 33 Papyr. Marini 74, 7, 6. 9 *al.* Gaius dig. 50, 16, 148 semper plurativo numero profertur, sicut et pugillares et -i. *singularis extat*: Marcell. dig. 29, 7, 19 Paul. dig. 32, 41, 2 Cod. Theod. 8, 18, 7. 16, 2, 27 pr. 16, 5, 40, 5 Vict. Vit. 3, 9 Cod. Iust. 1, 2, 14, 1 pr. 1, 5, 4, 5 Hist. Apoll. rec. A 20. 21 Isid. orig. 5, 24, 14 Gloss. II 407, 62. *fort.* codicillum, -ī *n.*: Cod. Iust. 1, 2, 13 testamento vel -o suo, quod tamen alia omni iuris ratione munitum sit. *apud Graecos*: Papyr. Wessely, Wiener Stud. 24 (1902) 135 *ἑρμηνία κωδικίλλων διπτύχων* (*a. 194*). Inscr. Monumenti d. Ac. d. Lincei 18 p. 335 *κωδικίλλοις* (*saec. III*). Inscr. Graec. Rom. Cagnat I 113 *ἀπελεύθερος ἐπὶ τῶν κωδικίλλων.* 174 *ἐξ ἐπιστολῆς ⟨καὶ⟩ κωδικίλλων.* 175. Inscr. Revue archéol. 4 sér. XII (1908) p. 458 n. 212 *στηλοπ⟨οίησις πασῶν⟩ τῶν καταλε⟨λεγμένων ἐν τοῖς⟩ κωδικίλλοις.* Lyd. mag. 3, 4 *κωδικίλλων ἀντὶ τοῦ δέλτιον.* 3, 7. Malalas ed. Bonn. p. 384, 1 *τὰ κωδικίλλια.* Constant. Porphyr. cer. aul. p. 238 *κωδικέλλια.* p. 254 *κωδίκελλος.* *de re cf. Seeck, PW. IV 174—183.* *legitur inde a* Catone.

I *i. parvi arborum trunci*: Cato agr. 37, 5 ligna in caminum ficulna et -os domino in acervum compone. 55 -os oleagineos. 130.

II *materies scribendi*: **A** *tabellae scriptoriae cera illitae*: Cic. Att. 4, 8^{b}, 2 ut non minus longas iam in -orum fastis futurorum consulum paginulas habeant quam factorum. epist. 9, 26, 1 accubueram horā nonā, cum ad te harum ⟨litterarum⟩ exemplum in -is exaravi. Petron. 55 statimque -os poposcit (Plin. epist. 2, 20, 5 poscit -os). Plin. nat. 16, 155 e smilace fiunt -i, propriumque materiae est, ut admota auribus lenem sonum reddat. Stat. silv. 4, 9, 41 dare cereos olentes cultellum tenuesve -os. Vlp. dig. 32, 52 pr. librorum appellatione continentur omnia volumina . . . *etiam si* in ceratis -is *sunt*. Hier. epist. 8, 1 ante chartae et membranarum usum aut in dedolatis ex ligno -is aut in corticibus arborum mutua epistularum alloquia missitabant. Diff. Suet. p. 311, 8 pugillares dicuntur -i, qui tam parvi sunt, ut pugillo teneri possint.

B *latiore sensu i. q. pugillares, libellus, volumen*: 1 *generatim*: Cic. Phil. 8, 28 hic hesterno die sententias vestras in -os et omnia verba referebat. Att. 12, 7, 1 quae desideras, omnia scripsi in -is eosque Eroti dedi. ad Q. fr. 2, 9, 1 epistolam hanc convicio efflagitarunt -i tui. epist. 6, 18, 1 simulatque accepi a Seleuco tuo litteras, statim quaesivi e Balbo per -os, quid esset in lege. Svlp. Rvf. Cic. epist. 4, 12, 2 obviam mihi venit cum -is, in quibus erat scriptum (Petron. 129 -osque mihi . . . reddidit, in quibus haec erant scripta). Catvll. 42, 11 moecha putida, redde -os. Sen. contr. 2, 2, 12 in utrisque -is idem versus erant. 4 praef. 5 cum mortuo in Syria C. Caesare per -os questus esset divus Augustus. Sen. clem. 1, 15, 4 priusquam aperirentur -i. epist. 55, 11 adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam non epistulas, sed -os tibi scribere (Plin. nat. 13, 88 curve Homerus in illa ipsa Lycia Bellerophonti -os datos, non epistulas, tradiderit. 33, 12 cum et *Homerus* -os missitatos epistularum gratia indicet. Mart. 5, 51, 3 -is hinc et inde prolatis epistolisque). Qvint. inst. 7, 2, 52 -i dubium ad quem scripti. Tac. ann. 3, 16 recitat -os a Pisone in hunc ferme modum compositos. 3, 67 ausis ad Caesarem -is, quibus invidiam et preces miscuerat. 4, 39 *Seianus* componit ad Caesarem -os: moris quippe tum erat quamquam praesentem scripto adire. 6, 9 precatus per -os, immiti rescripto venas resolvit. 11, 34 -os libidinum indices tradidit. 14, 50 quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris quibus nomen -orum dederat *Fabricius Veiento*. Plin. epist. 3, 18, 4 non per -os, non per libellos . . . admoniti. 6, 16, 8 accipit -os. 10, 4, 2. paneg. 70 qui provinciam rexerit non tantum -os amicorum . . . sed decreta coloniarum . . . alleget. Svet. Tib. 51 veteres quosdam ad se Augusti -os de acerbitate et intolerantia morum eius e sacrario protulit atque recitavit. Nero 49 perlatos a cursore Phaonti -os praeripuit. Otho 10 binos -os exaravit ad sororem consolatorios. gramm. 14 cum -os Memmi ad Pompei uxorem de stupro pertulisset. Cledon. gramm. V 13, 31 vicarius dicitur is qui ordine -orum vices agit amplissimae praefecturae. Schol. Hor. epod. 12, 2 -os amatorios. Hist. Apoll. rec. A 19 scribite in -os nomina vestra et dotis quantitatem; et dirigo ipsos -os filiae meae . . . rex accepit -os anuloque suo signavit (20 scripsit -os et signatos suo anulo). 20 puella reserato (resignato *Riese*) -o legit. *ibid.* accepto -o rex resignavit et aperuit illum. 21.

2 *speciatim*: **a** *mandatum principis, rescriptum, diploma* (*cf.* Gloss. II 407, 62 *πιναξὶς βασιλική*): Tac. dial. 7 habere quod . . . nec -is datur nec cum gratia venit. Agr. 40 credidere plerique libertum ex secretioribus ministeriis missum ad Agricolam -os, quibus ei Suria dabatur, tulisse cum praecepto, ut *eqs.* ann. 1, 6 is ad tribunum miserat -os, *qui caedem Agrippae continebant.* 13, 20 scriptos esse ad Caecinam Tuscum -os, mandata ei praetoriarum cohortium cura. Svet. Tib. 22 hunc tribunus militum custos appositus occidit, lectis -is, quibus ut id faceret iubebatur. 42 praefecturam urbis confestim detulit, -is quoque iucundissimos et omnium horarum amicos professus. Cal. 18 -os, quibus praetorem eum extra ordinem designabat. Claud. 5 id solum -is rescripsit. 29 suppositos aut etiam palam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

immutatos datorum officiorum -os. HERMOG. dig. 27, 1, 41 pr. administrantes rem principum ex indulgentia eorum, licet citra -os. SYMM. rel. 27, 3 cum ab eo palatini honoris indicia poscerentur, ut -orum praerogativa monstraret. AMM. 25, 8, 9 oblatis magisterii equitum et peditum -is. MACR. sat. 1, 23, 14 misit signatos -os. COD. Theod. 6, 22, 1 (*a. 321*) si quis iudicio nos⟨tr⟩o se adeptum -os adstruxerit et idem vel su⟨pe⟩rna -orum impressio vel scriptura adstipuletur interior. 6, 4, 23 (*a. 373*) consulares ac praetorios -os . . . consecuti. 9, 27, 1 (*a. 380*) ablatis -orum insignibus (COD. Iust. 12, 1, 12). 6, 22, 5 (*a. 381*) qui extra palatium constituti -is proconsularibus . . . vestiuntur (6, 22, 7 pr. [*a. 383*] impetratis forte proconsularibus -is). 6, 22, 8 pr. (*a. 425*) sive imaginarios sive inter agentes -os acceperit. 6, 22 tit. de honorariis -is (7, 8, 16, 1 [*a. 435*] honorarios eiusdem praefecturae meruerint -os. COD. Iust. 3, 24, 3, 2 [*a. fere 485*] qui sine administratione honorariis decorati fuerint -is). *al.* SIDON. epist. 1, 11, 6 ad Gallias administrandas fascibus prius quam -is ausus accingi. 5, 16, 1 esse se gerulum -orum. CASSIOD. var. 6, 10 tit. formula qua per -os vacantes proceres fiant. COD. Iust. 12, 3, 5 pr. imperialibus -is praestitis (INST. Iust. 1, 12, 4. GREG. TVR. Franc. 2, 9 cum Asterius -is imperialibus patriciatum sortitus fuisset). COD. Iust. 1, 27, 1, 18 ut non multa dispendia pro completione chartarum vel -orum . . . iudices sustinere videantur. 1, 27, 1, 19 ut iudices . . . pro -orum atque chartularum promotionis suae consuetudinibus nihil ultra quam sex solidos praebeant. 1, 49, 1, 2 -i alterius administrationis oblati. 12, 8, 2 pr. honorariorum, qui praesentes a nostro numine sine cingulo -os tantum honorariae dignitatis adepti sunt. 12, 32, 1 -is perfectissimatus fruantur. NOVELL. Iust. 27, 1. 62, 2, 5 patriciatus -os accipere. GREG. TVR. Franc. 2, 38. CORP. VI 6190 M. Vlpio Aug(usti) lib(erto) Laleto a -i s (8440 Aurelius Egatheus imp(eratoris) Antonini Aug(usti) lib(ertus) a -is. 8441 lib(erti) a -is. VI 8442 Aug(usti) lib(erto) Strato⟨ni⟩ adiutori a -is. XIV 4011). *in imagine*: PETR. CHRYS. serm. 144 p. 588[A] hic qui non de euangelii fide acceperit -os, ibi aeternarum infulas non habebit dignitatum. **b** *genus quoddam testamenti*: ISID. orig. 5, 24, 14 -us, ut veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictum, qui hoc scripturae genus instituit. est autem scriptura nulla indigens sollemnitate verborum, sed sola testatoris voluntate qualicunque scripturae pronuntiatione expressa, cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subventum propter legalium verborum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum sollemnium, ita ut qui scriberet, et titulum eiusdem scripturae -um vocet. sicut autem -us fit vice testamenti, ita epistola vice -orum. TAC. ann. 15, 64 sine ullo funeris sollemni crematur. ita -is praescripserat, cum . . . supremis suis consuleret. 16, 17 exsolvit venas, scriptis -is quibus grandem pecuniam in Tigellinum . . . erogabat. 16, 19 ne -is quidem, quod plerique pereuntium, Neronem . . . adulatus est. PLIN. epist. 2, 16, 1 admones me -os Aciliani, qui me ex parte instituit heredem, pro non scriptis habendos, quia non sint confirmati testamento. 6, 31, 7 Iuli Tironis -i, quos ex parte veros esse constabat, ex parte falsi dicebantur. CODICILL. (Corp. X 7457) **1** exemplum -orum (*a. 175*). DIG. 29, 7 rubr. de iure -orum. IVLIAN. dig. 29, 7, 2, 2 -orum ius singulare est, ut quaecumque in his scribentur perinde haberentur, ac si in testamento scripta essent. 29, 7, 2, 3 furiosus non intellegitur -os facere. 29, 7, 2, 4 hereditas testamento inutiliter data non potest -is quasi hereditas confirmari. 29, 7, 3, 2 testamento facto etiamsi -i in eo confirmati non essent, vires tamen ex eo capient. GAIVS inst. 2, 270[a] nisi in testamento caverit testator, ut quidquid in -is scripserit, id ratum sit. fideicommissum vero etiam non confirmatis -is relinqui potest. 2, 273 item -is nemo heres institui potest neque exheredari, quamvis testamento confirmati sint. at is qui testamento heres institutus est, potest -is rogari, ut eam hereditatem alii totam vel ex parte restituat, quamvis testamento -i confirmati non sint. PAPIN. dig. 29, 7, 5 ante tabulas testamenti -i facti non aliter valent, quam si testamento quod postea factum est vel -is confirmentur. PAVL. dig. 29, 7, 8 pr. conficiuntur -i quatuor modis: aut enim in futurum confirmantur aut in praeteritum aut per fideicommissum testamento facto aut sine testamento. 29, 7, 16 intestato patre familias mortuo nihil desiderant -i, sed vicem testamenti exhibent: testamento autem facto ius sequuntur eius. 29, 7, 17 litterae, quibus hereditas promittitur vel animi affectus exprimitur, vim -orum non optinent. 36, 2, 6, 2 eorum legatorum, quae in -is relicta sunt, perinde dies cedit atque testamento relictorum. MARCIAN. dig. 29, 7, 6, 1 -os et plures quis facere potest et ipsius manu neque scribi neque signari necesse est. 29, 7, 6, 3 -os is demum facere potest, qui et testamentum facere potest. MOD. dig. 28, 7, 27, 1 hereditas -is neque adimi potest. *et saepissime similia.* SYMM. epist. 2, 13, 1 recens sanctio de fideicommissis et -orum commodis ab optimo principe in aeternum repudiatis. COD. Theod. 4, 4 tit. de testamentis et -is (*cf.* COD. Iust. 6, 36 tit. de -is. INST. Iust. 2, 25 tit. de -is). 4, 4, 2 pr. (*a. 389*) quae -is aut epistulis nobis necessitudinibusve nostris relinquuntur, non admittimus. 8, 18, 7 (*a. 395*). 16, 2, 27 pr. (*a. 390*). 16, 5, 40, 5 (*a. 407*) *al.* COD. Iust. 1, 2, 13. 1, 2, 14, 1. 1, 17, 2, 6. 6, 4, 3 pr. 6, 22, 10 pr. 6, 23, 28 pr. in tempore, quo testamentum conditur vel -us nascitur vel ultima quaedam dispositio secundum pristinam celebratur observationem. 6, 23, 28, 6. 6, 27, 5, 1 d. 6, 51, 1, 14 in -is et omni ultimo elogio. INST. Iust. 2, 25 ante Augusti tempora constat ius -orum non fuisse, sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa coeperunt, -os introduxit. CORP. III 653 ex -is eius testa⟨mento fieri⟩ iussit. 5202. VI 10239, 6 testamento codicillisv⟨e⟩. VIII 5299 codi⟨c⟩illis suis statuam ⟨Nep⟩tuni . . . poni iussisse⟨t⟩. 7074 ⟨her⟩es ex -is eius. XIV 382 testamento aut co⟨dicillis⟩. 2795, 9 secundum exemplum -orum. PAPYR. Marini 74, 7, 6 *testamentum* etiam ab intestato vice -orum meorum valere volo. 74, 7, 9 si quos -os in carta membrana . . . reliquero.

derivata: codicillaris, codicillarius.

cōdiculus (caud-), -ī *m. a* codex *demin., cf.* PRISC. gramm. II 106, 21 codex codicis -us. GRAMM. suppl. 70, 14. **1** GLOSS. V 617, 11 caudiculi sunt ramusculi. **2** *i. q. libellus*: VIRG. gramm. epist. praef. p. 105, 4 qui quicquid vaticinatus fuisset tabellis et -is imprimebat. EVG. TOLET. hex. praef. pros. **11** si non inde aliquid in hoc -o haberetur. *Spelthahn*

cōdifico *v.* caudifico.

[**codīlion** DIOSC. 3 praef. *et* 3, 10 *bis pro* ⟨cro⟩codilion, *v. vol. IV p. 1213, 67 sqq.*]

? codiocōntōn tonsillarum CAEL. AVR. acut. exc. 12 p. 707. *hibride pro συν-διογκώντων fictum esse voluit Daremberg.*

cōdiou, cōdios *v.* codia *p. 1407, 34 sq.*

cōdra, cōdrāus *v.* quadr-. **cōdya** *v.* codia *p. 1407, 36 sqq.*

coeaneus *i. q.* cyaneus, *v. vol. IV p. 1581, 40.*

coëbriōsus, -a, -um *a* co- *et* ebriosus. GLOSS. V 281, 13 conpotrix: convivola (*lege* combibula) vel coe[le]briosa.

coebus *v.* cubus *vol. IV p. 1279, 79.*

coecus *v.* caecus *p. 42, 3.*

? coelaula, -ae *f., si recte conicitur, cf. c.* κοιλὸς αὐλός. APVL. flor. 9 p. 35 *ampullam oleariam* iuxtaque honestam strigileculam *habebat*, recta fastigatione -ae (cylaulae *cod.*, "*fortasse sanum vocabulum . . . significat* 'ansa cylindrica'" *Rossbach*; cymulae *Helm*, clavulae *Crusius*), flexa tubulatione ligulae, ut et ipsa in manu capulo moraretur.

coelē *v. nom. propr.*

coēlēctus, -a, -um *a* co- *et* electus, eligere. VVLG. I Petr. 5, 13 ecclesia quae est in (*om. Demidov.*) Babylone -a (*ita Demidov. et textus Clement.*, collecta *Sixtin.*; συνεκλεκτή, conelecta *Amiat.*, cumelecta *cod. gigas et Fuld.*, electa ITALA codd. h *et* q).

coëlementātus, -a, -um *a* co- *et* elementum. *i. q. ex elementis fictus*: TERT. adv. Val. 23 p. 200, 13 in isto . . . mundo -o et concorporificato . . . ex Sophiae utilissimis casibus. *Mbr.*

✕coeliacus, -a, -um, κοιλιακός. *vocis scriptura variatur in codd., ex. gr.*: cȳl-: SER. SAMM. 488 MARCELL. med. 27 *passim*, ORIBAS. syn. 1, 35 eup. 2, 1 A 10. L 13. M 13. R 2. S 24. cīl-: MARCELL. med. 22, 13 PS. HIPPOCR. epist. 5 PLAC. med. 14, 39 *al.* THEOD. PRISC. log. 103 CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 480 ORIBAS. eup. 2, 1 L 12 GLOSS. III 599, 29. quil-: DIOSC. 1, 84 *et saepe.* GLOSS. III 604, 42. *de notione*: CELS. 4, 19 in ipsius vero ventriculi porta consistit is, qui longus esse consuevit *morbus*: κοιλιακός a Graecis nominatur *eqs.* CASS. FEL. 48 p. 123, 21 ad . . . -os i. e. illos qui ex ventris passione i e. ulceratione similiter ut dysenterici reumatizant. GLOSS. III 604, 42 quiliaci: causa in ventriculo, subitanea digestio cum turbatione. *t. t. medicorum inde a* CATONE *et* VARRONE *usurpatus frequentatur a* PLIN. nat. (*plus 40[ies]*).

1 *adiective*: CATO agr. 125 *vinum murteum* est ad alvum crudam et ad lateris dolorem et ad -um. VARRO rust. 3, 16, 22 apes . . . -as fieri. PLIN. nat. 20, 201 damnaverim collyriis addi *papaveris semen*, multoque magis quas vocant ληξιπυρέτους (*sc.* ἀντιδότους) quasque pepticas et -as. CHIRON 431 si quod iumentum -um fuerit. ORIBAS. eup. 2, 1 S 24 dysinterias et -as passiones sanat. GREG. TVR. glor. mart. 53 -i morbi dolore gravatus. **2** *masc. subst. de homine, qui coeliaco morbo aegrotat* (*fuse* CELS. 4, 19 MARCELL. med. 27): SCRIB. LARG. 95 facit . . . medicamentum ad . . . -os, qui subito universa deiciunt (111). 112 datur pastillus ad -os et torminosos optime faciens. *passim.* PLIN. nat. 20, 26 Praxagoras et iliosis dandos censet *raphanos*, Plistonicus et -is. 20, 86 Hippocrates -is et dysentericis *brassicam dat* (20, 122. 234. 250 *et passim.* THEOD. PRISC. log. 103 DIOSC. 1, 84 *et saepe.*. CASS. FEL. 48 p. 123, 21 ORIBAS. eup. 2, 1 L 12. *adde l. 72*). 20, 148 *menta sistit* -orum impetus (*cf.* 30, 58 -orum dolores). 20, 189. 191 semen hydropicis et -is dedit tritum cum menta. 22, 158. 23, 8 dysintericis, -is, cholericis (23, 100 *al.*). 29, 49 -i recreantur. 31, 97 *garum* -is veteribus infunditur. 31, 122. SER. SAMM. 488 -os . . . recreabis pane salubri. CHIRON 422, 5 de -o (431). PLAC. med. 4, 16 iecur capreae coctum -o si dederis, emendabitur. 12, 6 *al.* EPIPHAN. Avell. p. 755, 13 stomachicis et colicis nec non et -is (ORIBAS. eup. 2, 1 A 10). CAEL. AVR. acut. 3, 19, 189 ad discretionem -orum. chron. 4, 3, 54 ut in -is ordinavimus (4, 3, 64). *fortasse huc pertinet*: ANON. med. ed. Piechotta 69 ad cycliacosu⟨. . .⟩ (*i.* coeliacos u⟨. . .⟩) eandem herbam . . . manducet.

coeliāsis, *acc.* -in *f.*, *κοιλίασις. *morbus coeliacus*: CAEL. AVR. acut. exc. 25 p. 728 *singultus* accidit . . . et non febricitantibus eis qui cyliasin ⟨patiuntur⟩.

coeliaticus *v. p. 1411, 1.* **coeliolyticus** *v. p. 1411, 5. 14.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coeliōticus, -a, -um [**κοιλιωτικός, a κοιλία. Th.*]. quiliaticus *trad. apud* DIOSC. 1, 75. 143. *i. q. ad morbum coeliacum pertinens*: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 174 medicamina potanda, quae diuretica vel -a Graeci vocaverunt (*cf.* PLIN. nat. 20, 201 *p. 1410, 58 sqq.*). DIOSC. 1, 75 desintericis et quiliaticis. 1, 143. *an rectius* coelio-⟨ly⟩ticus (*κοιλιολύτικος*)? *cf.* coelotum. *Probst.*

coelix *v.* cylix.

? **coeloe** CORP. IV suppl. 4889 *inter edulia holeraque. estne κανλοί?* *Mbr.*

coelos, -ē (-a) *v. nom. propr.*

coelotomia, -ae *f.*, **κοιλοτομία.* PS. SORAN. quaest. med. 39 per efficaciam *partem chirurgiae* . . . est paracentesis et celethomie (*sic cod.*).

? **coelotum**, -ī *n.* CHIRON 133 dare herbam mollem -um (*i. κοιλιολύτικον*). *Probst.*

coelum *v.* 2. caelum *p. 79, 8.*

coēmendo, -ātum, -āre *a* co- *et* emendare. *idem fere q. emendare*: ARNOB. nat. 2, 18 *vita humana* parvas et concinnavit scientiolas artium et ad unum exitum temporibus plurimis -atas perduxit.

coemēsis, *acc.* -in *f.*, *κοίμησις.* MART. CAP. 9, 996 *Harmonia* -in (cymesin *B R*, chymesin *b*) modulata (*i. fere cantum somnum excitantem*). *Mbr.*

✖**coemētērium**, -ī *n.*, *κοιμητήριον. vox* ECCLorum; *formae ubique fere in codd.*: cimiterium (cimeterium), cymiterium (cymeterium); coemiterium (DIDASC. apost. 61, 19) *et cf.* GLOSS. *l. 34. in lapid.*: CORP. III 6989 in coemeterio. VIII 7543 coemeteria (XI 1700). X 6419 cimeterium. *adde* CORP. XII 5340 (*a. 527*) *κυμετέριον. nota formam* coement- (caemen) GLOSS. *l. 34, quacum conferas hisp. hac l.* [*it.* cimiterio, *francog.* cimetière, *hisp.* cimentero. *M.-L.*]. GLOSS. -um: locus sepulchrorum; graece, dormitatio (*cf.* V 430, 22 graece, dormitorium latine); ubi requiescunt corpora; -a: bust[e]a mortalia; sepulturae. *persaepe coemeterium pars ecclesiae aut locus ecclesia insuper extructa insignitus, unde hic illic i. q. ecclesia; cf.* GLOSS. V 419, 9 caementaria (427, 45 coe-): ecclesiae. TERT. anim. 51 in -o corpus corpori iuxta collocando spatium recessu (*Gel.*, accessu *cod.*) communicasse. CYPR. epist. 80, 1 Xistum autem in -o animadversum sciatis . . . et cum eo diacones IV. OPTAT. 6, 7 p. 155, 10 ad hoc basilicas invadere voluistis, ut vobis solis -a vindicetis non permittentes sepeliri corpora catholica. HIER. vir. ill. 16 reliquiae corporis eius in Antiochia iacent extra portam Daphniticam in -o. DIDASC. apost. 61, 19 regalem eucharistiam offerte tam in collectis vestris qua(m) etiam et in -is et in dormientiu(m) exinitione. RVFIN. hist. 9, 2 ne *christiani* ad -a convenirent (*cf.* MIRAC. Theclae 1 p. 169, 22 ad -um sanctae Teclae convenientes *latrones. al.*). AVG. epist. 22, 6 istae in -is ebrietates et luxuriosa convivia. LEO M. epist. 111, 2 ut eum -o deputando quodam damnaret exilio. SACR. Leon. p. 50, 17 *sqq.* AVELL. p. 4, 20 martyrum. CANON. Migne 56, 516^{C} quia nec longe portanda sunt sacramenta nec nos per -a diversa constitutis presbyteris destinamus. 56, 715^{B} non concedendum catholicis quae dicuntur -a vel martyria haereticorum orationis gratia . . . intrare. VICT. VIT. 1, 4 in ecclesiis basilicisque sanctorum, -is vel monasteriis . . . saeviebant. GREG. TVR. Franc. 10, 31 sepultus est in ipsius vici -o. glor. conf. 72 -um igitur apud Agustidunensim urbem ⟨. . .⟩ Gallica lingua vocitavit, eo quod ibi fuerint multorum hominum cadavera funerata. GREG. M. dial. 4, 47 p. 409^{A} *cum frater* in . . . monasterii -o a nobis sepultus *esset.* *Probst.*

coēmitto, -ssum, -ere *a* co- *et* emittere. *i. q. una emittere*: IREN. 1, 11, 1 -ssum (*συμπροβεβλῆσθαι*) autem ei (*Christo, sc. in creatione mundi secundum gnosticorum opinionem*) et sinistrum principem *esse Demiurgum.* 1, 29, 2 -am autem ei (*Autogeni*) Alethiam. 2, 13, 1 *Ennoea al. sunt motiones* in cognitionem conterminatae et in verbum -ssae. *fort. inde sumptum nom. propr.* Coemissus (*de liberto?*).

coëmo, -ēmī, -ēmptum, -ere *a* co- *et* emere. *scribitur* coémpto: MON. Ancyr. *l. 79,* coemtis: CORP. VIII 100. NOT. Tir. 26, 94 coimit (*sc. praes., at* 26, 90 coemit *perf.*). *forma contracta* cōme *fort. infra l. 71?* GLOSS. *συναγοράζω. συνωνοῦμαι. legitur inde a* TER. (*vel* ATILIO? *v. l. 71*). [*loco corrupto*: CARM. Sal. frg. Varro ling. 7, 26 coemisse (*fort. pro* comis, cosmis). *loco dubio*: ATIL. com. 3 cape caede lide (*an* Lyde?) come (*pro* coeme *interpr. Bücheler*) conde.]

1 *i. q. pretio in unum emere, emendo colligere*: **a** *proprie: res complures* (*aut plur. aut sing. collective*): TER. Ad. 225 te aiunt . . . -isse hinc, quae illuc veheres multa. CIC. Verr. 4, 175 ipsos *mancipes* sibi frumentum -isse (LIV. 2, 34, 3. 4 Cumis. 4, 13, 2 privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria. 25, 15, 4. 25, 20, 3. 27, 3, 9. 42, 27, 8. MON. Ancyr. 3, 11 duodecim frúmentátiónes frúmento privatim coémpto emensus sum. QVINT. inst. 11, 1, 80. IVV. 14, 293 frumenti . . . piperisve -pti. APVL. met. 9, 10 VLP. dig. 14, 3, 5, 1. PANEG. 11, 14 undique). CIC. Verr. 5, 8 omnia qui signa, tabulas pictas, omne argentum (5, 36), aurum, ebur, gemmas -ret (LIV. 5, 25, 8 aurum **ex** ea *pecunia* -rent. SOL. 54, 14 odio auri -unt *Barbitenses* hoc genus metallum). Verr. 5, 8 tot res tam pretiosas, omnes denique res, quae alicuius pretii fuerint, tota ex provincia -isse (SVET. Nero 5 pretio rerum -ptarum). 5, 133 Graecos homines haec venditare coepisse, quae tum non modo non venditabant . . . verum etiam -bant. leg. agr. 2, 81 maiores nostri etiam id, quod ei tenebant, quibus adimi iure non poterat, -erunt. 2, 82 uti privatos agros . . . pecunia publica -ret (PLIN. nat. 18, 37. GRAN. LIC. p. 9, 10 Fl. agrum Campanum, quem omnem privati possidebant, -ret et [ut *Pertz, Flemisch*] publicus fieret. CAPITOL. Pert. 3, 4. *cf.* HOR. carm. 2, 3, 17 cedes -ptis saltibus. SVET. vita Verg. p. 54 silvis -endis. CORP. VIII 100 templum coemtis spatiis ampliatum). CIC. div. 1, 111 *Thales* omnem oleam, ante quam florere coepisset, in agro Milesio -isse dicitur (PLIN. nat. 18, 273 ferunt Democritum . . . -isse in toto tractu omne oleum). epist. 7, 23, 1 intellego te non modo studio, sed etiam amore usum, quae te delectarint . . . quae me digna putaris, -isse. VARRO frg. Non. p. 177, 18 obsonium in totam cenam -ptum (HOR. sat. 1, 2, 9 omnia conductis -ens obsonia nummis). rust. 1, 59, 2 cum id non sit faciendum . . . ut Romae coe⟨m⟩pta poma rus intulerint. CASS. Cic. epist. 15, 19, 3 *Sulla* omnia bona -it (PETRON. 112 secreto quicquid boni per facultates poterat, -bat). CAES. Gall. 1, 3, 1 *carra, v. l. 36.* HOR. carm. 1, 29, 13 -ptos undique nobiles libros Panaeti. PAVL. FEST. p. 27 abietaria negotia dicebantur . . . videlicet ab abietibus -endis. PLIN. nat. 12, 68 *murram.* 34, 97 tertia portio aeris collectanei, hoc est ex usu -pti. SVET. Vesp. 16 negotiationes . . . exercuit *Vespasianus* -endo quaedam, tantum ut pluris postea distraheret. EDICT. imp. inc. Vlp. dig. 47, 11, 6 pr. -ptas merces (AVSON. 414, 1 per agros diversos). APVL. met. 1, 5 omne enim pridie Lupus negotiator magnarius -erat (10, 18). 11, 23. ITALA Matth. 14, 15 (Hil. in Matth. 14, 4. 10 *cf.* 15, 7) dimitti eas *turbas* in castella ad -endos cibos (*ἀγοράσωσιν*, VVLG. ut euntes in castella emant sibi escas). AMM. 23, 6, 68 ad -enda fila (*sc. setam Sericam*). HIER. epist. 43, 3, 2 ligna. 54, 12, 1 cibarium panem. CASSIOD. var. 2, 26, 2 si -ptam speciem expensis publicis necessariam non habetis. GREG. TVR. glor. conf. 5 -ptumque vinum pauperes Christi refecit. *nota*: MART. 10, 80, 4 *plorat Eros*, quod non tota miser -at Saepta (*sc. merces in Saeptis Iuliis propositas*) feratque domum. *animalia*: CAES. Gall. 1, 3, 1 iumentorum et carrorum quam maximum numerum -ere (*cf.* PETRON. 76, 8 venalicia -o, iumenta [iumenta⟨que⟩ *Bücheler antea, postea* ven. *pro adi. habuisse videtur; 'satis est interpungere post* coemo' *Amann*]). Gall. 7, 55, 3 magnum numerum equorum huius belli causa in Italia atque Hispania -ptum (-tus, -tos, -torum *var. codd.*) miserat (civ. 3, 60, 5 multis -ptis equis). HOR. sat. 2, 3, 245 luscinias soliti impenso prandere -ptas. PLIN. nat. 10, 141 aves . . . ~~HS~~ VI singulas -ptas. *homines* (*sc. servos*): PETRON. 76, 8 venalicia *v. supra l. 37* (POMPON. dig. 3, 5, 10 [11] *negotium* geras, veluti venales novicios -endo). PLIN. epist. 6, 34, 3 vellem Africanae, quas -eras plurimas, ad praefinitum diem occurrissent. SVLP. SEV. dial. 3, 15, 2 arguebatur a multis . . . puellas scitis vultibus -isse. *absolute*: CIC. leg. agr. 2, 78 -ent praeterea, ista dena iugera continuabunt. **b** *latiore sensu fere idem q. emere. absol.*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 166 nihil in iure distat, olim an nuper -as, dum emendi potestas sit. *rem*: CASSIAN. inst. 7, 7, 3 quid ex eo *nummo* -ere qualique illum commercio valeat duplicare, cura graviore distenditur. *res incorporeas*: HIL. myst. p. 13, 18 vendiderat per desideria corporis primatus suos senior (*Esau*) . . . eo usque contra iacturam praesentium iunior (*Iacob*) -it. GREG. TVR. Franc. 8, 20 ad -endam pacem multum pecuniae obtulit. *inde translate de hominibus i. q. pretio corrumpere*: COD. Theod. 6, 22, 1 (*a. 321*) qui vero -ptis procurationum administrationibus . . . vacationem meruerunt.

2 *generali notione* (*cf. latiorem vetustioremque vim vocis* emere) *i. q. nancisci, assumere*: ENNOD. epist. 8, 33, 2 p. 221, 10 si bonam quam -isti opinionem diligis.

3 *technice i. q. coemptionem (matrimonii) facere* (*v.* coemptio *sub 1*): SERV. georg. 1, 31 quod autem ait 'emat' ad antiquum pertinet ritum, quo se maritus et uxor invicem (*sic*) -bant, sicut habemus in iure. BOETH. in top. Cic. 2 p. 299*?* *v. p. 1413, 14.*

deriv.: coemptio, coemptor.

coēmptio, -ōnis *f. a* coemere (*cf.* VARRO ling. 6, 43). *forma contracta* cōmptio: GLOSS. V 627, 24 *l. 74* (*v. etiam* comptionalis *p. 1413, 68*). *legitur inde a* CIC.; *sensu technico* ICTorum *habet quidem* GAIVS inst. (*et* VLP.*? v. p. 1413, 12*), *at deest auctoribus digestorum. pluralis*: CIC. Mur. 27 NOVELL. Theod. 5, 3, 1 ENNOD. opusc. 3, 107 p. 358, 17 NOVELL. Iust. app. 7, 12. 18. 26. GLOSS. *συνωνή.* commercium. V 446, 41 coemptio⟨ne⟩ conparatione (627, 24 comptione). *adde* 596, 11 ceptio (c⟨o⟩e(m)ptio *Goetz*) commercio (*v. p. 849, 6*).

1 *sensu technico* ICTorum, *i. q. emptio dicis causa facta (vel fiduciaria vel matrimonii causa), qua vir mulieris potestatem (manum) acquirit. de re v. Rossbach, Römische Ehe p. 65 sqq.; Leonhard, PW. IV 198 sq.; Marquardt-Mau, Privatleben p. 33. 37 sq.* *definitur*: GAIVS inst. 1, 110 olim itaque tribus modis in manum conveniebant *in matrimonio mulieres*, usu, farreo, -e (ARNOB. nat. 4, 20 usu farreo -e genialis lectuli sacramenta condicunt. SERV. auct. georg. 1, 31 BOETH. in top. Cic. 2 p. 299, 9). 1, 113 -e vero in manum conveniunt per mancipationem, id est per quandam imagi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nariam venditionem, nam adhibitis ... v testibus ... emit is mulierem, cuius in manum convenit. 1, 114 potest autem -em facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo, scilicet aut matrimonii causa facta -o dicitur aut fiduciae *eqs.* SERV. auct. Aen. 4, 103 sane hic *Vergilius* -is speciem tangit. -o enim est, ubi libra atque aes adhibetur et mulier atque vir inter se quasi emptionem faciunt ... quoniam -e facta mulier in potestatem viri cedit atque ita sustinet ⟨cum⟩ liberis condicionem liberae servitutis *eqs.* georg. 1, 31 -e vero atque in manum conventione *nuptiae fiunt*, cum illa (*mulier*) in filiae locum, ... veniebat, ut si quis prior fuisset defunctus locum hereditatis iustum alteri faceret. BOETH. in top. Cic. 2 p. 299, 10 *sqq.* (*ex Vlpiano*) quae autem in manum per -em convenerant, eae matres familias vocabantur ... -o vero certis sollemnitatibus peragebatur et sese in coemendo invicem interrogabant ... vocabantur hae nuptiae per -em. CIC. Mur. 27 *iuris peritorum* ingenio senes ad -es faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt (*ibid.* omnes mulieres quae -em facerent 'Gaias' vocari. de orat. 1, 237 neque illud est mirandum, qui quibus verbis -o fiat nesciat, eundem eius mulieris, quae -em fecerit, causam posse defendere. LAVD. Turiae [Corp. VI 1527] 1, 14 ut testamen⟨tum patris⟩ quo nos eramus heredes, rap⟨tum diceretur⟩ -e facta cum uxore. GAIVS inst. 1, 114 5^{ies}. 115. 115^{a} olim etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat -o. *ibid. bis.* 1, 115^{b} cum viro suo. 1, 123. 162 capitis deminutio ... *fit* in his, quae -em faciunt. 1, 195^{a}. *adde l. 2*). CIC. Flacc. 84 'in manum', inquit, 'convenerat' ... sed quaero usu an -e? ... -e? omnibus *tutoribus* ergo auctoribus. GAIVS inst. 1, 123. 2, 112 permissum est ... feminis etiam sine -e testamentum facere. 4, 38 *si* capite deminutus deminutave fuerit, velut mulier per -em (SERV. Aen. 4, 214 est autem *maritus* de iure *dominus*, quasi per -em. 7, 424 per -em facto matrimonio sibi invicem *coniuges* succedebant *in hereditate. adde l. 12*). SERV. Aen. 4, 103 iste mos -is.

2 *sensu latiore idem q. emptio* (*vel complurium rerum vel singularum*): **a** *proprie*: VVLG. II Macc. 8, 11 convocans ad -em (*ἀγοραομόν*) Iudaicorum mancipiorum. CASSIAN. conl. 19, 6, 1 diurni operis nulla provisio, venditionis vel -is nulla distentio. GILD. Brit. 67 chron. III p. 63, 17 si talis profecto -is condicio ab impudentibus istis ... *Petro* ingesta fuisset. ANON. de mach. bell. 4 equorum vel frumenti -o. *speciatim i. q. emptio frumentaria a fisco facta vel provinciis imputata*: COD. Theod. 14, 16, 3 (*a. 434*; COD. Iust. 11, 24 [23], 2 pr.) sescentarum undecim auri librarum quantitas (auri statuta quantitas COD. Iust.) ad -em frumentariam sit perpetuo dedicata. NOVELL. Theod. 5, 3, 1 (*a. 441*) *si* species nec non -es secundum pristinam consuetudinem ... iniungendas ... sollemniter sine mora dependant. CASSIOD. var. 2, 38 (*a 507/11*) illustris magnificentia vestra per hoc iuge biennium nuncupatos (*Sipontinos*) nulla faciat -e vexari. 12, 14, 6 (*a. 533/37*) laridi atque tritici species nullis temporibus -is nomine inde decernimus postulari. ENNOD. opusc. 3, 107 p. 358, 17 -um enormitate gravissima tributa duplicabat. BOETH. cons. 1, 4 p. 12, 39 cum acerbae famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta -o profligatura inopiā Campaniam provinciam videretur ... ne -o exigeretur evici. COD. Iust. 10, 27 tit. ut nemini liceat in -e specierum se excusare. NOVELL. Iust. app. 7, 12 (*a. 554*) *si qui inveniantur* supra statuta tributa aliquid exegisse vel in -bus mensuris enormibus aliisque praeiudiciis vel gravaminibus aut iniquis solidorum ponderibus possessores damnificasse. 7, 18 ne ... per -es etiam quodcumque collatores detrimentum sustinere inveniantur, sancimus per unamquamque provinciam illarum fieri specierum -em, quae per eandem provinciam abundare noscuntur *eqs. ibid. bis* (*syn.* comparationes). 7, 26 ut per negotiatores -es fiant. *et ibid. saep.* **b** *translate i. q. corruptio hominis pecunia facta*: CONC. Aurel. a. 549, 10 p. 104, 1 ut nulli episcopatum praemiis aut comparatione liceat adipisci ... quod si quis per -em hanc regulam ... excesserit *eqs.*

deriv.: co(e)mptionalis, coemptionator.

co(e)mptiōnālis, -e *a* coemptio. *i. q. venalis, qui emi potest*: PLAVT. Bacch. 976 nunc Priamo nostro (*i. seni patri comoediae*) si est quis emptor, comptionalem (*P*, coemptionalem *B man. 2, at formam contractam legisse videtur Curius l. 70*) senem vendam ego, venalem quem habeo. *cf.* CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 1 quod *mancipium* (*sc. iocose de se ipso quasi amici servo*) quidem si inter senes comptionalis (coemptionalis ς) venale proscripserit *Atticus*, egerit non multum. *huc spectare videtur* (*sc. sensu technico* ICTorum): GLOSS. IV 36, 38 contemnalis (-is *Goetz*) senex: emptus, manu[m]missus et tutor, auctor factus (*v. vol. IV p. 634, 80*).

coëmptiōnātor, -ōris *m.* [*a* coemptio. *Th.*]. *sensu technico iuris, is qui coemptionem fecit (fiduciariam, dicis causa factam). de coemptione, quae a muliere libera tutoris quaerendi aliusve rei causa fit* (*i. fiduciaria*): GAIVS inst. 1, 115 *mulier* **a** -e remancipata ei, cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa incipit eum habere tutorem *eqs.* (*cf.* 1, 137^{a}). 1, 118 (*ter*) ⟨feminae a⟩ -bus eodem modo possunt ⟨mancipari⟩ (1, 118^{a}. 166^{a} VLP. reg. 11, 5). inst. 1, 118^{a} cum velint parentes -esque ⟨ex⟩ suo iure eas personas dimittere. 1, 123 *cum* a parentibus et a -bus isdem verbis mancipio accipiantur, quibus servi. *de coemptione matrimoniali*: GAIVS inst. 3, 83 *si quis adoptatur* mulierve in manum convenit, omnes eius res ... patri adoptivo -ive acquiruntur *eqs.* 3, 84 *ter.*

coëmptor, -ōris *m. a* coemere. *idem q. emptor*: APVL. apol. 74 hic accusationis auctor, hic advocatorum conductor, hic testium -r. HIL. in psalm. 131, 11 areae huius -em. *Mbr.*

coena *v.* cena., **coenē** *v.* coenos.

coenobiālis, -e *a* coenobium. *ad coenobium pertinens*: CASSIAN. inst. 4, 40 ad perfectionem propositi huius i. e. -is vitae (ISID. orig. 7, 13, 3). 5, 4, 1 post -e propositum. conl. praef. III 3 p. 503, 10 -em professionem ... expetere. conl. 19, 11, 1 -bus disciplinis tenuiter instituti (VITA Fulg. 51 ISID. eccl. off. 2, 16, 9. *cf. l. 17*). ISID. eccl. off. 2, 16, 4 -i conversatione perfecti *anachoretae.*

coenobīōta, -ae *m.*, *κοινοβιώτης*. *i. q. coenobita*: CASSIAN. conl. 18, 4, 2 *genus monachorum* primum est -arum qui scilicet in congregatione pariter consistentes unius senioris iudicio gubernantur *eqs.* 5, 1 -arum disciplina. 5, 4 consequens fuit, ut ex communione consortii -ae cellaeque ac diversoria eorum coenobia vocarentur. *al.*

coenobīta, -ae [*a* coenobium. *Th.*]. *qui in coenobio vitam degit*: HIER. epist. 22, 34? *v. infra l. 58.* COD. Theod. 9, 40, 16 pr. (*a. 398*) monachorum, quos -as vocant. AVG. serm. 356, 1 tit. (*?*). GENNAD. vir. ill. 11 composuit et -is ac synoditis doctrinam aptam vitae communis. BENED. reg. 1 *inter monachorum genera*: primum -arum h. e. monasteriale militans sub regula vel abbate. *ibid.* ad -arum fortissimum genus. ISID. orig. 7, 13, 2 -ae, quos nos 'in commune viventes' possumus appellare (*ex Hier., v. l. 57 sq.* eccl. off. 2, 16, 2 GLOSS. V 412, 54. *v. etiam infra l. 31*).

✖coenobium, -ī *n.*, *κοινόβιον*. ISID. orig. 15, 4, 6 -um et ex graeco et latino videtur esse compositum. est enim habitaculum plurimorum in commune viventium (GLOSS. V 415, 19). *cf. etiam l. 37. de scriptura: codd. trad. promiscue* caenobium, caenubium, c(o)enubium; *in tit.*: coenobium: CORP. V p. 622, 12 INSCR. christ. Hisp. 245. cenobium: INSCR. christ. Hisp. 413^{b}, 4 CARM. epigr. 722, 3 (*a. 649*) *al.* cenubium: INSCR. christ. Leblant 91. 199. cinubium: INSCR. christ. Leblant 91. GLOSS. -um: plurimorum monasterium; in -is (*trad. etiam* cenoleis, cenulis, coenibus, cenubis): in conviviis.

1 *proprie fere i. q. monasterium* (*quid intersit inter coenobium et monasterium expl. fusius* CASSIAN. conl. 18, 9): HIER. epist. 22, 36 de -is exeuntes anachoretae. 125, 13 adolescens erat in -o. tract. in psalm. 119 p. 231, 12 in monasteriis et ... in -is (132 p. 246, 4 reg. Pachom. praef. 1. *cf. supra l. 40*). tract. p. 400, 27 in -o *vivere.* p. 401, 2 ad -um *venire eqs.* reg. Pachom. praef. 1 per Thebaidem et Aegyptum -orum fundamenta iecerunt (*cf.* GENNAD. vir. ill. 7 SALV. gub. 8, 22 *al.*). CASSIAN. inst. 2, 3, 2 -i commorationem expetere. *al.* AVELL. p. 698, 17 oboedientia, quae in -is principatum regularis obtinet disciplinae. SIDON. epist. 8, 14, 2 in ... -o Lirinensi. VITAE patr. 3, 137 *abbas* iratus iussit *fratrem* expelli de -o. BENED. reg. 5 in -is degentes. VEN. FORT. vita Leob. 4, 15 continuato quinquennio in eodem commoratus est -o. 20, 68 coniuncta sorori in eodem -o. VITA Fulg. 29 de -o recedentes. 43 cupidus semper acquirendae ad -um fraternitatis. ISID. eccl. off. 2, 16, 17 -a feminarum. INSCR. christ. Hisp. 413^{b}, 4 (= INSCR. christ. Rossi II p. 294, 2, 4) construxit -um (*cf.* 245 condidit). **2** *metonymice i. q. coenobitae* (*cf.* ISID. orig. 15, 3, 7 -um: congregatio. GLOSS. V 278, 16): HIER. epist. 22, 34 *inter monachorum genera*: -um (*sic codd. plerique; trad. etiam* coenobitae, cenobit⟨e⟩), quod illi sauhes gentili lingua vocant, nos 'in commune viventes' possumus appellare. 22, 35 qui plures in commune habitant i. e. quos vocari -um diximus *eqs.* CASSIAN. tit. de institutis -orum. CASSIOD. inst. div. 29 -orum consuetudo.

deriv.: coenobialis, coenobita, coenobulium. *cf. graec.* coenobiota.

concilium: **coenobūlium** (*trad.* caenubulium, coenobolium) GLOSS. IV 321, 27. *cf.* 434, 32 coenobolium: concilium, conventio. *κοινοβούλιον*,

coenolexia, -ae *f.*, *κοινολεξία*. *i. q. sermo, vox, forma vulgaris*: SERV. Aen. 8, 31 in sacris Tiberinus, in -a Tiberis, in poemate Thybris vocatur.

coenomy(i)a, -ae *v.* cynomy(i)a.

hoc schema dicitur **coenōnēma** (*κοινώνημα*) i. e. communicatio consilii CASSIOD. in psalm. 10, 1. *Probst.*

coenōnēsis *v. p. 1415, 5.*

coenōnos, -ī *m.*, *κοινωνός*. HIER. epist. 41, 3, 2 *Montanistae habent* (*in praefectura ecclesiae*) secundos, quos appellant coenonos (*sic vel* coenonus *codd.*, *κοινωνούς Hilberg, fort. recte*). *Mbr.*

✖coen(os), -ē (*plur.* -ae *l. 78*), -on, *κοινός*. *scriptura*: cyn-: GROM. p. 379 DIOM. gramm. I 482, 17 (*codd.*) CORP. XIII 10021, 102.

1 *fem.* coenē: GROM. p. 379, 17 -ae ennyae (*κοιναὶ ἔννοιαι*) i. e. communes animi conceptiones (*cf. graece* AVG. rhet. 4 p. 139, 1. 21). DIOM. gramm. I 440, 25 -e communis est, in qua omnes idem sentimus. **2** *neutr.* coenon: DIOM. gramm. I 482, 17 *inter poematos genera*: commune vel mixtum, quod Graeci -on vel micton appellant. CORP. III 12032, 2 Q. Pompei Graecini -on ad asprit(udinem) et caligin(em); *sic passim in sigill. medic. ocularium, ex. gr.* CORP.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

XI 6714, 1 P. Ael. Theophiletis -on ad clar(itatem). XIII 10021, 3. 44. 56 *al.* *adde nom. propr.* Coene, Coenon, Coenos.

deriv. graeca: coenonos, coenosis; *cf.* coenoteta. *compos. gr.*: coenobium, coenobulium, coenolexia.

coenōsis (*an* coeno⟨ne⟩sis; *κοινώνησις?*)... dicitur communicatio consilii cum iudicibus aut adversariis ISID. orig. 2, 21, 28. *cf. p. 1414, 70.*

coenotēta, -ae *f., mutatum pro gr. κοινότης. trad. etiam* cin-; *v. l. 10.* *medicorum t. t., cf. Helmreich, Archiv 12 (1902) 176: definitur*: CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 480 species duae, quas kinotetas Graeci vocant, nos communitates possumus dicere (PS. SORAN. quaest. med. Archiv 14 p. 363, 15 -as i. e. vitiorum substantias communes accipiunt. p. 363, 23 -as ... i. e. communitates vitiorum). CAEL. AVR. chron. 2, 14, 202 subiacentibus passioni temporalibus -is. 3, 1, 12 erit enim -a consideranda. 3, 4, 67 qui intentione -arum ducitur. 4, 1, 5 secundo libro de -is scribens Soranus docuit. acut. 3, 17, 136 urgentiore cogente -a. *Probst.*

coenum, *sim. v.* caenum (*cf. p. 97, 60*).

✖**coëo,** -īī, -itum, -īre *a* co- *et* ire. QVINT. inst. 1, 5, 69 frequenter ... praepositiones ... compositio ... corrumpit: ... -it, cum sit praepositio con. 1, 6, 17 ut ... quidam ... dicant conire, non coire. *formam* comeo *v. l. 29. 47* (*cf. etiam* comes, comitium). GLOSS. Plac. V 55, 38 coire sine h scribendum. *de formis*: PROB. cath. gramm. IV 35, 5 o ante eo habentia tertiae productae, id est quartae sunt coniugationis vi vel ii facientia in specie perfecta, ut -o -is, coivi vel -ii. NOT. Tir. 13, 5/6 -it -iit. *legitur perf.* -iit: CIC. Quinct. 117 Q. Rosc. 55 VELL. 101, 1 *passim; sim. formae* -iimus, -ierim (-ris, -rit), -ieram; -īt: AETNA 110 STAT. Theb. 8, 332 Ach. 1, 458 LAMPR. Heliog. 10, 5. -īmus: TER. Eun. 539 *cod. Bemb.* (*et al., Donat., Rufin.;* comimus *legisse videtur* CIC. Att. 7, 3, 10 cum imus *M*, quum imus *C, metrum utraque scriptura sanum*). PLIN. epist. 1, 5, 9 VLP. dig. 17, 2, 58 pr. -erunt *in sermone pedestri frequentior est, ut* NEP. Pel. 2, 3 CELS. 4, 8 p. 131. 5, 11 p. 164. 7, 26, 5 (*bis*). 8, 10, 7 SEN. dial. 1, 1, 2 QVINT. inst. 11, 3, 9. 103 PS. QVINT. decl. 8, 11 AVG. civ. 14, 21; -ēre *in carminibus, ut* LVCR. 6, 452 PROP. 3, 7, 54. 3, 24, 18. 4, 6, 19 OV. met. 4, 83. 8, 300 *al. (fere 18^ies); sed* -ere *etiam* LIV. 4, 7, 7 VELL. 2, 61, 2 (-ret *MA*) SEN. nat. 5, 13, 4 CVRT. 8, 12, 9 (-ret *codd.*) PLIN. nat. 10, 187, -erunt OV. met. 4, 377 STAT. Theb. 12, 49 silv. 1, 4, 114. *in sermone pedestri formis perfecti et plusquamperfecti tantum in* -iss- *utuntur, ut* LEX frg. Cic. Cluent. 144 CIC. Phil. 2, 24 VARRO ling. 5, 148 *al.* *in carminibus non solum* -iss- *ut* PROP. 2, 1, 22. 3, 2, 4. 3, 15, 8 OV. epist. 2, 3 met. 4, 60 fast. 6, 94 Pont. 2, 1, 21 MANIL. 1, 485 TER. MAVR. 161 SIDON. carm. 7, 524 PAVL. NOL. carm. 27, 637 -istis, *sed etiam* -iiss-, *ut* VERG. Aen. 12, 709 VAL. FL. 8, 284 STAT. Theb. 10, 750. *formae* coīv- (*cf. supra l. 25*) *non leguntur.* *medialiter* -iri: CHIRON 929. *de notione*: PAVL. FEST. p. 38 a -undo, id est insimul veniendo (ISID. orig. 6, 16, 13 conveniendo in unum). PLVT. Rom. 19 *κομῖρε ... Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι.* DIFF. gramm. VII 527, 14 convenit in unum, -it in acta. PRISC. gramm. II 394, 25 -o quamvis magis neutrum esse videatur quam activum, pro convenio enim accipitur, ut Virgilius in XI (*292*), Cicero tamen activo est eo usus in II Philippicarum (*24*). passivo eius usus est Lucanus in II (*225*), sed sciendum, quod et -itur pro colligitur et convenitur pro exigitur passivam vocem assumentia accipiuntur. GLOSS. convenio. -it ambulat. -ire *συνιέναι.* II 444, 17 *συνάπτω*: adnecto, copulo, iungo, coniungo, -o, coaduno. *legitur inde a* TER. *et* CATONE. *structurae sollemnes sunt*: -unt *aliqui* (*ille et ille*), -ire inter se, sibi, cum *aliquo, alicui.*

I *de* ***motu corporeo;*** *i. q.* ***convenire, congredi:*** **A** *de* ***multitudine;*** *de duobus (compluribus) qui in unum locum se congregant (congregantur); de singulis, qui cum aliis in eundem locum vel ad alios conveniunt:* **1** *generaliter: additur hinc illinc nempe aut actione ipsa, aut fine actionis accuratius expressis* in *aliquem locum, rarius aliquo loco* (TER. Eun. 539 [*accus.* CIC. Att. 7, 3, 10 *cf. l. 79*] PLIN. epist. 1, 5, 9 SVET. Aug. 35 IVST. 5, 7, 6 AMM. 26, 3, 2), *in globum vel orbem* (LVCR. 5, 665 globum in unum. LIV. 23, 27, 7. HIER. epist. 1, 10, 1 in circulum), in unum *passim, utrimque* in medio (OV. epist. 18, 167 diversi medium -amus in aequor). *coniunguntur saepe voces finem actionis significantes* (ad, in, causa, ut; *nota inf.* COMM. instr. 2, 33, 9); *vel finis sive progressio actionis significatur enuntiato per* et *vel* que *sequente. notatur etiam qua de causa aut quo modo coeatur* (VERG. Aen. 9, 798 propere. AETNA 498 paulatim. OV. met. 8, 300 cupidine laudis. LIV. 23, 27, 7 undique pulsi. 39, 15, 11 temere [SEN. dial. 1, 1, 2]. SEN. contr. 1, 5, 1 populus ... metu exterritus. CVRT. 6, 8, 23 armati [8, 1, 47]. 8, 12, 9 amicis animis. STAT. Ach. 2, 67 sponte. TAC. hist. 4, 64 pretio. SOL. 11, 21 catervatim [40, 19]. AMM. 26, 3, 2 undatim. *al.*); *additur passim* undique.

a *de hominibus*: TER. Eun. 539 heri aliquot adulescentuli -iimus in Piraeo (Piraeum CIC. Att. 7, 3, 10 *cod. M*) in hunc diem, ut de symbolis essemus. TRAG. inc. 57 furere assimulare, ne -ret, institit *Vlixes.* LEX frg. Cic. Cluent. 148 deque eius capite quaerito qui magistratum habuerit quive in senatu sententiam dixerit, qui eorum -iit, -ierit. VARRO ling. 5, 155 comitium ab eo quod -bant eo comitiis curiatis et litium causa. CATVLL. 64, 37 Pharsalum -unt *dei.* CAES. Gall. 6, 22, 2 *gentes cognationesque* tum una -erunt. civ. 1, 75, 3 reliqui -unt inter se. VERG. Aen. 7, 582 (*ei*), quorum ... nemora ... matres insultant thiasis ... undique collecti -unt. 8, 385; 9, 798 manus e castris propere -it omnis in unum (PROP. 4, 6, 19 huc mundi -ere manus. OV. met. 8, 300 lecta manus iuvenum -iere cupidine laudis. VAL. FL. 1, 684 agrestum manus. 2, 460. 6, 232 SIL. 1, 520). 10, 409 socium virtus -it omnis in unum. HOR. epist. 1, 5, 25 ut -at par iungaturque pari, Butram tibi Septiciumque et ... Sabinum ... assumam. ars 207 quo (*in spissa sedilia*) ... populus ... -bat (FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 3 [Corp. I² 1 p. 231] SEN. contr. 1, 5, 1 TAC. dial. 6 PLIN. epist. 9, 39, 2 COMM. instr. 2, 33, 9. *cf.* AMM. 26, 3, 2 -unte ... plebe). CARM. de bell. Aeg. 36 ⟨locu⟩m q⟨uo n⟩oxia ⟨t⟩urba -ret (LIV. 26, 22, 3 ⟨ad Manlium⟩ gratulandi causa. LVCAN. 1, 297. 512 STAT. silv. 3, 1, 85 Ach. 1, 567). OV. am. 2, 2, 63 non ad miscenda -imus toxica. epist. 7, 123 *mille proci* -iere. 18, 167 nos diversi medium -amus in aequor. met. 3, 386 huc -amus. 3, 716 cunctae -unt (11, 377). 4, 83 ad solitum ... locum. 6, 412. 8, 786 neque enim Cereremque Famemque fata -ire sinunt. 14, 239 fast. 3, 676. Pont. 2, 1, 21 visenda -isse innumeras gentes ad ducis ora sui. LIV. 2, 40, 1 matronae ad Veturiam ... Volumniamque ... frequentes (CVRT. 10, 3, 6) -unt. 2, 50, 7 -untibusque Etruscis ... continenti agmine armatorum saepti *Fabii.* 3, 36, 2 cotidie -bant *collegae.* 3, 38, 10 *si plebs* quemadmodum patres vocati non -ant in senatum. 3, 40, 7 patricios -ire ad prodendum interregem (4, 7, 7. 4, 43, 7. 8). 6, 3, 6 neque *Etruscis* se conglobandi -undique in unum ... datur spatium. 7, 36, 12. 7, 37, 15 neque, quo signo -rent inter se ... *Etruscis* territis constare poterat. 9, 26, 8 qui usquam -issent coniurassentve adversus rem publicam. 9, 31, 9 ad signa undique (CVRT. 4, 15, 32). 23, 27, 6 undique pulsi -ire in orbem. 23, 29, 11 cum in medium tota ... -isset Romana acies. 39, 14, 8 ne quis ... -isse aut convenisse sacrorum causa velit. MANIL. 5, 55 ducuntur in aequore classes et -it ipsa sibi tellus. SEN. contr. exc. 3, 8 vicinia. *ibid.* multitudinis ... -untis. VELL. 2, 101, 1 cum rege Parthorum ... in insula ... -iit *Caesar.* SEN. Herc. O. 871 -ite, gentes (LVCAN. 3, 288 VAL. FL. 5, 635 STAT. Ach. 1, 406. FLOR. epit. 3, 5, 22 gentium robora). Herc. O. 749 Danaides. Tro. 1077 vulgus (SIL. 12, 317). CVRT. 10, 8, 23 utrumque agmen (LVCAN. 5, 708 VAL. FL. 8, 429). SIL. 15, 516 bina ... castra. TAC. hist. 4, 72 -untes exercitus (4, 76). PLIN. epist. 1, 13, 1 ad audiendum pigre -itur. CALL. dig. 50, 6, 6, 12 *quibusdam collegiis et corporibus* ius -undi lege permissum est (MARCIAN. dig. 47, 22, 1 pr. VLP. dig. 40, 3, 1 PAVL. dig. 34, 5, 20 [21] IVST. 15, 2, 16. *cf.* LEX colleg. salut. Dian. et Antin. I 12 *v. p. 1420, 1.* CORP. V 7881 quib(us) ex s(enatus) c(onsulto) c(oire) p(ermissum) est. IX 2213. X 1642. 1643. 1647. 5198. XIII 1921 omnib(us) corporib(us) Lug(uduni) licite -untibus. 1974. XIV 168. 169. 256. *adde l. 51*). TERT. apol. 39, 2 -imus in coetum et congregationem. *ibid.* -imus ad litterarum divinarum commemorationem. IVST. 22, 5, 6 -uraque auxilia omnium adversus unam urbem. HIER. epist. 1, 10, 1 coetu *populi* in circulum -unte. COD. Theod. 16, 5, 30, 2 (*a. 402*; COD. Iust. 1, 5, 3, 1) profanis -ire conventibus. SIDON. epist. 5, 17, 4 placuit ad conditorium Syagrii consulis civium primis una -ire. EPIST. imp. inc. de Tymand. (Corp. III 6866) 22 civitatibus ius est -undi in curiam. S. C. de nund. salt. Beg. (Corp. VIII 11451) 22 vicinis advenisq(ue) nundinandi ... causa -ire ... liceat. *nota*: TAC. Germ. 39 *Semnones* stato tempore in silvam ... omnes eiusdem sanguinis populi legationibus -unt. *paulo aliter fere i. q. simul, una venire*: DRAC. Romul. 6, 61 Libido -it (*sc. una cum Amore.* 10, 264). **b** *de bestiis*: OV. met. 3, 236 cetera turba *canum* -it. 11, 24 *Maenades* cruentatis vertuntur in Orphea dictis et -unt ut aves, si quando ... noctis avem cernunt. fast. 3, 741 novae -unt volucres. 3, 753 milia crabronum -unt. PLIN. nat. 32, 55 scorpiones ad eum locum -uros. STAT. Theb. 10, 43 lupi. QVINT. decl. 307 p. 208 muta animalia si in unum conferantur, genera tamen -bunt. SOL. 11, 21 *coturnices* -unt catervatim. 40, 19 *aves* anno quinto in Aethiopia catervatim -ire. **c** *de rebus mobilibus et motis (i. q. congredi, appropinquare): additur saepius* in *aliquid:* LVCR. 1, 770 ignis terraeque -ire corpus et aerias auras roremque liquoris. 1, 838 sanguinis inter se multis -untibus guttis. 2, 549 unde ubi qua vi et quo pacto congressa -bunt *corpora?* 2, 563 numquam in concilium ut possint compulsa -ire *primordia rerum.* 3, 395. 5, 190. 450. 452. 665 *ignes* -ire globum quasi in unum et conficere orbem. 6, 452. VERG. Aen. 11, 860 donec curvata -rent inter se capita *arcus.* AETNA 498 ignes *fluminum ex Aetna prorumpentium* -unt. CARM. de bell. Aeg. 40 cum saeva -ren⟨t⟩ instrumenta necis vario congesta paratu. PROP. 2, 1, 22 Xerxis ... imperio bina -isse vada. 3, 2, 4 saxa Cithaeronis ... in muri membra -isse ferunt. OV. medic. 81 ut -ant *medicamina* apteque lini per corpora possint. MANIL. 1, 307 ne -ant *Arcti.* 2, 195 hiberni -unt cum vernis roribus imbres. VITR. 2, 5, 3 siccescendoque *saxa* cum caementis -unt. 2, 6, 4. 7, 4, 3. 7, 8, 4. GERM. 350 -untia saxa ... fugit Iason (SEN. Herc. f. 1213). CELS. 2, 8 p. 49 in magno abscessu multum puris -iit. 3, 7, 2 pituita in stomacho -iit (6, 11 p. 249). 4, 26 p. 152 coquendumque id, donec omnia, quae indita sunt, liquata in unitatem quandam -ant (4, 8 p. 131). 4, 29 p. 156 quo facilius ea, quae -undo nocuerunt, digerantur (5, 11 p. 164. 5, 18, 8. 11. 7, 26, 5). 5, 27, 3 umorem intus -ire (*i. colligi. cf.* 8, 9, 1). 5, 28, 12 neque verendum est, ne purum cor-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pus puro corpori iunctum non -at. 7, 2 p. 264 quidquid illuc malae corruptaeque materiae -iit. 7, 6 p. 272. SEN. dial. 1, 1, 2. 11, 10, 6 cum indagati undique cibi -ierint. 12, 6, 5 rerum ex orbe toto -untium. nat. 1, 5, 5 *specula* in unam imaginem non -bunt. 2, 9, 4 *aer* per illa ipsa, quibus separari videtur, -it secum. 3, 30, 4 tellus liquefiet et aliis causis quiescentibus intra se, quo mergatur, inveniet; sed magis omnia -ura crediderim. 3, 30, 6 ignis ... miscet incendium flammis -ire properantibus. 5, 13, 4 stillicidia ... plura -iere. 7, 8, 1 quidquid umidi aridique terra efflavit, cum in unum -it. epist. 88, 22 quae distabant *machinae* ... sua sponte -untibus. 90, 20 quemadmodum subtemen insertum ... spatha -ire cogatur. 95, 27 multorum ferculorum ornamenta -ant. CVRT. 8, 2, 23 -untibus aquis ex superiore fastigio in vallem (QVINT. inst. 11, 3, 21 SVLP. SEV. chron. 1, 15, 6 EVSTATH. Bas. hex. 4, 4 p. 905B). COLVM. 11, 3, 53 *cucumeris semina* incremento suo -ant rubis et ferulis. 12, 20, 4 ut defrutum et medicamenta -ant. 12, 24, 3. 12, 42, 3. 12, 44, 7 ut ... ex utroque latere appositi operculi (*vasorum fictilium*) duae partes -ant et contegant uvas (*pendentes in his vasis*). SCRIB. LARG. 210. 213. 214. 215. 217. 219. MELA 1, 94 sparsi *solis* ignes passim micare et ut lux appropinquat ... -ire ... videntur. LVCAN. 2, 291 cum ... terra labet mixto -untis pondere mundi. 9, 866 -unt ignes stridentibus undis. PLIN. nat. 2, 78 non -ire lunam et solem aliquando in Sagittario tantum (MART. CAP. 8, 871). 31, 23 *tres fontes* in unum alveum -unt vasto amne. SIL. 10, 303 -untibus undique telis. STAT. Theb. 5, 584 nimbique hiemesque -bant. 9, 502 huc undae -unt. 9, 649 -iere arcus *Apollinis et Dianae*. 10, 914 -unt ... nubes. PS. QVINT. decl. 8, 11 in nos plura seu rariora de terrenis seminibus caelestibusque -erunt. GELL. 17, 9, 9 *Lacedaemonii* circum ... surculum lorum ... complicabant volumine rotundo et simplici, ita uti orae adiunctae undique et cohaerentes lori, quod plicabatur, -rent. 17, 9, 14 litterae ... rursum -bant. MIN. FEL. 5, 7 sint semina natura in se -unte densata. SOL. 5, 16 non -bunt in corpus unum latex vineus et latex aquae. LACT. inst. 1, 11, 54 ut elementa ... tanto intervallo separata in unum -rent. ira 10 ut ... lenitudo ... granorum *milii* in massam -ire non sinat. MAR. VICTORIN. ad Iust. 7 ubi ... est -ire solidis cum inani? AVIEN. Arat. 1590 -unt radii *solis* nebuloso. 1775 cinis -it. orb. terr. 550 motantur *scopuli* humo et -unt sibi vertice saxa. PELAGON. 320 haec omnia cocta in aqua frigida -ire. HIER. chron. a. Abr. 1973 tres simul exorti soles ... in eundem orbem -erunt. CLAVD. 26, 334 *Rhenus Danuviusque* fluvios cogunt unda -unte minores in nomen transire suum. AVG. civ. 13, 18 p. 580 *quod in medium mundi locum* -ant ... graviora. SVLP. SEV. chron. 2, 2, 5 ferrum atque testum inter se confusum -ire non poterat (2, 3, 6). CAEL. AVR. acut. 2, 13, 88 oculorum suffusionem nihil aliud esse quam liquoris -untis densitatem. EVSTATH. Bas. hex. 1, 10 p. 877C in eas stationes totum deduci necesse est corpus, in quas singulae partes -rent. SIDON. carm. 11, 8 quo saepe recessu, sic tamquam toto -at de lumine caeli, artatur collecta dies. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 77 *elementorum corporibus* seminaliter -untibus. *de corporis partibus*: PLIN. nat. 11, 97 in quodam genere *insectorum* ... cornua ... bisulcis dentata forficibus in cacumine, cum libuit, ad morsum -untibus. QVINT. inst. 11, 3, 96 quattuor primis leviter in summum -untibus digitis (11, 3, 103). *fere i. q. coniungi, concrescere*: Ov. met. 2, 670 digiti *Ocyrrhoae mutatae* -unt. 4, 377 *de Hermaphrodito*: complexu -erunt membra tenaci. SEN. Oed. 462 illisumque utero pectus *praedonibus a Libero mutatis* -it. CENS. 4, 8 membra *hominum* singula passim edita ... -isse. HIL. trin. 8, 5 homines ... non possunt ... invicem in unum atque indiscretum acervum -ire. HYG. fab. 83 p. 83 cum cetera membra *Pelopis*, ut fuerant, -issent. *de arboribus*: COLVM. 5, 11, 15 coalescet ficus cum olea et ... cum bene -ierit ... ramulos olivae a matre resecabis (arb. 27, 4). arb. 9, 2 circa medium fere crus, ubi maxime videbuntur -isse *virgae viteae*.

2 *speciatim animo hostili: de animantibus*: in (ad) *aliquid*; adversus *aliquem*; bello (MAR. VICTORIN. ad Iust. 6). VERG. georg. 4, 73 *apes* inter se -unt. Aen. 12, 709 stupet ipse Latinus ingentes ... inter se -iisse viros et cernere ferro. Ov. met. 9, 42 digredimur paulum rursusque ad bella -imus. LIV. 26, 12, 14 rem bene gestam *esse* -undo conferundoque cum hoste castra. 28, 14, 16 ut *in cornu* ... prius pugnam consererent cum hoste, quam -ire inter se mediae acies possent (PAVL. FEST. p. 14). 35, 36, 7 simul indignitas rei, simul contemptus animos Lacedaemoniis ad -undum fecit. MANIL. 4, 83 mutuaque armati -unt in vulnera fratres (STAT. Theb. 11, 306 in proelia). CVRT. 10, 9, 15 iam agmina -bant parvumque intervallum erat, quod aciem utramque divideret. SEN. Phoen. 470 maternum tuo -ire pectus pectori clipeus vetat. LVCAN. 1, 129 *de Caesare et Pompeio*: nec -iere pares. 2, 225 multumque -itur humani generis maiore in proelia damno. SIL. 12, 381 prorumpit hostis latebris ... longumque -ire videtur et conferre gradum. HOMER. 457 -bant *Aeneas et Diomedes*. 615 ad arma. STAT. Theb. 7, 21 Oebalii -unt in proelia caestus. 11, 408 *de Eteocle et Polynice*: -untque pares sub casside vultus. 11, 524 haec pugnae facies. -unt sine more, sine arte. NEMES. ecl. 4, 34 *vituli* pro nivea -iere in cornua vacca. CAPITOL. Max. Balb. 8, 7 ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre et vulnera et ferrum et nudos inter se -untes. MAR. VICTORIN. ad Iust. 6 quos bello -isse commemoras. AMM. 16, 12, 47 pares -iere cum paribus. 27, 10, 13 barbari dexteris -iere collatis. 31, 7, 12 ad conferendas -ire minaciter manus. SCHOL. Stat. Theb. 4, 160 didicitque Hercules ab eo (*Molorcho*), quemadmodum adversus ferum *leonem* -ret. CLAVD. carm. min. 42, 1 torvus aper fulvusque leo -iere superbis viribus. SIDON. carm. 5, 398 in pugnam pirata -it.

3 *latiore sensu i. q. matrimonium inire, concubitum (legitimum et illegitimum) facere*; GLOSS. συνέχομαι, συνουσιάζω γυναικί, commisceo. *additur qua re, quo modo; sequitur saepe* gignere, parere *sim.*: **a** *de hominibus et deis*: LVCR. 4, 1055 unde feritur *homo telis Veneris*, eo tendit gestitque -ire et iacere umorem in corpus de corpore ductum. Ov. ars 1, 564 -unt sacro nupta deusque toro. rem. 33 fac, *Amor*, -ant furtim iuvenes timidaeque puellae. epist. 4, 129 privigno -ura noverca. 18, 67 cupidi ... -amus amantes. met. 3, 683 di studio similes -amus in unum. SEN. dial. 6, 17, 5 inter foedos regiae intemperantiae greges parum erit simul binis -ire. benef. 6, 23, 5 multi non, ut gignerent, -erant. CVRT. 5, 1, 37 liberos coniugesque cum hospitibus stupro (8, 2, 19) -ire. 8, 1, 9 principes Macedonum cum primoribus suae gentis conubio -ire. 8, 4, 26 Achillem cum captiva -isse. 8, 4, 27 *panis* erat apud Macedonas sanctissimum -untium pignus. 9, 1, 26 nuptiis -unt non genere ac nobilitate coniunctis, sed electa corporum specie. PLIN. nat. 7, 15 Machlyas androgynos ... inter se vicibus -untes. 7, 30 Indorum quosdam cum feris -ire. QVINT. inst. 5, 11, 32 nihil obstat, quominus iustum matrimonium sit mente -untium, etiamsi tabulae signatae non fuerint. 5, 11, 35 dominum cum ancilla -isse. NERAT. dig. 12, 4, 8 nondum -ito matrimonio. AFRIC. dig. 35, 1, 31 si *Stichus et Pamphila* in matrimonium -erint (SOL. 52, 32 CAPITOL. Aur. 29, 10 TREB. Gall. 1, 2). GAIVS inst. 1, 59 *si pater et filia, mater et filius, avus et neptis* inter se -erint, nefarias et incestas nuptias contraxisse dicuntur. 1, 84 *civis Romana* alieno servo volente domino eius -iit. GELL. 19, 2, 6 voluptatibus istis duabus -undi atque comedendi, quae sunt homini cum sue atque asino communes. PAVL. dig. 23, 1, 2, 2 nuptiae consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est qui -unt, quorumque in potestate sunt. 24, 1, 24 si inter extraneos facta sit donatio et antequam per tempus legitimum dominium fuerit acquisitum, -erint. 45, 1, 134 pr. Pitia ... in matrimonium -it Gaio Seio habenti filiam. MOD. dig. 24, 1, 27 qui matrimonio -uri sunt. IREN. 1, 30, 9 *Adam et Evam* satiatos -isse invicem carnaliter (AVG. bon. coniug. 16, 8) et generasse Cain. ARNOB. nat. 3, 9 obscaenitas -undi ... ab diis abest. FIRM. math. 3, 6, 15 impudice cum mulieribus. 3, 6, 28 cum sororibus aut novercis aut filiabus aut fratrum uxoribus. SCHOL. Hor. epod. 5, 3 dicuntur quaedam mulieres habere naturam monstrosae libidinis -undi cum feminis (PHYSIOGN. 83 mulieres -ire cum mulieribus). VVLG. exod. 22, 19 qui -erit cum iumento, morte moriatur. AVG. civ. 14, 21 ad gignendos filios -erunt eosque genuerunt. 15, 23 utrum possint angeli, cum spiritus sint, corporaliter -ire cum feminis. COD. Iust. 5, 17, 10 si maritus uxori ... -ire minime propter naturalem imbecillitatem valeat. THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 2 p. 105 uni tantum -ire uxori. **b** *de bestiis*: Ov. ars 2, 615 in medio passimque -it pecus. met. 3, 324 duo -untia ... corpora serpentum. 9, 733 sic et aves -unt (*sc. ut cetera animalia*). 10, 324 -untque animalia nullo cetera delicto (*sic N*, dilectu *M*). 11, 744 -unt *Ceyx et Alcyone alites* fiuntque parentes. fast. 3, 193 cum pare quaeque suo -unt volucresque feraeque. 4, 100. COLVM. 6, 27, 3 ut tam feminis *equis* quam admissariis desiderantibus -undi fiat potestas. 6, 27, 4. PLIN. nat. 8, 13 pudore nunquam nisi in abdito -unt *elephanti* (PORPH. Hor. epod. 12, 1 SOL. 25, 5). 8, 206 *sues* feminae senectute fessae cubantes -unt. 9, 157 pisces attritu ventrium -unt. 9, 158 polypi in terram verso capite -unt. 9, 161. 163. 10, 32. 169. 11, 107 GELL. 19, 2, 6. SOL. 15, 11 Indi ... religant canes feminas, ut cum his tigrides -ant. 27, 26 *hyaena* -it cum leaena, unde nascitur monstrum. SERV. Aen. 3, 113 EVSTATH. Bas. hex. 8, 6 p. 951D EVG. TOLET. carm. 42, 7. **c** *de arboribus*: PLIN. nat. 17, 134 peculiare est ... insitis *ad coitus aviditas*, cum sit mutua cupiditas utrimque -undi. AMM. 24, 3, 13 *de palmis maribus et feminis*: his indiciis velut -undi quaedam proditur fides.

B *de* ***singulis rebus*** *quarum partes in se artius, densius, firmius copulantur (i. quasi intrinsecus coeunt)*: **1** *i. q. condensari, coartari, astringi, constringi sim.*: **a** *de rebus liquidis i. q. coagulari, concrescere*: VARRO rust. 2, 11, 4 ⟨in⟩ lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleae, ut -at (CELS. 2, 12, 1. 5, 27, 12. PLIN. nat. 11, 237 *animalium utrimque dentatorum* lacte non -it. 11, 236. 20, 147. 22, 89. 25, 78). VERG. Aen. 3, 30 gelidusque -it formidine sanguis (10, 451 frigidus Arcadibus -it in praecordia sanguis. SEN. Oed. 224 LVCAN. 7, 468 PLIN. nat. 1, 11, 90. 10, 205. 11, 222. 29, 66). Ov. trist. 2, 196 maris astricto ... -it unda gelu (*cf.* Pont. 3, 3, 26 -it astrictis barbarus Hister aquis. 4, 9, 85 an -at duratus frigore pontus. SEN. nat. 3, 25, 12 *aquae* in crystallum -unt. GELL. 19, 5, 6). PETRON. 33 *ovum* videbatur ... in pullum -isse. PLIN. nat. 20, 203 *fictum opium in aqua* in pusulas -it. 23, 40 quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit et in amaritudinem ... -it. 35, 178 *haec utraque genera bituminis* in densitatem -unt. 36, 183 *gypsum madidum* celerrime -it. GELL. 17, 8, 15 (*de liquidis*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agitur) faciliora ... ad -undum videntur quae levatiora levioraque sunt. SOL. 2, 38 *lyncum* urinas -ire in duritiem ... calculi. PRVD. cath. 3, 69 perque coagula densa liquor in solidum -it. *sim. de aere*: SEN. nat. 1, 1, 15 *aer* -ire ... et facere corpora quaedam similia nubibus potest. 7, 22, 1 *in nubes* -it *aer*. **b** *de rebus firmis terrestribus*: LVCR. 5, 486 in medio ut *radiis solis* propulsa suo condensa *tellus* -ret. 6, 845 frigore cum premitur ... omnis terra -itque et quasi concrescit, fit ..., ut -undo exprimat in puteos siquem gerit ipsa calorem (6, 865). AETNA 110 terra ... in tenues laxata vias non omnis in artum nec stipata -it.

2 *i. q. concludi*: **a** *de corpore, corporis partibus, vulneribus sim.*: CATO agr. 160 usque dum -ant *coxendices* (*ter*). LVCR. 6, 1148 ulceribus vocis via saepta -bat. CELS. 2, 8 p. 48 palpebrae dormientis non -unt (PLIN. nat. 23, 48 PHYSIOGN. 37 p. 54, 8). 2, 10 p. 54 arteria incisa neque -it neque sanescit. 5, 26, 21 ut venae ... in se ipsae -ant (SEN. nat. 3, 15, 6 velut in cicatricem). 7, 4, 4 ne protinus orae *cutis* -ant. 7, 15 p. 292 quod per ignem divisum est minus celeriter -it. 7, 17, 1 quod vetus est, sutura non -it. 8, 8, 1 iugulum ..., si transversum fractum est, nonnunquam per se rursus recte -it. 8, 10, 7 potest os -ire. *ibid.* nonnumquam ... in magno vulnere evenit, ut fragmenta quaedam velut emoriantur, neque cum ceteris -ant *eqs.* SEN. benef. 6, 26, 2 *vulnus* -isse (epist. 95, 15 SCRIB. LARG. 121 STAT. silv. 1, 4, 114 CHIRON 929. *in imagine*: PROP. 3, 24, 18 nunc demum vasto fessi resipiscimus aestu, vulneraque ad sanum nunc -iere mea. OV. trist. 4, 4, 41 neve retractando nondum -untia rumpe vulnera. 5, 2, 9 Pont. 1, 3, 87. 1, 6, 24 non agites *vulnera*, siqua -ire velis). LVCAN. 6, 490 viperei -unt abrupto corpore nodi. PLIN. nat. 1, 9, 76 quorum in partu rumpatur venter, dein -at. 11, 227 ubicumque *cutis* per se ac sine carne est, vulnerata non -it. STAT. Theb. 12, 49 nec assiduo -erunt lumina fletu. QVINT. inst. 8, 3, 45 labris -untibus (TER. MAVR. 144 labellis). PLIN. epist. 2, 1, 5 *coxa* -iit. **b** *de apertis, lacunis sim., quae concluduntur, conteguntur*: VARRO ling. 5, 148 *Curtio praecipitato* locum -isse. MANIL. 1, 723 an -at mundus duplicisque extrema cavernae *viae lacteae* conveniant. SEN. Tro. 199 repetensque *Achilles* Ditem mersus ingentem specum -unte terra iunxit. STAT. Theb. 7, 821 campumque -ire ingemuit *Amphiaraus*. 8, 332 magna sinu natura soluto ... amplexa *Amphiaraum* -it. VAL. FL. 3, 253 porta ... -it infera belli (*i. Tartarorum. cf.* STAT. Theb. 10, 494 omnis porta -it). OV. epist. 2, 3 cornua cum lunae pleno semel orbe -issent (met. 7, 179 SEN. Phaedr. 745).

3 *i. q. coeundo oriri, fieri*: MANIL. 1, 485 *mundum* ipsum esse deum, nec forte -isse magistra (*ibid.* moenia mundi seminibus struxit minimis). VITR. 2, 2, 2 ex his (*corporibus individuis*) ... congruentibus cum res omnes -ire ... videantur. PAVL. FEST. p. 48 caseus a -undo dictus. CELS. 5, 28, 14 sub cute -it aliquid durius. SEN. Thy. 993 spissior densis -it caligo tenebris. nat. 4, 12, 1 minore rigore -it *nix*. VAL. FL. 3, 579 pectora nautis congelat hiberni vultus Iovis agricolisve, cum -it umbra minax. 8, 120 tristesque super -iere tenebrae. TER. MAVR. 88 nullumque sine illis *elementis* potis est -ire verbum. 161 crevisse sonum perspicis et -isse crassum. SOL. 15, 31 glaciem -ire et in crystallum corporari. PELAGON. 313 cicatricem -ire (CYPR. GALL. Ios. 116 PELAGON. 313. *de arbore*: PLIN. nat. 16, 60 *cicatrix* in hac arbore [*picea*] non -it).

II ***debilitata*** *sive prorsus evanida* ***motionis significatione*** *i. q.* ***coniungi*****:** **A** *de actione potissimum mentis, i. q.* ***foedus inire,*** *pangere; consentire*: **1** *intransitive: additur* de, ut; in *aliquid; aliqua re*: CIC. dom. 47 *collegia tribunorum plebis* -ant de hominum locupletissimorum bonis. p. red. in sen. 16 cum hoc tu -ire ausus es, ut consularem dignitatem ... provinciarum foedere addiceres? rep. 1, 39 *populi* prima causa -undi est non tam imbecillitas quam naturalis quaedam hominum quasi congregatio (4, 3). Att. 1, 17, 11 Caesar cum eo (*Lucceio*) -ire per Arrium cogitat. NEP. Pel. 2, 3 duodecim adulescentuli -erunt ex iis, qui exilio erant multati. Att. 8, 4 se neque cum quoquam de ea re collocuturum neque -urum. VERG. Aen. 7, 317 hac gener atque socer -ant mercede suorum. 7, 546 in amicitiam -ant et foedera iungant (HIER. in psalm. 9 p. 23, 3). 11, 292 -ant in foedera dextrae. OV. epist. 16, 181 sermone -imus. fast. 4, 275 mille manus -unt et picta ... Matrem concava puppis habet (STAT. silv. 3, 1, 118 innumerae -iere manus). 6, 94 binaque cum populis regna -isse suis. LIV. 34, 57, 9 cum qui numquam hostes fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se iungendam -ant. ASCON. tog. cand. p. 83 Cl. -erant ... ambo, ut Ciceronem consulatu deicerent (p. 85 adversus se). STAT. Theb. 1, 470 iam pariter -ant animorum in pignora dextrae. QVINT. inst. 2, 16, 9 ut vaga ... multitudo -ret in populos. PS. QVINT. decl. 16, 2 admirabilior caritas *est,* in quam -imus viribus nostris. *ibid.* a primis statim aetatibus in eandem -ire vitam. *ibid.* tali certamine -iimus, ut, si quid accidisset uni, deberet alteri exemplum. 16, 6 amicitia est ..., ut -ire invicem possit totum hominum genus. TAC. ann. 12, 47 quotiens *reges* in societatem -ant. PLIN. epist. 5, 13, 6 venire advocationes, venire etiam praevaricationes, in lites -iri (MOD. dig. 48, 7, 6). FLOR. epit. 4, 3, 6 *imperii corpus* numquam -ire et consentire potuisset, nisi. POMPON. dig. 11, 2, 1 quo facilius -ire coheredes vel socii possunt (possint F^2) in eundem locum omnium praesentiam fieri debet. LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (Corp. XIV 2112) I 12 quib⟨us -ire co⟩nvenire collegium(que) habere liceat, qui stipem menstruam conferre volen⟨t in fune⟩ra, in it collegium -ant. MIN. FEL. 19, 3 *philosophos* in hanc unam -ire et conspirare sententiam (ARNOB. nat. 1, 55 in unam -ire ... mentem gentes. 2, 6 in istius credulitatis consensum). VLP. dig. 4, 9, 1, 1 materia daretur *cauponibus* cum furibus adversus eos, quos recipiunt, -undi. 48, 10, 9, 3 ⟨ad⟩ falsas testationes faciendas testimoniave falsa invicem dicenda dolo malo. coll. Mos. 8, 7, 2 ad occisionem innocentium. MACER dig. 47, 13, 2 in accusationem innocentium. IVST. 5, 1, 8 titulus cum Graecis -undi. LACT. inst. 4, 16, 5 *Iudaei* -erunt adversus eum (*Christum*). COMM. apol. 456 in fabulas -unt *Iudaei*. RVFIN. hist. 1, 2, 23 amicitiis -ire inter se viros. 1, 11, 5 per baptismum in unum -ire. 5, 24, 16 cum ... -issent in pace. SVLP. SEV. chron. 2, 3, 5 dividendum esse Romanum regnum, ita, ut nunquam inter se -at. ISID. orig. 9, 4, 2 *cives* in unum -untes. *de bestiis: fere i. q. concorditer vivere*: MART. 9, 71, 2 leo ... pecorisque maritus ... mirum qua -iere fide. PAVL. NOL. carm. 17, 257 mansueto pecori -ire bestias pulsa feritate.

2 societatem, *sim.* -ire: CIC. Quinct. 76 cum eo tu voluntariam societatem -bas, qui. S. Rosc. 87 qui societatem -eris de municipiis cognatisque fortunis cum alienissimo. 96 nullam societatem neque sceleris neque praemii cum homine ullo. Rab. perd. 21 cum Mario, Scauro, ... cum bonis denique omnibus -ire non modo salutis, verum etiam periculi societatem. leg. 1, 60 quom animus ... societatem ... caritatis -erit cum suis. nat. deor. 2, 123 pina ... cum parva squilla quasi societatem -it comparandi cibi. epist. 5, 19, 2 vel periculi vel laboris. NEP. Con. 2, 2 *Tissaphernes* cum Lacedaemoniis -erat societatem. SVET. Aug. 32 facinoris. GELL. 1, 9, 12 -batur societas inseparabilis. GAIVS inst. 3, 148 societatem -ire solemus aut totorum bonorum aut unius alicuius negotii veluti mancipiorum emendorum aut vendendorum *eqs.* VLP. dig. 17, 2, 5, 1 societas ... -iri potest et valet etiam inter eos, qui non sunt aequis facultatibus. MOD. dig. 17, 2, 4 pr. societatem -ire et re et verbis et per nuntium posse nos dubium non est. *sic apud* ICTOS: libertatis causa, flagitiosae rei, universorum, quae ex quaestu veniunt, ad emendum, honestae et licitae rei, maleficii *sim.* AMM. 26, 6, 14 societate -ita nocturna. VLP. dig. 17, 2, 52, 4 quidam sagariam negotiationem -erunt. NOVELL. Theod. 22, 2, 15 (*a. 443*; COD. Iust. 10, 36 [35], 1, 4) si ... socer futurus filii ... sponsae affinitatis -undae causa donaverit.

B *forma passiva*: Catvll. 95, 2 Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem, quam -pta, est ... edita. Bell. Afr. 69, 4 *cum* iter -ptum pergere -isset (Ov. am. 3, 6, 88 ars 3, 360 met. 2, 598 fast. 1, 188 Liv. 21, 25, 11. 21, 29, 6. Val. Max. 1, 1, 10 omisso -pto itinere. Tac. hist. 3, 40 Vvlg. iud. 18, 26. 19, 14). Sall. Iug. 21, 2 uno die inter duos reges -ptum atque patratum bellum foret (Verg. Aen. 2, 162 -pti fiducia belli. Liv. 7, 28, 1. 22, 19, 1 terra marique -ptum bellum est. 23, 5, 8. 28, 36, 2. 30, 30, 30 *al.* Ascon. Pis. p. 12 Cl. paulo ante -ptum bellum Punicum tertium. Tac. ann. 2, 52. 12, 36 Flor. epit. 1, 11, 15 Ivst. 2, 10, 12. 38, 4, 3). Verg. ecl. 8, 12 accipe iussis carmina -pta tuis (Lavs Pis. 1 inde prius -pti surgat mihi carminis ordo. Nemes. ecl. 1, 81 -ptumque tibi ne desere carmen. Carm. epigr. 1388, 3 primo cum carmine -pto). Verg. Aen. 3, 20 auspicibus -ptorum operum (Ov. fast. 4, 16 -ptum perfice ... opus. Liv. 4, 9, 13. 25, 11, 4. Mon. Ancyr. 4, 13 -pta profligataque opera. Homer. 165 -ptum peragamus opus. Tac. hist. 2, 50 Avson. Mos. 414 Svlp. Sev. Mart. 14, 5 opus -ptum impleret. dial. 2, 8, 5 -ptum opus explica. Sidon. epist. 2, 10, 2 *al.*). Verg. Aen. 4, 86 non -ptae assurgunt turres (Pavl. Nol. carm. 27, 606 et -ptam peragi irrupto molimine turrem). 8, 439 -ptosque auferte labores (Stat. Theb. 6, 469 vixdum -ptus equis labor. silv. 1, 2, 202). Ciris 9 -ptum detexere munus. Ov. epist. 6, 126 tenuit -ptas saeva noverca vias (20, 68 et fuit ad -ptas hora sinistra vias. Vvlg. iud. 19, 27 ut -ptam expleret viam). met. 8, 276 -ptus ab agricolis superos pervenit ad omnes ambitiosus honor. 12, 14 in platanum, -ptis quae stabat proxima sacris. fast. 6, 11 -pti quae mensis origo esset. Ib. 45 prima quidem -pto committam proelia versu. Pont. 2, 3, 70 quae *amicitia* mihi -pta fuit (Liv. 24, 48, 13 cum Syphace Romanis -pta amicitia est. 29, 11, 2. 44, 14, 9 Stat. silv. 4, 6, 92 Tac. ann. 12, 10). 2, 7, 17 fata ... -ptos servantia cursus. Liv. 2, 36, 1 -pti inde ludi. 3, 17, 9 nox certamina -pta oppressit (22, 12, 10 levium certaminum ex tuto -ptorum. 34, 19, 2 Sil. 14, 179 Tac. hist. 5, 15). 6, 27, 4 -ptaque iam res morte Postumi ... interpellata est (Paneg. 9, 5 res simul -pta et patrata); *cf.* 38, 26, 6 a paribus initiis -pta res eundem exitum habuit (Val. Max. 9, 1, 1 quae impensa levibus initiis -pta. Tac. hist. 2, 72 non ultra paucos dies quamquam acribus initiis -ptum mendacium valuit. *cf.* 2, 79 initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae -ptum. Amm. 26, 6, 19 principia incaute -pta et temere). 8, 27, 2 utraque eo anno societas -pta est. 9, 7, 8 iustitiumque in foro sua sponte -ptum prius quam indictum. 9, 39, 4 quia -ptam acriter non tolerarunt pugnam (28, 14, 2. 29, 7, 3. 32, 11, 9. 32, 12, 4 *al.*). 9, 40, 13 tum fuga ab Samnitibus -pta (27, 27, 5. 29, 2, 15). 22, 48, 1 consertum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proelium erat ... et a Punica -ptum fraude (26, 5, 9. Avg. civ. 21, 8 donec -ptum proelium victoria terminaret). 23, 28, 12 iam -pta obsidio omissa ab Romanis est (Amm. 24, 5, 4 inter exordia obsidii -pti). 34, 41, 3 caede iam -pta effugerant (Stat. Theb. 9, 683 Tac. hist. 5, 22). 35, 36, 5 in consilio fraude -pto (Stat. Ach. 1, 104 sed -pta fatigat pectore consilia). 36, 23, 9 inde -pta oppugnatio (Tac. hist. 2, 22 pudore -ptae temere oppugnationis). 40, 9, 5 ut a me -ptum scelus in me finem habeat. Val. Max. 8, 7 ext. 10 octogesimo anno -ptum ... volumen. Phaedr. 4, 21, 9 exsequamur -ptum propositi ordinem (Colvm. 11, 2, 25 ordinem reliquarum culturarum -ptum interrupisse. Tert. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 19 expungamus ordinem -ptum). Sen. Med. 1014 perage -ptum facinus. Phaedr. 602 sed ora -ptis transitum verbis negant. Colvm. 11, 2, 17 *postinatio* mense Decembri vel Ianuario -pta est. Calp. ecl. 4, 146 -ptamque, pater, ne desere pacem. Plin. nat. 19, 26 sparti quidem usus multa post saecula -ptus est. Val. Fl. 2, 349 dapibus -ptis mox tempora fallunt. Sil. 16, 41 caeduntur passim -pti munimina valli imperfecta. Stat. Theb. 2, 118 fidere -ptis fraudibus. 11, 536 -ptus sanguis, facinusque peractum est. Test. Galli (Corp. XIII 5708) 1, 19 nomina mag(istratuum), quib(us) -ptum erit id aedificium. Ivv. 13, 145 incendia sulpure -pta atque dolo. Tac. hist. 2, 6 civium arma in Italia Galliave viribus occidentis -pta (4, 61 post -pta adversus Romanos arma). 2, 88 post seditionem Ticini -ptam (3, 11). 4, 44 qui -ptam, deinde omissam actionem repeterent. ann. 1, 50 limitem a Tiberio -ptum. 2, 49 deum aedes ... -ptasque ab Augusto dedicavit. 2, 57 sermo -ptus a Caesare. 4, 62 -pto apud Fidenam amphitheatro. 6, 15 offensiones ob rem publicam -ptas. 6, 30 affinitatem sibi cum Seiano ... -ptam. 11, 1 quos (*hortos*) ille a Lucullo -ptos insigni magnificentia extollebat. 11, 13 Graecam quoque litteraturam non simul -ptam absolutamque. 11, 19 post rebellionem clade L. Apronii -ptam. 12, 16 -pta patrataque expugnatio eundem intra diem foret. 12, 24 a foro boario ... sulcus designandi oppidi -ptus. 14, 10 amici adire templa, et -pto (*i. dato*) exemplo proxima Campaniae municipia victimis et legationibus laetitiam testari. 15, 48 -pta simul et aucta coniuratione. Svet. frg. p. 27 nullo commercio inter Italicos et Afros ... -pto. vita Verg. p. 61 Aeneidos vixdum -ptae tanta extitit fama. Apvl. apol. 1 accusationem mei prius apud te -ptam. Vlp. dig. 2, 2, 1, 2 consummatam iniuriam, non -ptam. 3, 1, 1, 5 retinere quidem iam -ptum magistratum posse. 4, 6, 12 quamdiu non est eiusmodi lis -pta. 5, 2, 6, 2 -pta controversia. Pavl. dig. 46, 8, 15 iudicium (Avell. p. 73, 8 -ptum super hac discussione iudicium). Dict. 2, 2 a parentibus -ptum cum eo societatis ius perseverabat. 5, 10 convivium publice -ptum. Cod. Theod. 2, 24, 1 (*a. 321*) etiamsi -ptum neque impletum testamentum esse memoretur (Cod. Iust. 6, 22, 9 pr. si -pto testamento furor eum invasit). Avell. p. 11, 25 synodum piissime -ptam sed impiissime terminatam. 34, 21 a -pta persecutione cessarunt. Avg. civ. 18, 26 a quibus tantum prima -pta fundamina *templi*. Novell. Iust. 112, 3 pr. -ptum negotium usque ad finem litis exercere. Corp. V 3100, 8 hanc basilicam ... a fundamentis -ptam ... perfecit (VII 965 baselicam ... a solo -ptam aedificavit consummavitque. VIII 21511. 23849, 9. X 7657. XIII 3255 thermas ... a fundamentis -ptas ac peractas). Carm. epigr. 888 moenia ... de rude -pta solo. *nota*: Ov. met. 8, 190 ponit in ordine pennas a minima -ptas, longam breviore sequenti.

part. perf. **coeptus,** -a, -um (*saepe fere deponentialiter, ut activi sensus lateat; cf ex. gr. notiones temporales l. 67. 78. 81*): Prop. 3, 9, 57 mollis tu -ae fautor cape lora iuventae (Stat. silv. 2, 7, 64 mox -a generosior iuventa). Ov. epist. 16, 189 potius -o pugnemus amori. met. 1, 426 plurima cultores versis animalia glebis inveniunt, et in his quaedam modo -a sub ipsum nascendi spatium, quaedam imperfecta. 10, 417 indicium laquei -aeque minatur mortis (Hil. in Matth. 33, 9 quia a sexu isto -a mors esset). Liv. 1, 8, 6 idque primum ad -am magnitudinem roboris fuit. 4, 43, 3 moles discordiarum ... -a ab duplicando quaestorum numero. 30, 45, 6 Africani cognomen ... -um ab assentatione familiari sit. Sen. Herc. f. 363 nec -us umquam cedat ex animis furor. Plin. nat. 26, 91 inguinis dolores prohibet aut sedat -os. Tac. hist. 4, 50 obscuro adhuc -ae lucis (ann. 1, 65 -a luce. 3, 15. 15, 55. Avien. Arat. 1862 cum curriculis lux ibit -a secundis. *cf.* Tac. ann. 2, 13 nocte -a). ann. 1, 77 theatri licentia proximo priore anno -a gravius tum erupit. 4, 25 simulque -us dies. 12, 31 -a hieme. 15, 38 simul -us ignis et statim validus. Hil. Macc. 172 illa (*Sarra*) tamen peperit, generisque propagine -a *eqs.* Hil. trin. 3, 5 creatio non a se -a, sed ex alio in aliud existens (*aqua in vinum mutatur*). in Matth. 10, 23 qui primi a deo figurati sunt, in quibus -ae originis ortus effectus est, non traductus aliunde. 31, 3 ex nihilo ut assumptus sit et -us ex opere et confirmatus ex tempore (*sc. filius dei*. Prvd. apoth. 270 deum ... non -um, sed tamen ortum). Avson. 332, 7 anne, bonis -e auspiciis (333, 1). 336, 5 forma hominis -i, plenique exactio partus. Avg. civ. 12, 15 nostra mortalitas nec quo initio -a sit sciunt, nec quo fine claudatur. 12, 16 si tamen a caelo -a sunt tempora, et illi iam erant ante caelum (gen. ad litt. imperf. p. 463, 3 tunc -a esse tempora). 15, 14 vicensimo et septimo die secundi mensis diceretur -um esse diluvium. *ibid.* quem *mensem* luna -a et finita concludit. Corp. VIII 9048 Clemens et Vincentia sunt -o nobis flore subrepti.

subst. **coeptum,** -ī *n.*: Lvcr. 1, 418 ut repetam -um pertexere dictis. Cvlex 41 nos ad -a feramur. Ov. ars 1, 30 vera canam: -is, mater Amoris, ades (epist. 15, 18 et -o non leve numen adest. rem. 704 fast. 6, 652 Sil. 13, 137 Tac. hist. 2, 76 Amm. 21, 5, 5). 1, 771 pars superat -i. 2, 38 da veniam -o. met. 8, 67 -a placent. 8, 200 postquam manus ultima -is (-o *opt. codd.*) imposita est. 8, 463 tum conata quater flammis imponere ramum, -a quater tenuit (Pont. 2, 7, 83 -a tene. fast. 4, 784). 8, 492 deficiunt ad -a manus. 9, 619 -a expugnare secundum est. epist. 16, 19 quae sit fiducia -i. Liv 1, 36, 1 cum Sabinum bellum -is intervenit 21, 7, 6 -is succedebat (25, 37, 19). 21, 29, 5 nisi ut ex consiliis -isque hostis et ipse conatus caperet. 23, 35, 16 ne quis enuntiare posset -a. 23, 41, 4 ne cuius interventus -a impediret. 24, 13, 4 domum ad -a maturanda redire iubet. Sen. Phaedr. 412 en ades -is favens (Lvcan. 1, 200 fave -is. 8, 322 Stat. Theb. 5, 134. Amm. 20, 5, 8 dictis favebat et -is. Clavd. 20, 396). Phaedr. 596 si -a exsequor. Phoen. 103 desiste -o, virgo (Frontin. strat. 3, 6, 4 simulavit se -o desistere). dial. 5, 1, 2 alios pudor -o deiecit. 9, 2, 8 illos paenitentia -i tenet et incipiendi timor. nat. 3 pr. 4 quotiens -i magnitudinem ostendit et cogitat. Cvrt. 8, 6, 20 quia -is deos obstare credebat. Val. Fl. 1, 165 socium te iungere -is est animus (Ivst. 1, 6, 1 socium -is assumeret). 1, 242 quandoque datur spes maxima -is. 2, 368 longus -is et fluctibus arcet quem metus. 2, 596 ne defice -is. 3, 503 -a refer. 6, 287 patrias -is ferus advocat umbras. Sil. 1, 342 anne pudet -i? 2, 46 taedet -i. 2, 479 -a occultans. 3, 12. 94. 176 dum lentus -i terra cunctaris Hibera. 4, 722 nec regem Afrorum nascenda ad -a moratur laude super tanta monitor deus. 7, 346 -is ire ministrum haud segnem hortantur. 9, 83 sumpto nam prodere -a vitabat clipeo. 10, 337. 430 ubi turpe malum Latioque extrema coquebant -a viri. 12, 202 -oque avertit suprema in fata ruentem. 12, 455 linquit -a ferox. 12, 493 init nunc avia -o consilia. 12, 520. Homer. 942 alternis poterant insistere -a periclis. Stat. Theb. 2, 364. 570 fuga tremefactum protinus agmen excutitur -is. 4, 691. 829 hac saevisse tenus populorum in -a tuorum sufficiat. 6, 877 -is non evaluere potiri, frustratae brevitate manus. 9, 144 pellere -o. Qvint. inst. 12, 5, 3. Tac. hist. 1, 6 opprimendis Vindicis -is. 2, 12 blandiebatur -is fortuna. 2, 85 accelerata Vespasiani -a. 3, 52 instandum -is aut rursus cunctandi utilitates edisserens. 4, 32 si Vespasianum iuvare aggressus foret, satisfactum -is. 4, 53 deos precatus uti -a prosperarent. ann. 2, 26 precante Germanico annum efficiendis -is. 2, 80 quamquam -a secus cadebant. 12, 12 ita urgueret -a. Svet. Nero 34 opperiens -orum exitum. Vesp. 6. Flor. epit. 3, 14, 6 ad perpetranda -a. Tryph. dig. 26, 7, 55, 3 consummationem -orum ab eo desiderabant. Apvl. Socr. 19 p. 163 omitteret -a impraesentiarum. apol. 98 quo facilius remotis nobis -a perficerentur (Physiogn. 88 facile perficit -a). Sol. 1, 49 cum quadam auspicantium -orum nota. Ivst. 7, 1, 9 -orum duces habiturus. Hil. in psalm. 64, 8 praeparatio futurae operationis est -um. Symm. epist. 1, 4, 3 tu -a perage (Ennod. opusc. 3, 145 p. 368, 14). Amm. 15, 8, 8 -is ... etiam vestra consensione firmandis. 15, 12, 6 remeabo ad -a (22, 16, 24 ad ordinem remeabo -orum. 28, 1, 43 ad ordinem redire -orum. Sidon. epist. 1, 2, 7 ad -a redeatur). 20, 8, 2 summa -orum quorsum evaderet pertimescens (21, 13, 9). 21, 7, 1 inter exordia ipsa -orum. 25, 3, 17 -orum eventus superae sibi vindicant potestates. 27, 4, 14 pedem referamus ad -a. 30, 4, 4 ad -orum cursum regrediar institutum. Hier. epist. 48, 3, 3 magis concito gradu ad optata -aque pervenies. Avg. civ. 7, 7 sollicitudinis plena sunt -a, donec perducantur ad finem. Svlp. Sev. chron. 2, 11, 5 Neemias ... -a explicuit. Sidon. epist. 1, 5, 1 an secundum commune consilium sese peregrinationis meae -a promoveant. Ennod. epist. 5, 5, 2 p. 128, 4 vos tantum -is insistite. Rvst. Help. benef. 20 tam -o quam fine carens. *cum adiectivis vel pronominibus*: Verg. georg. 1, 40 audacibus adnue -is (Aen. 9, 622. Liv. 42, 59, 7 ne audaci -o deessent. Lvcan. 3, 144 audaci nimium desistere -o). Aen. 4, 642 -is immanibus effera Dido (Sil. 4, 33 exterrent immania -a. 12, 510 -a immania pandit. Evgipp. Sev. 30, 1 immania crudelitatis -a desereret). Aen. 8, 15 quid *Aeneas* struat his -is (Val. Max. 1 praef. huic -o. Amm. 26, 1, 13 hoc ex -o emerserunt alia plurima. Pavl. Nol. carm. 21, 662 prior esset ut his perfectio -is. 22, 26 quanto maior ab his cedet tibi gloria -is). Verg. Aen. 9, 294 sponde digna tuis ingentibus omnia -is (10, 460 -is ingentibus assis. Stat. Theb. 12, 136 pereatque ingentis gloria -i). Cvlex 25 meis allabere -is (Ov. met. 1, 2 -is ... aspirate meis. 9, 616 nec taedia -i ulla mei capiam. fast. 6, 798 Pierides, -is addite summa meis. Pont. 2, 5, 30 nec potui -i pondera ferre mei. Manil. 3, 36). Ov. met. 7, 194 -is conscia nostris (9, 486 noxque fuit praeceps et -is invida nostris. Sen. Thy. 333 nostra tu -a occules). Pont. 3, 1, 139 differ tua -a (Sil. 11, 305 tramittam tua -a). 3, 1, 159 lux etiam -is facito bona talibus assit (Sil. 16, 631 angustae prohibent nunc talia -a res Italae). Val. Fl. 1, 499 pulcherrima Graium -a tuens (3, 513 pulchro reserantem Pergama -o [*sic Burm.*, ponto *codd. V P*]). 2, 264 maiorque piis audacia -is. 2, 525 vanique insania -i (Sil. 12, 405 vani conamina -i. 16, 223). 3, 416 placidis sileant age litora -is. Sil. 1, 34 fractisque in gur-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gite -is Sicanio Libycis. 3, 222 quos horrida -a excierint populos. 3, 701 -a aspera cerno. 11, 202 audita asperitate viri -oque feroci. 13, 418 apparat occulto monstrata piacula -o. 15, 654 nunc accumula -a ardua dextra. 16, 598 temeraria -a vetabant (16, 653). STAT. Theb. 10, 408 neutri fiducia -o. Ach. 1, 776 invideo vestris . . . -is. TAC. hist. 2, 24 angebant Caecinam nequiquam omnia -a (3, 58 omnia inconsulti impetus -a initiis valida spatio languescunt. CLAVD. 28, 238 omnibus exclusus -is). ann. 13, 8 quae *fama* in novis -is validissima est (AVSON. 308, 11 segniores omnes in -is novis). SVET. Otho 5 hoc subsidium tanti -i fuit. APVL. met. 4, 12 sollertibus -is. 8, 5 nec -i nefarii bonum piguit amicum. IVST. 31, 5, 3 nihil se aut consiliorum aut -orum praesentium probare. SYMM. epist. 1, 89, 2 sequere -a felicia. COD. Theod. 6, 29, 2, 2 (*a. 357*) improbi -i privetur effectu. AMM. 19, 1, 6 ne profusus in iram a gloriosis descisceret -is. 21, 12, 10 summa -i prudentis aliorsum evasit. AMBROSIAST. in Rom. 16, 24 bono -o illorum (PROSP. c. coll. 3, 2 si bonis -is necessarium dei fateris auxilium). CLAVD. 5, 200 peragat pugnas an fortia -a deserat. 26, 478 magni subeunt iam taedia -i. PAVL. NOL. carm. 22, 149 cane grandia -a tonantis. INSCR. christ. Rossi II p. 148, 14 v. 3 quae magnificis -is Bonifatius auxit. *cum adverbiis*: LIV. 36, 15, 2 ne temere -a segnitia insuper everteret. 45, 15, 7 qui in bene -o perseverasset (SEN. epist. 108, 15 ex bene -is pauca servavi). SEN. dial. 3, 18, 2 in mal- -is honestior illi pertinacia videtur quam paenitentia. AMM. 15, 5, 25 multitudine trepide -a fundante.

opposita: absolvere, concludere, consummare, deficere, desinere, desistere, explere, explicare, finire, implere, patrare, peragere, perficere, profligare, terminare.

derivata: coeptio, coeptus. coeptare. *compos.*: incoeptus. *Spelthahn.*

coëpiscopātus, -ūs *m. a* co- *et* episcopatus, *cf.* coepiscopus. *i. q. munus episcopi qui alterius episcopi collega est*: AVG. epist. 31, 4 p. 123, 36 qua ecclesiae cura tenear, ex hoc vestra caritas oportet attendat, quod beatissimus pater Valerius . . . nec presbyterum me esse suum passus est, nisi maiorem mihi -ūs sarcinam impeneret.

✖coëpiscopus, -ī *m. a* co- *et* episcopus, *cf. gr. συνεπίσκοπος*. *legitur* conepiscopus: GILD. epist. 7 chron. III p. 88, 13 (*cf. p. 1432, 10*). quoepiscopus: CONC. Matisc. a. 585 p. 168, 29. *invenitur apud* ECCL. *inde a* CYPR. **1** *appellatio, qua episcopi inter se colloquentes utuntur*: CYPR. epist. 48, 2 legatis ad vos -is nostris Caldonio et Fortunato missis (*iidem antea* conpresbyteri *nominantur*). *et saepissime.* HIL. op. hist. frg. 2, 2 scribentibus Eusebio, Mario . . ., Iulio consacerdoti nostro, Romanae ecclesiae episcopo, adversum praedictos -os nostros. 2, 3 -us noster beatissimus Theodulus. *ibid.* adversum -os nostros Athanasium et Marcellum. 2, 6 liber, quem conscripsit frater et -us noster Marcellus (2, 8. 13 omnes fratres et -os nostros litteris tuis admonere digneris. EPIST. pontif. 212 Lucif. epist. 7 p. 331, 17 [Liber.] fratrem et -um meum . . . Luciferum. HIER. epist. 95, 1 CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 121^{C}. AVG. civ. 21, 4 quod a fratre et -o meo Severo Milevitano de isto lapide comperi. persev. 20, 53 *verba* a quodam fratre et -o meo . . . commemorata. epist. 83 pr. p. 291, 49 domino beatissimo et venerabiliter carissimo ac desideratissimo fratri et -o Alypio et qui tecum sunt fratribus, Augustinus et qui mecum sunt fratres, in domino salutem. 96, 2 p. 356, 44 sancti fratris et -i mei Bonifacii. 228, 1 p. 1013, 37 sancto fratri et -o Honorato. serm. 94, 1 p. 580, 26 domini fratres et -i mei. in psalm. 34 serm. 1, 1. PAVL. MED. adv. Cael. 2 quales litteras dederit sedes apostolica ad fratres et -os Africanae provinciae [EPIST. pontif. 330 (Zosim.) Migne 20, 656^{A} sanctum Britium -um nostrum Turonicae civitatis]. EPIST. pontif. 570 Thiel [Simplic.] 1 *et saepius*. AVELL. p. 92, 6. CANON. Migne 56, 406^{A} ut de qualibet provincia episcopi ad eum fratrem et -um nostrum preces mittant, qui in metropoli consistit. *ibid.* commendaticias tribuens epistolas pari ratione ad fratres et -os nostros qui illo tempore in his regionibus et urbibus morantur. EPIST. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 p. 71, 5 [Hormisda] nam unde est, quod cum per Ennodium fratrem et -um nostrum sacerdotales viros ad confirmanda ea, quae sedes apostolica poposcerat, directuros se esse promisissent. CONC. Lugd. a. 567/70 p. 139, 34 et si quid inter fratres, id est -os nostros, contentionis ortum fuerit, si de una provincia sunt, metropolitani cum comprovincialibus suis iudicio sint contenti [*cf.* CONC. Matisc. a. 585 p. 169, 1 in quo *conciliabulo* collecta fraternitas -i sui causas discutiat]. CONC. Cabil. a. 639—654 p. 211, 6 EPIST. pontif. 723 Thiel (Gelas. frg. 11) GREG. TVR. Franc. 5, 18 GREG. M. epist. 2, 8. 3, 63. 4, 23. 25. 27. 5, 39 triste tamen valde est, ut patienter feratur, quatenus despectis omnibus praedictus frater et -us meus solus conetur appellari episcopus. 6, 25. 26. 9, 95. 12, 6 *bis et persaepe*). HIL. op. hist. frg. 2, 6 Asclepius -us noster. OPTAT. 2, 18 p. 52, 6 urgentibus et praesentibus -is vestris supra memoratis. 3, 3 p. 78, 15 et dum episcopus inter -os suos non fuit nec homo inter homines esse voluit. LVCIF. Athan. 1, 41 per Athanasium sive per -os eius. 2, 30 caritatem, quam tenemus cum -o nostro Athanasio (*antea*: consacerdotem nostrum religiosum Athanasium). PRISCILL. tract. 2, 50 p. 40, 21. MAXIMIN. c. Ambr. 14 attamen hic sonat euangelii veritas, quam sanctus Palladius cum suo comite (*suprascriptum in cod. Parisin. 8907*: secundiaria et -o) Secundiano defendisse probatur. AMBROSIAST. in Rom. 16, 21 Timotheus consors laborum eius est quasi -us. in I Tim. 1, 3 obsecrat episcopus (*sc. Paulus*) -um suum (*sc. Timotheum*), ne pateretur Iudaeos aliter . . . docere. AVG. cur. mort. 1, 1 diu sanctitati tuae, -e venerande Pauline, rescriptorum debitor fui (*cf.* AVG. retract. 2, 63). epist. 75, 3, 5 p. 253, 37 POSSID. vita Aug. 14 p. 45, 14. AVR. epist. p. 1011 dilectissimis ac desiderabilibus fratribus ac consacerdotibus, Donatiano primae sedis, . . . Aurelius episcopus . . . auctoritas, quam per humilitatem meam universis -is voluerunt intimari. GILD. epist. 7 chron. III p. 88, 13 conepiscopos autem et conabbates nec non consubiectos non iudicare melius est. PRAEDEST. 1, 18 p. 593^{A} Mesopotamiani ecclesiarum Syriae sacerdotes ad ceteros suos -os conscripserunt. SIDON. epist. 4, 25, 3 VICT. VIT. 2, 39. 41 ad omnes -os meos. 2, 43 scribam et ego fratribus meis, ut veniant -i mei. 2, 44. IVNIL. praef. inter alios reverendissimos -os. ENNOD. opusc. 2, 49 p. 303, 4. 313, 22 ibique papam ab eo salutatum suo ore iussit affari, ut traderet -o mancipia nullis subdenda tormentis. CONC. Aurel. a. 538 p. 85, 3 quod omnibus sanctis -is meis, qui mecum subscripserunt, placuit. *bis.* Turon. a. 567 p. 123, 13. Matisc. a. 585 p. 168, 29 quod si talis fuerit immanitas causae, ut eam solus metropolitanus definire non valeat, advocet secum unum vel duos quoepiscopos. Paris. a. 614 p. 189, 17 ut, si quis episcoporum cum -o suo quodcumque negotium exsequi voluerit, ad iudicio metropolitani sui recurrat. GREG. M. epist. 13, 11 non solus episcopus . . . causam examinet, sed adhibitis sibi sex aliis -is suis . . . perquirat (*item* 13, 12. 13). FACVND. defens. 7, 7 p. 703^{D}. 12, 3 p. 841^{C} convenientibus secum -is suis et clericis. VITA Caes. Arel. 2, 1 p. 457 cum sanctissimis (*cf. supra l. 17*) -is eius. PAPYR. Marini 1, 55 (*a. 638*) synodus facta a . . . domno Bonifacio eiusque -is. **2** *titulus muneris, quo episcopus alteri episcopo subditus cumque adiuvans fungitur*: PAVL. NOL. epist. 7, 2 p. 43, 18 *Augustinus* ad maiorem dominici muneris gratiam novo more provectus ita consecratus est, ut non succederet in cathedra episcopo, sed accederet. nam incolumi Valerio Hipponiensis ecclesiae -us Augustinus est. *Lambertz.*

coeptio, -ōnis *f. a* coepisse. *i. q. incohatio*: CHAR. gramm. I 167, 11 cum *verba* in -em transierint, ⟨ut tepescit tepet, pallescit⟩ pallet. SCHOL. Ter. p. 149, 19 'negotium' dicitur quasi 'nec otium', in -e enim nullum inest otium. ISID. sent. 3, 23, 8 a virtute perfectionis inanescat -o sanctitatis.

?coeptistudus (-ī) *m. cf. c.* coeptare *et c.* studium. *is qui studere coepit*: CARM. epigr. 1598, 11 (*Tarracone, saec. II*) in⟨m⟩a-⟨t⟩urus obit fato hic coeptistudus (*coni. Büch.*, heciptistudus *lapis*) artis.

coepto, -āvī, -ātum, -āre [*a* coepi, coeptus. *Th.*]. coeptatus: *v. l. 59.* GLOSS. ἄρχομαι. -at inco(h)at. IV 5, 6 abire -bat: ire incipiebat (V 161, 12 abreceptabat. IV 476, 43 abreptabat; *spectare videtur ad Suet. Otho 11, l. 67, cf. etiam l. 70*). **1** *cum accusat. rei*: PLAVT. Merc. 648 cur istuc -as consilium? TER. Eun. 1025 quid -as Thraso? Phorm. 626 quid hic -at? SIL. 2, 275 -antis magna iuventae. TAC hist. 1, 7 cum similia -ret. 2, 41 incertum fuit, insidias an proditionem vel aliquod honestum consilium -verint. 3, 70 antequam invicem hostilia -rent. 3, 73 inermem neque fugam -antem circumsistunt. ann. 1, 38 seditionem (1, 45. 2, 81). 1, 56 Romanos pontem -antes arcebant. 3, 40 rebellionem. 4, 19 defensionem. 4, 24 defectionem. 12, 32 qui arma -bant. FRONTO p. 209, 7 N. ille vim -ans. IVL. VAL. 3, 49 pacificum iter -ans. AMM. 14, 10, 5 exitiosa -antem. 15, 5, 4 altiora -antem. 23, 5, 14 gloriosa- 24, 2, 9 obsidium omni cautela -bat. 25, 9, 8 sublimiora. 26, 6, 3 nova. 27, 4, 1 civilia bella (HEGES. 3, 8, 1 atrox bellum -arunt). 28, 6, 26 perniciosa. *nota*: coeptatus: TAC. hist. 4, 44 patres -atam libertatem, postquam obviam itum, omisere. **2** *cum infinitivo*: CIC. Arat. 131 cum -ant tutos contingere portus. fin. 5, 24 -atque *animal* et ea, quae naturae sentit apta, appetere et propulsare contraria. LVCR. 1, 267 nequa forte tamen -es diffidere dictis. 4, 113 quae primum oculi -ant non posse tueri. 4, 405. 6, 255 cum commoliri tempestas fulmina -at. SIL. 9, 320. 10, 253. 258 aegrum -anti attollere corpus. 15, 693. TAC. hist. 2, 29 coercere seditionem -bat. 3, 10. 81. 5, 10. SVET. Otho 11 abire -bant. GELL. 4, 1, 6. 15, 2, 3. APVL. met. 11, 29 CARM. de Sod. 102. LAMPR. Alex. 60, 8 AVSON. Mos. 237 AMM. 25, 6, 2. 29, 1, 34. GLOSS. Verg. ed. Hagen A 10 p. 453 abibat: abire -bat. **3** *absolute*: PLIN. nat. 36, 189 lithostrota -vere iam sub Sulla. TAC. hist. 3, 4 -ante legionum motu. ann. 4, 27 -antem cum maxime coniurationem disiecit. SOL. 1, 28 cum septima -ante *olympiade* Roma condita sit. 32, 11 lunis -antibus. AMM. 20, 4, 14 nocte -ante. 31, 15, 2 luce -ante. SALL. or. Phil. 16 perge, qua -as, ut quam maturrime merita invenias.

coeptus, -ūs *m. a* coepisse. *i. q. initium, principium*: CIC. fin. 4, 41 primos suos (*sc. hominis*) quasi -us appetendi fuisse, ut se conservaret in ea natura, in qua ortus esset. STAT. Theb. 12, 644 dignas insumite mentes -bus. APVL. flor. 16 p. 64 imber . . . differri auditorii coetum et auditionis -um coegit. SOL. 32, 28 *crocodili* quattuor menses a -u brumae inedia exigunt. IVL. VAL. 1, 20 boni -us (*sic Mai*, coepti *cod. P*, coepta *cod. A*) plerumque malos eventus reperiunt. AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 44 quae pudoris tenebitur

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quantitas, quive limes inter tot eius diversitates, atque inter -us partim necessarios partim societate defensos. CYPR. GALL. exod. 161 ac ne praetrepidus -u infirmere (*coni. Peiper*, cepta referam *cod. A*) sub actu. *Spelthahn.*

coëpulōnus (-ī) *m.* [*cf. c.* co- *et* epulo, epulari. *Th.*]. PLAVT. Persa 100 te -us compellat tuus (*nota contractas in versu duas vocales* cōēp- *in unam syllabam attamen brevem, quasi fuerit* quĕpŭl-; epulonus *coni. Bergk*).

coëpulor, -ārī *a* co- *et* epulari. *una cum aliis epulari*: AMBR. epist. 19, 15 quaestionem . . . proposuit Samson iuvenibus -antibus. ORIG. in Matth. 18, 79 celebramus pascha Christo nobiscum -ante. *Mbr.*

coera *v.* Cura *nom. propr.*

✱**coërceo,** -uī, -itum, -ēre [*a* co- *et* arcere. *Th.*]. *cf.* PRISC. gramm. II 438, 3 cum soleat plerumque compositio a correptam vel in e correptam vel in i convertere per quaecumque tempora . . . arceo coerceo. *de formis*: coercuntur: VARRO ling. 5, 153 (*estne a* coerco -ere? *cf.* coer(c)tio *p. 1438, 5 sqq.*). *adde*: GLOSS. IV 35,38 (V 278,26) coercit (IV 496,13 coh-. 320, 4 choercit). coercito (*imperat.*) FRONTIN. aq. 129. coerceunt: GREG. TVR. Franc. 1, 10. *part. perf. pass.* coercitus *saepe, ex. gr.*: SALL. Iug. 91, 7 OV. epist. 14, 3 LIV. 1, 40, 6. 4, 15, 2 *al. comparativus* coercitior *p. 1437, 75. forma* coherceo *saepissime legitur in libris mss. nota*: GLOSS. IV 36, 31 coercet, cohercere[t]: emendare. comerceo: GLOSS. V 181, 9 comercere: coercere (*idem coni. Goetz* GLOSS. Plac. V 13, 29, *ubi R* coniecere coescere). *de significatione*: VARRO ling. 5, 151 carcer a -endo quod exire prohibentur (*v. p. 1437, 39*). PAVL. FEST. p. 16 arcere prohibere est . . . et pro eo, quod est continet, ponitur; unde -ere continere dicimus. p. 65 coinquere -ere. p. 82 erctum a -endo dictum, unde et 'erciscendae' et 'ercisci'. p. 116 insertae *linguae*, id est intra (*cf. p. 1434, 9*) dentes -itae, ut in tibiis. p. 222 'parcito linguam' in sacrificiis dicebatur, id est -eto, contineto, taceto (*cf. p. 1434, 69*). AGROEC. gramm. VII 119, 9 coarguere est -ere et compescere (ISID. diff. 1, 19 DIFF. ed. Beck p. 39, 100). SERV. Aen. 9, 27 -ent cogunt colligunt. GLOSS. -o *βασανίζω. ἐπέχω. κολάζω. τιμωροῦμαι.* conpesco. -et: *κωλύει. συνέχει, ἐπιστρέφει, εὐθύνει, ἐλέγχει, κολάζει. σφίγγει, κολάζει, τιμωρεῖται.* corripit, prohibet. corrigit, castigat. corrigit, prohibet. retinet vel punit. refrenat. -ere: emendare, in vincula mittere vel iactare. -entibus: reprimentibus. Plac. V 13, 16 (55, 35; praef. p. XVI) -iti: vindicati, id est in quibus crimen punitur; -ere enim est vindicare; item cohercere dicimus circumvenire, ut civitatem fossa vel campum fluviis. NOT. Tir. 74, 30 -et. *invenitur inde a* CATONE, *habent singulis locis*: LIC. CRASS. NIGID. L. VAR. BELL. Alex. NEP. GRATT. IVV. FLOR., *binis*: PACVV. SEN. contr. VELL. VAL. FL. PLIN. epist., *trinis*: CAES. SALL. VERG. AETNA VAL. MAX. FRONTIN., *quaternis*: VARRO LVCR. MANIL, SIL. STAT. FRONTO, *saepius*: CIC. (*46ies*) HOR. (*9ies*) OV. (*17ies*) LIV. (*32ies*) PAVL. FEST. (*9ies*) CELS. (*11ies*) SEN. phil. (*23ies*) CVRT. (*8ies*) COLVM. (*14ies*) LVCAN. (*10ies*) PLIN. nat. (*28ies*) QVINT. (*12ies*) SVET. (*21ies*) APVL. (*21ies*). *imprimis saepissime apud* ICTOS. [*sard.* hulcire. *M.-L.*]

I *i. q. in unum (vel undique) cogendo* ***complecti, circumcludere, coartare***: **A** *res*: LVCR. 3, 396 magis est animus vitai claustra -ens. 4, 657 variare viae *debent* proinde ac textura -et. 6, 954 denique qua circum caeli lorica -et. HOR. carm. 2, 19, 10 nodo -es viperino Bistonidum sine fraude crines (OV. met. 1, 477 vitta -bat positos sine lege capillos. 2, 413 vitta -uerat neglectos alba capillos. PLIN. nat. 28, 168 efficacissime tamen evolsos ibi pilos -et *medicamentum aliquod, cf. p. 1435, 61*). AETNA 272 scire quid occulto terrae natura -et. 551 candenti pressoque agedum fornace -e. OV. met. 1, 31 circumfluus umor ultima possedit solidumque -uit orbem (*cf.* LVCAN. 5, 618 mundumque -ens monstriferos agit unda sinus. APVL. mund. 4 nescii omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu -eri. AVIEN. Arat. 2, 167 pater Oceanus . . . occasus ortusque salo moderante -et. *adde sim.*: SEN. Med. 683 pestes . . . quas perpetua nive Taurus -et frigore Arctoo rigens. LVCAN. 2, 400 collesque -ent hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pisae, illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon. 4, 20 camposque -et Cinga rapax. 6, 334 Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis attollit Titan, rupes Ossaca -et. PLIN. nat. 12, 5 produnt Alpibus -itas et tum inexsuperabili munimento Gallias. GELL. 2, 20, 7 lacus vero aut stagna, ⟨quae⟩ piscibus vivis -entur clausa. APVL. mund. 3 post eam vero partem, quae sancti aetheris finibus -etur). OV. fast. 6, 413 stagna recesserunt et aquas sua ripa -et (LIV. 21, 31, 11 Alpinus amnis [*sc. Druentia*] . . . nullis -itus ripis. 27, 47, 11 tanto altioribus -entibus amnem ripis. SEN. nat. 3, 30, 4 aquae diu -itae. CVRT. 5, 1, 28 Euphrates interfluit magnaeque molis crepidinibus -etur. 6, 4, 6 Ziobetis amnis . . . rursus angustioribus -itus ripis iter cogit. 9, 2, 17 angustis ripis -ita et in angustiorem alveum elisa torrentes aquas invehunt. 9, 9, 9 primo -itum *flumen*, deinde vehementius pulsum. PLIN. nat. 36, 1 montes natura sibi fecerat . . . ad fluminum impetus domandos fluctusque frangendos ac minime quietas partes -endas durissima sui materia. STAT. silv. 3, 2, 109 cur vada desidant et ripa -eat undas *Nili*. 4, 4, 6 Lydia qua penitus stagnum navale -et TAC. ann. 1, 76 remedium -endi fluminis. 13, 53 ille incohatum . . . aggerem -endo Rheno absolvit. *cf.* CVRT. 8, 13, 9 aquarum late stagnantium impetum). OV. Pont. 4, 8, 73 nam modo bella geris, numeris modo verba -es. LIV. 32, 27, 2 asperior tamen in fenore -endo habitus (35, 7, 3 cuius -endi cum ratio quaereretur, diem finiri placuit Feralia, . . . ut, qui . . . civibus Romanis credidissent pecunias *eqs.*). MANIL. 3, 647 *al.* PAVL. FEST. p. 8 orias, quo ora -bantur. SEN. Herc. f. 767 deformem sinum nodus -et (CLAVD. 1, 88 audacem retegit mammam laxumque -ens mordet gemma sinum). Tro. 375 tristes cineres urna -uit. dial. 3, 2, 1 intra moenia -itos ignes (9, 1, 11 intra parietes suos vitam -ere. QVINT. inst. 2, 15, 36 si scientiam virtutem iudicant, sed anguste intraque civiles quaestiones -ent. *adde p. 1433, 30*). PLIN. nat. 20, 3 ad -endam suci abundantiam. APVL. met. 5, 31 cur truci supercilio tantam venustatem micantium oculorum -ret. 6, 31. AVSON. 368, 30 et solis lunaeque vias sua libra -et. VVLG. Ezech. 31, 15 prohibui flumina eius (*sc. abyssi*) et -ui aquas multas. MART. CAP. 7, 746 mihi vero solus numerus approbatur, qui digitis -etur. AVG. civ. 12, 13 illud vero temporis spatium, quod ab aliquo initio progreditur et aliquo termino -etur. BOETH. cons. 5, 1 p. 122, 22 -ente in ordinem cuncta deo. *nota de rebus agriculturae*: CATO agr. 139 (*in precatione*) illiusce sacri *luci* -endi ergo. CIC. Cato 52 *vitem* amputans -et ars agricolarum (COLVM. 3, 1, 9. 3, 21, 7 putatione vitem. 4, 1, 5 vitis . . . iuxta terram -etur. 4, 10, 1 angusta putatione -enda semina. 4, 11, 2. 5, 5, 8. 5, 6, 23. PLIN. nat. 14, 10 vites tonsura annua -entur. 16, 140. 17, 142 QVINT. inst. 9, 4, 5). COLVM. 5, 10, 13 radix . . . duritia humi -ita recurvatur. 11, 3, 27. 34 arb. 22, 2 PLIN. nat. 18, 186. QVINT. inst. 8, 3, 10 surgentia in altum cacumina oleae ferro -bo.

B *homines*: VARRO ling. 5, 151 carcer a -endo *eqs., v. p. 1433, 26* (*sim. de equis* 5, 153, *v. p. 1437, 39. cf.* PLIN. nat. 10, 141 ex eo coepimus carcere animalia -ere, quibus rerum natura caelum assignaverat). VERG. georg. 4, 480 quos (*sc. mortuos*) circum limus niger . . . et noviens Styx interfusa -et (Aen. 6, 439. HOR. carm. 2, 18, 38 *Charon* superbum Tantalum atque Tantali genus -et. OV. trist. 2, 531 invida me spatio natura -uit arto. CARM. epigr. 1312 [*saec. III*] puella . . . quam genuit tellus Maurusia, quamque -ens detinet ignoto tristis harena solo. VEN. FORT. carm. 7, 20, 7 quae te loca, care, -ent?). VERG. Aen. 9, 27 Messapus primas acies, postrema -ent Tyrrhidae iuvenes, medio dux agmine Turnus (SIL. 9, 284 Celsus media ipse -et agmina). HOR. carm. 1, 10, 18 virgaque levem -es aurea turbam. LIV. 5, 5, 2 operibus ingentibus saepta urbs est, quibus intra muros -etur hostis (TAC. hist. 2, 18 -ere intra munimenta militem. ann. 1, 11 Augustus addiderat consilium -endi intra terminos imperii. LACT. inst. 6, 20, 5 p. 556, 18. *cf. etiam supra l. 9 sqq*). LIV. 36, 24, 7 miles -itus in tot receptis ex potestate hostium urbibus (*cf.* APVL. met. 6, 11 Cupido . . . cubiculi custodia clausus -batur. *cf. etiam* cohibeo *sub IIA 2b*). TAC. ann. 1, 64 hostem silvis. 13, 47 Massiliensium moenibus -eri. AMM. 26, 1, 1 gregarii milites -iti sunt apud signa. LICENT. 141 nos iter immensum disterminat et plaga ponti interfusa -et. *bestias*: VARRO ling. 5, 153 *p. 1437, 39*. OV. met. 14, 67 subiectaque terga ferarum inguinibus truncis uteroque extante *Scylla* -et. trist. 3, 10, 44 conantes *se in auras tollere delphinas* dura -et hiems. *cf.* PLIN. nat. 10, 141 *supra l. 28*.

II *attenuata vi praepositionis fere idem q. arcere,* ***impedire, retinere***: **A** *generatim*: **1** *homines* (*sed* se -ere *v. p. 1435, 36*): HOR. sat. 1, 8, 4 nam fures dextra -et *Priapi.* 1, 9, 134 quos tu nisi fuste -es, urgeris turba. LIV. 1, 40, 6 -iti ab lictore et iussi in vicem dicere. 4, 15, 2. 5, 11, 11 recusantes abdicare se magistratu dictatoris metu ab collegis -itos esse. 9, 34, 22 te nec quod dies exit censurae, nec quod collega magistratu abiit, nec lex nec pudor -et. ELOG. Corp. I² 1 p. 193, 13 (= CORP. XI 1828) *Q. F. Maximus* Hannibalem compluribus victoris ferocem subsequendo -uit. SEN. epist. 65, 1 qui mihi vim afferrent et tamquam aegrum intemperantem -rent. VAL. FL. 4, 683 hunc nata -et, hunc coniux Iovis. SIL. 4, 590 hic hostem orbatus telo, complectitur ulnis luctantemque vado permixta morte -et. TAC. ann. 2, 34 propinquis Pisonem frustra -entibus. SVET. Iul. 44 Dacos. 65 hostem. Galba 6 barbaris, qui iam in Galliam usque proruperant, -itis. Tit. 8 ut etiam similia quandoque ausuros perpetuo -ret. EXVP. 3 *ad Mithridatem* -endum L. Sulla destinatus. HEGES. 2, 9, 1 Ister . . . hostes -et. CORP. X 1401, 16 ut venditores quoque -rentur. **2** *actiones hominum* (*et metonymice pro his corporis partes*): VARRO Men. 572 ventrem meum (*cf.* SEN. mon. 133 linguam, ventrem, libidinem). LIV. 22, 55, 7 comploratus familiarum. LVCAN. 1, 193 gressum. STAT. Theb. 2, 634 nec vincla -ent undantem fletu galeam. QVINT. inst. 9, 2, 76 verba vi quadam veritatis erumpentia . . . -ere. TAC. hist. 2, 48 intempestivas suorum lacrimas. 2, 94 eius modi voces. 2, 96 sermones populi. APVL. met. 8, 7 eiulatum -ere. flor. 15 p. 60 linguam omnem. DRAC. Orest. 105 retroque pedem cum voce -et. *nota: aliquid impedire, ne fiat*: CIC. fin. 2, 3 nusquam orationem rapidam -eas. LIV. 4, 50, 2 cum P. Sestius eadem violentia -eri putaret seditionem posse. CVRT. 7, 6, 15 defectionis, ad quam -endam evocabantur, auctores. TAC. hist. 2, 51 seditionem (GELL. 2, 12, 4 qui in principio -endae seditioni impares fuerint). ann. 2, 85 -endis . . . latrociniis. SVET. AVG. 21 Dacorum incursiones. APVL. Plat. 2, 4 liberalitatem. CLAVD. 22, 25 quae nunquam nocitura timentur iurgia

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contentus solo terrore -es. SIDON. epist. 3, 3, 7 hostium ... discursus ...-uisse. VICT. VIT. 2, 36 numerum *mortuorum* colligere (*i. computare*) nequaquam voluimus multitudine -ente. BOETH. cons. 3, 11 p. 80, 90 illud ... opus interdum -et voluntas. **3** *libidines, animos sim. animantium*: PACVV. trag. 47 atrocem confidentiam. 345 protervitatem. CIC. Verr. 4, 208 improbitatem. Phil. 2, 9 audaciam. parad. 33 avaritiam. rep. 3, 37 libidinem (TAC. ann. 2, 85 libido feminarum. 14, 13 libidines male -itas. AVG. contin. 7, 17). fin. 2, 73 pudor, modestia, pudicitia, temperantia (FRONTO p. 214, 10 N.). Tusc. 2, 47 temeritatem (TAC. ann. 14, 33). de orat. 1, 194 omnes cupiditates (QVINT. inst. 12, 2, 28 TAC. ann. 3, 52). NEP. Timol. 5, 2 procacitatem hominis. LIV. 2, 23, 14 iras hominum (SIL. 12, 252 STAT. Theb. 11, 667. AMBR. hex. 1, 8, 31 iracundiam. POMER. 3, 3, 2 iram patientia fundata). LIV. 34, 4, 6 luxuriam muliebrem (34, 4, 7. 34, 6, 2. 15. VAL. MAX. 2, 9, 5 de -endis conviviorum sumptibus. SEN. dial. 9, 9, 2 luxuriam. SVET. Vesp. 11 libido atque luxuria. FLOR. epit. 4, 12, 65 in luxuriam fluens saeculum. GELL. 2, 24, 15 ut his saltem finibus luxuriae effervescentis aestus -retur). LIV. 41, 27, 4 rabiem gentis. GRATT. 418 ira -ita morbi. SEN. contr. 2, 6, 5 vitia (COLVM. 12, 47, 4 HIER. epist. 100, 2). VAL. MAX. 5, 10, 3 dolorem. CELS. 3, 18 audacia (OROS. hist. 2, 8, 4 magorum audaciam ferro). SEN. Phaedr. 256 moderare, alumna, mentis effrenae impetus, animos -e (nat. 2, 42, 3 imperitorum animos. PAVL. NOL. epist. app. 2, 5. TAC. Agr. 4 incensum ac flagrantem animum). SEN. dial. 9, 1, 12 superbiam. 9, 3, 2 leonum animaliumque impetus caveis -etur (COLVM. 6, 2, 4 impetus *iuvencorum*. APVL. met. 6, 23 primae iuventutis caloratos impetus freno quodam -endos. *nota*: PLIN. nat. 17, 180 impetus materiae). PLIN. nat. 24, 58 intemperantiam libidinis. 26, 117 omnes horrores. QVINT. inst. 10, 4, 1 exultantia *in oratione* -ere. TAC. hist. 1, 35 ad -endam militarem licentiam. ann. 12, 54 odia. GAIVS inst. 1, 53 asperitas dominorum. GELL. 1, 15, 3 petulantia verborum. APVL. met. 11, 23 cibariam voluptatem. PANEG. 11, 1 p. 244, 22 gaudium intra arcanae laetitiae conscientiam -ere. AMBR. Iac. 1, 1, 1 passiones (2, 3, 12 qui -et corporeae appetentiam passionis). AVG. civ. 13, 20 carnem. 15, 16 immoderationem concupiscentiae. SVLP. SEV. dial. 1, 22, 4 cum -eri in eo immundus spiritus non valeret. **4** se -ere: SEN. Phaedr. 213 cur sancta parvis habitat in tectis Venus mediumque sanos vulgus affectus tenet et se -ent modica? 454 quid te -es et necas rectam indolem? QVINT. inst. 12, 1, 20 se ipse multa ex illa iuvenili abundantia -uisse testatur. SVET. Claud. 2 ut se ... quam saevissime -ret. APVL. apol. 21 cupio ad pauciora me -ere. LACT. inst. 6, 14, 4 p. 535, 9 severitas etiam nisi se intra congruentes nocentium poenas -eat, fit saeva crudelitas. **5** *bestias* (*adde p. 1434, 48 sqq.*): CIC. rep. 2, 67 est ille prudens, qui ...-et et regit beluam (*cf. p. 1436, 14*). *ibid.* ille Indus aut Poenus unam -et beluam et eam docilem et humanis moribus assuetam. VARIVS carm. frg. 3 moderator habenae ... angusto prius orbe -ens insultare docet campis fingitque morando. OV. met. 5, 643 geminos dea fertilis angues curribus admovit frenisque -uit ora. 6, 226 dum certum flectit in orbem quadrupedis cursus spumantiaque ora -et. 11, 78 at illam (*volucrem*) lenta tenet radix exultantemque -et. LVCAN. 1, 259 sed quantum, volucres cum bruma -et, rura silent. SEN. Phaedr. 1077 terga nunc torto frequens verbere -et. COLVM. 9, 8, 10 *apis* fumo elicitur et cum erupit, aeris strepitu -etur. PLIN. nat. 8, 27 domantur autem rabidi fame et verberibus elephantis aliis admotis qui tumultuantem catenis -eant. 37, 45 retia -endis feris. SIL. 6, 269 donec murali ballista -uit *serpentem* ictu. QVINT. inst. 10, 3, 10 efferentes se equos frenis quibusdam -eamus. SVET. Cal. 27 aut bestiarum more quadripedes cavea -uit. GAIVS inst. 2, 67 itaque si feram bestiam aut volucrem aut piscem ... captum ... eo usque nostrum esse intellegitur, donec nostra custodia -eatur. **6** *morbos*: HOR. epod. 9, 35 fluentem nauseam (*cf.* PORPH. *ad l.* quia austerissimum est Caecubum vinum, merito nauseam -et). CELS. 3, 6 sudor (PLIN. nat. 21, 125. 23, 50). 4, 16 lienem. 5, 19 supercrescentem carnem. 5, 22, 7 increscentem carnem (7, 30, 2 si quid increscit). 5, 25, 4 inflammationem vulvae. 6, 6, 1 pituitam. 7, 7, 14 inflammationem. 8, 4 si *membrana* usque eo tumebit, ut super ossa quoque emineat, -bit eam ... lenticula. PLIN. nat. 20, 66 ulcera, quae serpunt (32, 126. 36, 180 serpentium ulcerum impetus). 21, 70 pubertatem. 24, 73 pthiriasis. 31, 127 vitia ulcerum. 32, 105 morbum. TAC. ann. 3, 54 ne corporis quidem morbos veteres et diu auctos nisi per dura et aspera -eas. APVL. met. 5, 30 ipsum corpus eius acrioribus remediis. PS. DIOSC. herb. fem. 9 sucus purus cum lana appositus fluxum -et. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 42 intestina. 4, 3, 43. **7** *res*: HOMER. 561 pone truces animos infestaque tela -e. TRAIAN. Plin. epist. 10, 34, 2 ad -endos ignes. SVET. Iul. 30 ad -endas inundationes. RVT. NAM. 1, 41 Tuscus ager ... non silvas domibus, non flumina ponte -et.

B *i. q. aliquem sub sua dicione tenere*: CIC. Catil. 1, 3 ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem -rent. Att. 1, 18, 2 iuventutem. 5, 21, 10 Salaminios (6, 2, 7). BELL. Alex. 33, 4 reges ... posse isdem praesidiis -eri. SALL. Catil. 20, 3 -ere omnibus modis socios. Iug. 91, 7 genus hominum mobile infidum, neque beneficio neque metu -itum. 100, 5 exercitum. OV. met. 1, 342 quibus est undis audita *bucina Tritonis*, -uit omnes. fast. 1, 715 sola gerat miles, quibus arma -eat, arma. LIV. 2, 58, 7 nec pudor nec metus -bat. 42, 2, 2 neque discordiarum principes auctoritate sua -eri potuisse. VELL. 2, 50, 3 qui non parentem -ere possunt. 2, 125, 4 his ipsis militum gladiis, quibus obsessus erat, obsidentes -uit. LVCAN. 3, 145 populi, quem regna -ent. CVRT. 8, 1, 3 ad Bactrianos -endos ... equites ... eduxit. SVET. Dom. 8 magistratibus quoque urbicis provinciarumque praesidibus -endis tantum curae adhibuit. APVL. met. 10, 33 corruptor adulescentiae, quam frenis -bat. IVST. 3, 3, 8 ut severius matrimonia sua viri -rent. AVG. civ. 5, 26 ecclesiastica -itus disciplina. PAVL. MED. bened. 1, 9 nequaquam vase legis ... -itus *populus*. DRAC. laud. dei 2, 368 non pietas, non ira dei nos ulla -et. BOETH. cons. 4, 6 p. 110, 88 hic vero ordo res mutabiles ... propria incommutabilitate -eat.

C *i. q. regere sim.*: CIC. Verr. 2, 134 hominem modestum ... facile -et. ad Q. fr. 1, 1, 32 esse abstinentem, continere omnes cupiditates, suos -ere. OV. Pont. 3, 3, 61 sic regat imperium terrasque -eat omnes. LVCAN. 2, 9 fixit in aeternum causas, qua cuncta -et. 10, 267 opifex rerum certo sub iure -et. IVV. 8, 236 sed vigilat consul vexillaque vestra -et. VITA Cypr. 7 quis virgines ad congruentem pudicitiae disciplinam et habitum sanctimonia dignum ... -ret? MART. CAP. 2, 203 veneraturque verbis intellectualis mundi praesules deos ... universumque totum infinibilis patris profunditate -itum. SEDVL. carm. pasch. 4, 13 qui mundum lege -et (*cf.* op. pasch. 4, 2 qui totum lege continet). *nota*: HOR. ars 293 carmen reprehendite, quod non multa dies et multa litura -uit.

III *inde i. q.* ***punire, castigare:*** **A** *generatim*: CIC. fin. 1, 2 quod semel admissum -eri reprimique non potest. ac. 2, 65 si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam -etur. de orat. 3, 4 si L. Crassum vis -ere. VARRO rust. 1, 17, 5 ut verberibus -eant potius quam verbis. HOR. sat. 1, 3, 79 ita suppliciis delicta -et. OV. met. 4, 446 aliam partem sua poena -et. epist. 14, 3 clausa domo teneor gravibusque -ita vinclis. Pont. 1, 2, 127 poena qui pauca -et. LIV. 31, 43, 4 duabus per opportunas expeditiones -itis gentibus. PAVL. FEST. p. 191 unde pueri, quod puniendo -entur id est plagis. VAL. MAX. 6, 8, 7 servus ab eo vinculorum poena -itus. CELS. 3, 18 ubi perperam aliquid dixit, aut fecit, fame, vinculis, plagis -endus est. SEN. benef. 5, 20, 2 secare et urere ... et vinclis -ere. epist. 94, 36 denuntiatio et castigatio insanos -et. QVINT. decl. 372 p. 409, 19 ac ne quis illum -itum poena putet. PLIN. epist. 10, 78, 3 si qui autem se contra disciplinam meam gesserint, statim -eantur. SVET. Aug. 40 multiplici poena -ito ambitu. 67 Cosmum servum gravissime de se opinantem non ultra quam compedibus -uit. Galba 9 in -endis quidem delictis. Nero 4. Dom. 8 incesta Vestalium virginum ... varie ac severe -uit. FRONTO p. 142, 2 N. sociorum culpas edictis -ere. 207, 5 tantam militaris disciplinae labem -uit. GELL. 10, 8 tit. inter ignominias militares, quibus milites -bantur, fuisse sanguinis dimissionem. APVL. flor. 9 p. 39 ad -enda peccata. met. 5, 31 cum tuae domus amores amare -eas. AMM. 21, 13, 12 nunc aliud accidit maestius, quod adiumenta caelestia -bunt. 22, 4, 6 Spartanum militem -itum acriter. 26, 3, 4 haec similiaque ut -enda mox cavebantur. 22, 10, 1 improbi modicis -rentur suppliciis. 26, 10, 7 ad gratiam precantium -iti sunt aliqui lenius. VVLG. deut. 21, 18 si *filius* ... -itus oboedire contempserit (ITALA Lugd. *si* castigabunt eum). AVG. civ. 14, 23 vitiosas vero animi partes ut servos asperiore imperio -eri. 17, 9 peccata, quae opus esset humanis correptionibus servata misericordia divinitus -eri. 19, 15 nihil esset poenali servitute -endum. 21, 13 sed illis sunt purgatoriae *poenae*, qui eis -iti corriguntur. 22, 8 tali poena sunt divinitus -iti. SVLP. SEV. chron. 1, 24, 7 populum ... tot cladibus cum peccaret -itum. 2, 15, 7 dum peccantes incursionibus hostium aut captivitatibus -entur. VICT. VIT. 3, 12 obstinatos animos supplicia digna -eant. DRAC. laud. dei 1, 10, 3 donec ab excelsis veniat vindicta -ens. CONC. Matisc. a. 583 p. 156, 24 si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti veste aut cum arma inventus fuerit, a senioribus ita -eatur ut triginta dierum conclusione detentus aquam tantum et modici panis usu ... sustentetur. ARATOR act. 1, 181 nullum ... -ens in se poena redit. BENED. reg. 2 superbos corporis castigatione in ipso initio peccati -eat. 30 acris verberibus -eantur. 69 acrius -eatur. *nota i. q. vituperare sim.*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 8 qui non modo non supplicem, sed etiam -eam postulantis, ut sibi supplicetur. VAL. FL. 5, 672 excipit hinc contra pater et sic voce -et. TAC. ann. 15, 62 simul lacrimas eorum modo sermone modo intentior in modum -entis ad firmitudinem revocat. SVET. Aug. 42 populum severissima -uit voce. EVGRAPH. Ter. Haut. 1003 -et hic uxor maritum.

B *terminus iuris consultorum* (*cf. Neumann, PW. IV p. 201 sqq. et cf.* coercitio *p. 1438, 16*): CIC. Quinct. 71 iudex ipse -bitur. Mil. 89 an consules in praetore -endo fortes fuissent. leg. 3, 6 magistratus nec oboedientem et noxium civem multa vinculis verberibusve -eto. LIV. 5, 9, 7 vim maiorem ad -endos magistratus. TAC. Germ. 11 sacerdotes, quibus tum et -endi ius est. SVET. Iul. 12 seditiosum tribunatum senatus -uerat. POMPON. dig. 1, 2, 2, 16 solum relictum est illis (*sc. consulibus*), ut -ere possent et in vincula publica duci cuperent. GELL. 15, 11 tit. verba edicti

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

censorum, quo improbati et -iti sunt qui disciplinam rhetoricam instituere . . . Romae coeperant. 15, 11, 2 censores de -endis rhetoribus Latinis ita edixerunt. GAIVS inst. 2, 235 -endi heredis causa. 4, 174 actoris quoque calumnia -etur. VENVL. dig. 1, 16, 11 neque enim animadvertendi -endi vel atrociter verberandi ius habet *legatus*. CALL. dig. 4, 6, 9 quod non solum ad eum pertinet, qui publica custodia -etur, sed ad eum quoque, qui a latronibus aut praedonibus vel potentiore vi oppressus vinculis -batur. 48, 10, 31 quatenus -eri debeant. MACER dig. 49, 16, 12, 2 mensorum fraudem -ere. VLP. dig. 2, 4, 2 magistratus, qui imperium habent, qui et -ere aliquem possunt et iubere in carcerem duci. 2, 10, 1 pr. aequissimum putavit praetor dolum eius -ere, qui impedit aliquem iudicio sisti. 25, 4, 1, 3 pignora eius capienda et distrahenda, si contemnat, vel multis -enda. HERMOG. dig. 47, 10, 45 liberi vero humilioris quidem loci fustibus subiciuntur, ceteri autem vel exilio temporali vel interdictione certae rei -entur. *et saepissime apud* ICTOS. *cf. vocab. iurisprud. s. v.* APVL. met. 1, 25 quemadmodum sub meo magisterio mali debent -eri. PORPH. Hor. carm. 4, 5, 22 p. 147, 12 mos et lex maculosum edomuit nefas: eleganter videtur eam legem significare, quam de adulteris -endis sanxit. SCHOL. Cic. Bob. p. 159, 11 Hild. reus factus lege Papia, quae lata fuerat ad eos -endos, qui temere et illicite civitatem Romanam usurpassent. COD. Iust. 7, 54, 3, 3 ipse reum -eat ad invitam solutionem. INST. Iust. 2, 20, 36 qua ratione Titius -eatur, utrum legati datione an coheredis adiectione. CONC. Cabil. a. 639—654 p. 210, 3 quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debeat -ere. *et saepius*.

***structurae*:** **ab** *aliqua re aliquem vel aliquid -ere*: LIV. 39, 32, 11 -eri tamen ab effuso studio nequit. SYMM. epist. 10, 26, 6 responsionum varietate commoti -uimus a praeteritis discrepantem. VVLG. I Petr. 3, 10 -eat linguam suam a malo (*παυσάτω τὴν γλῶσσαν ἀπὸ κακοῦ*) et labia eius, ne loquantur dolum. AVG. civ. 11, 23 multum longe a veritate et merito est -enda progressio. ALC. AVIT. epist. 18 (*a. 516/17*) p. 50, 6 ad haec, ut sentire me credidi, non compunctus sed confusus ingemuit, promittere aliquantisper aggressus mulierem cohabitationis indignae ab accessu aspectuque suo protinus -endam. CONC. Matisc. a. 585 p. 165, 14 quoniam nostrae est auctoritatis utilitati vestrae prospicere et a malis operibus -ere. **ne** (**ut non, quominus**) *quid fiat*: VARRO ling. 5, 153 carceres dicti, quod coercuntur (*cf. p. 1433, 26*) equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum misit. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 523, 4 qui paulo ante discipulos, ne ignem postularent inhumanissimo viculo, -uerat. LACT. opif. 16, 10 p. 53, 16 cum tanta sit vis ac potestas mentis humanae intra mortale corpus inclusae, ut ne saeptis quidem gravis huius ac pigri corporis, cum quo illigata est, -eri ullo modo possit, quominus sibi liberam vagandi facultatem quietis impatiens largiatur. AVSON. 463, 4 *Euryclia* ab eodem, ne quid ultra vel quaerat vel garriat, -etur. VVLG. IV Esdr. 7, 46 melius erat, non dare terram Adam, vel cum iam dedisset, -ere eum, ut non peccaret. VVLG. I Petr. 3, 10 *l. 30*. EVGRAPH. Ter. Phorm. 1 Luscius Lanuvinus . . . Terentium non potuit -ere, quominus comoedias scriberet. *additur*: **vi** -ere: CIC. Catil. 4, 22 nec vi -ere nec beneficio placare. LIV. 38, 48, 12 tum demum vi atque armis -endos ratus sum. TAC. hist. 4, 19 consultavit, num obsequium abnuentes vi -ret. ann. 2, 40 vi militum servum suum -ret.

iunguntur cum -ere *haec verba*: ablegare: SEN. epist. 94, 47. animadvertere: SVET. Nero 16. arcere: LIV. 8, 2, 11. castigare: LIV. 3, 19, 4 SEN. epist. 95, 50. cavere ne: SVET. Tib. 37. cingere: CIC. nat. 2, 101. cohibere: GELL. 12, 5, 3 AMBR. hex. 1, 8, 31. compellere: MART. CAP. 2, 186. componere: HIL. ad Const. 1, 2. comprimere: SEN. dial. 11, 16, 7 SPART. Hadr. 3, 9 FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 27, 12. constringere: ARNOB. nat. 5, 2. continere: CIC. Tusc. 4, 70 nat. 2, 58 CAES. civ. 1, 67, 4 APVL. Plat. 1, 8 HIL. in Matth. 4, 25. corrigere: PLANC. Cic. epist. 10, 15, 3. deterrere: CAES. Gall. 5, 7, 1. exauctorare: SVET. Vesp. 8. exprimere: FRONTIN. aq. 112. frenare: PRVD. cath. 8, 4. incitare: TAC. hist. 2, 82. increpare: GELL. 19, 5, 3. disciplina imbuere: CAPITOL. Maximin. 3, 1. nectere: AETNA 184. premere: PRVD. c. Symm. 2, 639. proterrere: CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 29, 18. refrenare: CIC. div. 2, 4 regere: CIC. rep. 2, 67 SEN. epist. 58, 29 AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 36 CLAVD. 5, 154. repellere: CIC. parad. 33. reprimere: CIC. fin. 1, 2 Brut. 316. retinere: CIC. leg. agr. 2, 99 DRAC. laud. dei 2, 56. summovere: LIV. 27, 50, 10. superare: AVG. civ. 11, 22. temperare: POMER. 3, 27 p. 509[B].

part. perf. pass. adi.: **coërcitus**, -a, -um. COD. Iust. 10, 19, 2 pr. eorum iudicum, quorum de officio -iores esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint.

?coërcitātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* coercere, coercitio *et c.* exercitatio. *Th.*]. *i. q. coercitio*. LIV. 26, 36, 12 *? v. p. 1438, 4* AVG. epist. 133, 1 *? v. p. 1438, 4. adde*: GREG. M. epist. 8, 8 (*a. 597*) tantum hebes tantumque es neglegens, ut nisi canonicam in te fueris coercitationem (*correxit in ϱ manus altera* coercitionem) expertus, in aliis districtionem et disciplinam nescias custodire.

×coërcitio, -ōnis *f. a* coercere. GLOSS. *τιμωρία. σωφρονισμὸς ἐπὶ τιμωρίας. συνοχή. κόλασις.* carcer. custodia. *cf.* LACT. epit. 56 (61), 4 p. 739, 7 ad -em peccatorum id est ad regendam subiectorum disciplinam. *de significatione apud iuris consultos cf. Neumann, PW. IV p. 201 sqq. de formis*: coercitatio *traditur* LIV. 26, 36, 12 *cod. P* (*Gron. restit.* coercitione). AVG. epist. 133, 1 *cod. A.* cohercitatione. coertio: VELL. 2, 47, 3 *A P.* SEN. epist. 49, 1 *p L.* FILASTR. 79, 5 p. 41, 12 *cod. A.* AVG. mor. eccl. 1, 30, 63 quibus admonitio, quibus cohortatio (*codd. aliquot* coertio *sive* coercitio), quibus disciplina *eqs.* c. Adim. 17 p. 167, 18 coerctione *P*, cohercitione *C V*, coercitione *G T Sb*. GREG. M. epist. 5, 10. 8, 8 coerctione (*aliquot codd.* coercitatione *vel* coercitione). VITA Caes. Arel. 1, 27 cohertione. coer(c)tio *utrum a* coerco (*v. p. 1433, 16*) *derivatum an syncopa quam dicunt ortum sit dubium.* cohercitio *legitur saepissime in libris mss. invenitur inde a* LIV.; *singulis locis ap.* CELS. QVINT. FRONTIN. TAC., *binis apud* LIV. VELL. SVET., *quater* SEN. phil., *saepe apud* ICTOS *et* ECCL.

1 *i. q. poena, t. t.* ICTorum: VELL. 2, 47, 3 omnem vim in -e ambitus exercuit (*cf. l. 5*). CELS. 3, 18 onerare asperioribus -bus. SEN. dial. 3, 16, 1 ad -em errantium sceleratorumque. 4, 9, 1 plus committitur quam quod possit -e sanari. 10, 3, 2 servorum -o. QVINT. inst. 9, 2, 2 interpellantis -o. SVET. Aug. 45 -em in histrionis magistratibus . . . ademit. Claud. 38 -em popinarum aedilibus ademit. GAIVS inst. 4, 178 severior autem -o est per contrarium iudicium. PAPIN. dig. 1, 3, 1 delictorum . . . -o. VLP. dig. 7, 1, 17, 1 plenissimam . . . -em habere. 47, 10, 7, 2 levem -em utique patrono adversus libertum. 47, 11, 9 quae more provinciarum -em solent admittere. 47, 20, 2 stellionatus iudicium famosum quidem non est, sed -em extraordinariam habet. PAVL. dig. 24, 3, 15, 2 morum vero -em non habet *heres mariti*. 48, 8, 7 ad huius legis -em non pertinet. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 12 contra desertorem senatus consulti non intervenit -o. *et saepius*. ARNOB. nat. 6, 22 ut . . . cruciabili . . . -e punirent. FIRM. math. 1, 6, 4 leges, quibus peccata hominum severa -e plectuntur. AVG. c. Petil. 2, 83, 184 -e damnorum. 2, 84, 186 legum -bus. un. eccl. 20, 53 adv. Don. 4, 6 civ. 14, 19 sicut iram ad exerendam iustam -em sicut libidinem ad propagandae prolis officium. epist. 133, 1 p. 81, 17 hoc magis sufficere volumus, ut viri et nulla corporis parte truncati vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum -e (cohercitatione *cod. A*) dirigantur. LEO M. epist. 13, 2 p. 665 quorundam inoboedientiam iusta -e corrigere. 117, 5 p. 1039. ACT. Archel. 83, 19 p. 116 uti ne digna -e feriamur. CASSIOD. var. 2, 10, 1 ut -o pravi iustitiam faciat plus amari. GREG. M. moral. 26, 80. MART. BRAC. ira 6 ad -em . . . errantium irato castigatore opus non est. *coniungitur cum synonymis*: LIV. 4, 53, 7 *tribuni* pronuntiaverunt . . . consuli se damnum aliamque -em adversus intercessionem collegae . . . inhibenti auxilio futuros esse. 26, 36, 12 sine edicto, sine -e magistratus. VELL. 2, 121, 1 -e magis quam poena (TAC. ann. 3, 26 vetustissimi mortalium nulla adhuc mala cupidine, sine probro, scelere eoque sine poena aut -bus agebant). SEN. dial. 4, 28, 1 indignamur aliqua admonitione aut -e nos castigatos. LEX Hyg grom. p. 118, 14 (119, 2. 14) in eis agris iuris dictio -oque esto coloniae (PAVL. dig. 1, 21, 5, 1 iurisdictio sine modica -e nulla est). FRONTIN. aq. 129 multae dictio -oque. IVL. dig. 50, 16, 200 ad eas noxas pertinere, quae publicam exercitionem et -em capitalem habent. VLP. dig. 1, 16, 6 pr. gladii potestatem . . . vel cuius alterius -is. 11, 7, 8, 2 praetor in eum iudicium dat, si dolo fecerit . . . , modica tamen -e. 47, 10, 11, 7 levis enim -o etiam in nuptam vel convici non impudici dictio cur patrono denegetur? PAVL. dig. 23, 4, 5 pr. ne publica -o privata pactione tollatur. 48, 1, 2 non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua -o poena est. *et saepius*. FILASTR. 79, 5 p. 41, 12 quia ergo non causa dei creantis est mala naturaliter, sed hominum voluntatis, quae obnoxia legi dei et iudicio urguetur et -e constringitur, conversionis causa a domino haec inferuntur hominibus cotidie. AMM. 30, 8, 3 nec enim usquam reperitur miti -e contentus sed aliquotiens quaestiones multiplicari iussisse cruentas. AMBR. exc. Sat. 1, 41 p. 1303[B] aut si ipse aliquid disceptandum deferres quam grata contentio tua! quam sine felle ipsa indignatio! quam servulis ipsis -o non amara! AVG. epist. 155 hominem . . . vel informatione doctrinae vel disciplinae -e adducat ad colendum deum (conf. 5, 8, 14). conf. 6, 7, 11 monendi cum et aliqua -e revocandi nulla erat copia. LEO M. epist. 6, 1 p. 617 ut . . ea quae depravari aliqua usurpatione perspicimus, adhibitae -is remediis corrigamus. SALV. gub. 1, 57 adhibita est saepissime -o sed emendatio non secuta. epist. 4, 5 cum quantum -o attulerit unius correctioni, tantum correctio reddat mutuae caritati. *latiore sensu i. q. castigatio*: VITA Caes. Arel. 1, 27 p. 467, 7 saepissime ostia post euangelia claudi fecit, donec deo volente gratularentur cohertione et provectu, qui fuerant ante fugitivi.

2 *i. q. actus tenendi vel complectendi*: CHALC. transl. 40 *divino generi stellarum* alterum . . . talem *motum dedit* qui semper ultra procedere gestiens eiusdem atque immutabilis naturae -e . . . teneretur (*ὑπὸ τῆς ταὐτοῦ . . . περιφορᾶς κρατουμένῳ*). MART. CAP. 6, 643 quoniam continentis terrae limes interfluentis freti -e distinguitur. *speciatim de actione cupiditatium coercendarum* (*cf.* coerceo *p. 1435, 4*): AVG. fid. et op. 10, 15 omnis -o malarum concupiscentiarum. epist. 104, 2 paupertas . . . est aliquanta restrictio et -o peccatorum. *metonymice i. q. carcer*: **ARNOB. nat.**

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 17 concludi se patiuntur *an* et in sedis obscurae -e latitare. 7, 43 ut ab ipso patre terror -is inciperet.

coërcitor, -ōris *m. a* coercere. *is qui coercet*: EVTR. 7, 20 diligens -r disciplinae militaris (MARCELL. chron. II p. 92, 479, 1 disciplinae praeterea militaris ita optimus institutor -rque fuit, ut *eqs.*). AVG. de serm. dom. 1, 21, 29 multi homines eos, a quibus diliguntur, oderunt, sicut luxuriosi filii parentes -es luxuriae suae. *Lambertz.*

coërco, -ere *v.* coerceo *p. 1433, 16.*

coër(c)tio, -ōnis *v.* coercitio *p. 1438, 5.*

coërēs *v.* coheres. **coero,** -āre *v.* curo.

coërrāticus, -ī *m. a* coerrare, *cf.* erraticus. *qui (una cum aliquo) errat*: LVCIF. Athan. 2, 2 p. 149, 13 -i tui Iudaei.

coërro, -āre *a* co- *et* errare. *idem q. errare, circumvagari*: PAVL. dig. 1, 15, 3, 3 praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere et -are calceatum cum hamis et dolabris *eqs.*

coërūditus, -a, -um *a* co- *et* erudire. IREN. 1, 6, 1 spiritale (*πνευματικόν*) . . . emissum esse, ut hic animali (*ψυχικῷ*) coniunctum formetur, -um ei in conversatione (*συμπαιδευθὲν αὐτῷ*).

coëssentiālis, -e *a* co- *et* *essentialis, *cf.* essentia, essentialiter *et cf. gr. ὁμοούσιος.* *i.q. eiusdem condicionis, essentiae*: EXPOS. fid. Migne 13 p. 653^{B} profiteatur ergo sanctam trinitatem -em atque consubstantialem (GENNAD. vir. ill. 86. *cf.* FVLG. RVSP. trin. 3 ergo sunt tria quaedam coaeterna, consubstantialia, -ia). MAR. MERC. Cyr. epist. Nest. 2, 7 *Christus* consubstantivus vel -is id est *ὁμοούσιος* est patri (PS. AVG. serm. 243, 2 crede . . . filium dei . . . coaeternum et -em. LEO M. epist. 120, 3 coaeternae et -is patri fuisse substantiae. GENNAD. dogm. 5 *ὁμοούσιος* ergo, id est -is in divinitate patri filius). FLAVIAN. Leo M. epist. 22^{b}, 3 carnem domini -em nobis subsistere (*at altera rec.* 22^{a}, 3 consubstantialem). CANON. Migne 56, 879^{B} deitatem -em et consubstantialem et coaeternalem et coomnipotentem. ISID. orig. 7, 3, 5 *spiritus sanctus* tamquam sanctitas -is et consubstantialis *patris et filii.* ***Mbr.***

***1. coetus,** -ūs *m.* [*a* coire, *cf.* coitus. *Th.*]. ISID. orig. 6, 16, 13 -us . . . a coeundo. cetus *legitur nonnumquam in codd. dativus* -ū: CATVLL. 64, 385. 66, 37 APVL. met. 6, 23. 11, 17 HIL. in psalm. 136, 11 AMM. 26, 7, 1. -ui: APVL. met. 4, 17. 9, 12 AVG. gen. ad litt. 5, 19 p. 162, 3. GLOSS. *σύνοδος. σύνοδος, συναγωγή, συνέλευσις, συνάθροισις. σύνοδος, ἡ πολλῶν ἀνθρώπων συνέλευσις.* coitio, *συνέλευσις.* congregatio vel conventus. conventus vel congregatio vel socius. [*nota*: IV 319, 46 -us congregatio hominum vel bella (*lege* belua) marina (*sc. contam. c.* cetus). *dub.*: V 446, 43 caetus concilio movetur cunventis]. DIFF. ed. Beck p. 47, 43 -us fortuitu congregatur (*opp.* consilium conventus coitus). *cf.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 55, 23 turrim gregis . . . hoc est congregationis et -us. *in lusu verborum*: APVL. flor. 16 p. 64 differri auditorii -um et auditionis coeptum. *legitur inde a* LEGE XII tab. PLAVTO ENNIO (*at* coïtus *postea fictum inde a* LVCR.).

I ***proprie: actio coeundi, congrediendi, conventus:***

A ***de animantibus:***

1 *sensu strictiore:* **a** *prisce sensu hostili*: PLAVT. Amph. 657 hostes auspicio meo atque ductu primo -u vicimus. SCIP. min. or. frg. Isid. orig. 2, 21, 4 adductum *ad iudicem* primo -u damnavi (RHET. Her. 4, 36, 48). **b** *animo coeuntium inter se amico: interdum fere i. q. coniuratio, seditio* (*cf.* LIV. 34, 5, 5 -um et seditionem et interdum secessionem muliebrem appellavit *Cato* quod matronae in publico vos rogassent, ut). *adduntur saepe genetivus subiectivus et attributa ut* femineus, nocturnus, occultus: LEX XII tab. (Decl. in Catil. 65) ne quis in urbe -us nocturnos agitaverit. CIC. carm. frg. 40 nos decebat -us celebrantes domum lugere (VERG. Aen. 1, 735 vos . . . -um [SERV. *ad l.* -um modo convivium], Tyrii, celebrate faventes). leg. agr. 2, 12 ad suos -us occultos noctem adiungere et solitudinem. Catil. 1, 6 nox tenebris obscurare -us (coeptus *codd. nonnulli deteriores*) . . . *non* potest. de orat. 3, 65 -um hominum committere. rep. 1, 41 hi -us . . . hac . . . causa instituti sedem primum certo loco . . . constituerunt. fin. 3, 63 natura sumus apti ad -us (*cf.* SEN. dial. 4, 31, 7 *homines* ad -um geniti sunt). Cato 45 neque . . . conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis quam -u amicorum . . . metiebar. ac. 1, 17 in Academia . . . -us . . . habere (LIV. 1, 18, 2 *Pythagoram* in ultima Italiae ora . . . iuvenum . . . -us habuisse. 5, 25, 8 ad . . . rem consultandam. 42, 43, 8 IVST. 20, 4, 14). fin. 2, 109 congregatione aliae *bestiae* -um quodam modo civitatis imitantur. off. 1, 12 ut *homo* hominum -us et celebrationes et esse (LIV. 34, 2, 4) et a se obiri velit. VERG. Aen. 5, 43 socios in -um litore ab omni advocat Aeneas (HOMER. 50. 132. 651). CARM. de bell. Aeg. 65 hos inter -us talisque ad bella paratus utraque (*sc. nox et dies*) sollemnis iterum revocaverat orbes. OV. ars 1, 253 quid tibi femineos -us venatibus aptos enumerem? met. 13, 898 -uque soluto discedunt (SEN. dial. 6, 26, 6 -umque generis humani dissolvet *fatum*. LVCAN. 5, 65 EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 955^{B}). LIV. 2, 28, 1 plebs . . . -us nocturnos, pars Esquiliis, pars in Aventino facere (2, 32, 1 ne . . . -us occulti . . . fierent. 3, 48, 1. 4, 13, 10. 39, 14, 10 SEN. contr. exc. 3, 8 [*bis*]. VAL. MAX. 9, 1 ext. 2 ASCON. Corn. p. 75 Cl. APVL. flor. 14 p. 47 VLP. dig. 47, 10, 7, 5. 48, 4, 1, 1 PAVL. dig. 48, 7, 4 pr. SVLP. VICT. rhet. 50. *cf.* LEX Vrson. [Corp. II 5439] 106, 32 ne quem in ea col(onia) -um conventum coniu(rationem . . .)). LIV. 4, 25, 9 -us indicere in domos tribunorum plebis. 6, 20, 4 -us multitudinis seditiosasque voces et largitionem . . . ab accusatoribus obiecta . . . reo. 39, 14, 4 ne quid eae coniurationes -usque nocturni fraudis . . . aut periculi importarent. 39, 15, 12. MANIL. 2, 840 ultimus *cardo* . . . pertinet ad -us hominum. VITR. 2, 8, 12 *homines* ad -us convenientes (HOMER. 636 QVINT. inst. 2, 9, 2). SEN. contr. exc. 3, 8 quid -u opus est? VAL. MAX. 9, 1, 3 ad quem cultum tenderet insoliti -us pertinax studium *mulierum*. STAT. Ach. 1, 451 -us ibi (*Aulide*) armorum Troiae fatalis. TAC. Agr. 27 *quominus Britanni* -bus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent. Germ. 24 genus spectaculorum *apud Germanos* unum atque in omni -u idem. hist. 1, 30 feminarum -us volvit *Otho* animo. 4, 36 *milites* effusi in . . . nocturnos -us. ann. 3, 40 *Galli* per . . . -us seditiosa disserebant. 4, 27 *Curtisius* -bus clandestinis . . . ad libertatem vocabat agrestia . . . servitia. 4, 41 assiduos in domum -us arcendo. 14, 20 *ne* -u promisco, quod perditissimus quisque per diem concupiverit, per tenebras audeat. TRAIAN. Plin. epist. 10, 93 *Amiseni erano* non ad . . . illicitos -us . . . utuntur. SVET. Iul. 16 *senatus* ob . . . -um multitudinis festinato coactus. 41 ne qui novi -us recensionis causa moveri . . . possent. APVL. met. 1, 10 -us illius auctorem . . . cum tota domo . . . in aliam civitatem . . . mulier transtulit. 4, 1 cum asino vel equo meo compascuus -us. flor. 16 p. 64 imber repentino coortus . . . differri auditorii -um . . . coegit. VLP. dig. 47, 11, 2 sub praetextu religionis . . . -us illicitos nec a veteranis temptari oportet (AVELL. p. 55, 4). MARCIAN. dig. 48, 6, 5 pr. qui -u concursu turba seditione fecerit (PAVL. sent. 5, 26, 3). CHALC. comm. 255 quae (*vox*) . . . intelligentiori animae *Socratis* . . . -um . . . solitae divinitatis revelaret. VVLG. lev. 23, 36 *dies octavus* est . . . -us atque collectae. COD. Theod. 16, 5, 15 (*a. 388*) -us agere secretos. AVG. civ. 15, 8 p. 72 *hominum* -bus condi possent . . . plurimae civitates. MACR. sat. 1, 1, 5 quos -us coegit. 1, 5, 13 ne quid ad perfectionem -us desideretur. 2, 10, 15 *ut homines* asperitatem . . . vagae feritatis exuti conciliabula et -us natura instituente patiantur. MVTIAN. Chrysost. hom. 19, 1 -us caritatis facit augmentum.

2 *sensu latiore et metonymice fere i. q. turba, multitudo vel quaevis vel in aliquem locum collecta*: GLOSS. IV 219, 46 collectio multitudinis. ISID. diff. 1, 125 multitudo. *cf.* SEN. contr. exc. 3, 8 non quotiens convenerunt in aliquem locum plures -us et concursus est, sed quotiens convocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt. *ibid.* -us multitudinis magnae nomen est coeuntis ex consensu quodam. VLP. dig. 47, 8, 4, 3 turbam multitudinis hominum esse turbationem et -um. *speciatim collegium, universitas, ut senatus, ecclesia* (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 84^{C} ecclesiam . . . -um omnium adverte sanctorum. SALON. in eccles. p. 993^{C} qui -um id est ecclesiam, congregat). *adduntur saepe genetivus subiectivus vel adiectiva quae gentem, personam, qualitatem, tempora sim. significant, ut* Iliacus Latinus Tyrius; femineus virilis virgineus; minax impius maestus, laetus (-ans) tristis; nocturnus antelucanus *sim.*

exempla secundum iuncturas disposita: **a** *pro subiecto*: ENN. scaen. 126 ignotus iuvenum -us alterna vice inibat. CATVLL. 46, 9 o dulces comitum valete -us. CORN. SEV. carm. frg. 13, 8 quid *Ciceroni* . . . -us . . . profuerant? LIV. 7, 25, 7 civili . . . standum exercitu esse, quando socialis -us desereret. 21, 31, 6 Braneus . . . minore ab fratre et -u iuniorum . . . pellebatur. SEN. Herc. O. 1017 minax unde iste -us? Tro. 1160 uterque flevit -us. Herc. f. 962 ultro vocat omnis deorum -us. dial. 5, 8, 2 impudicorum -us fortem quoque . . . virum emollit. 6, 25, 1 excepit illum (*mortuum*) -us sacer. PLIN. nat. 7, 6 *mores* totidem paene quot sunt -us hominum. STAT. Theb. 7, 91 finierat pugnas honor . . . necdum aberant -us. 10, 50 supplex in margine templi -us . . . Iunonis opera. *exposcit.* 11, 70 -u Capaneus laudatur ab omni Ditis. 11, 328 famulumque expalluit omnis -us. 12, 645 -usque silentis Averni *hac* stare. silv. 5, 1, 158 nil famuli -us . . . *auxiliati* malis. TAC. ann. 2, 40 clandestini -us celebrabant *Agrippam.* 5, 7 multo . . . adhuc -u et cunctis intrepidum vultum eius spectantibus. TERT. resurr. 22 p. 56 omni adhuc popularium -u reclamante 'christianos ad leonem'. AVIEN. orb. terr. 752 chorus ingens feminei -us pulchri colit orgia Bacchi. 1006 virgineusque chorus late strepit exilit omnis -us. AMM. 30, 4, 9 in his *oratoribus* primus est -us eorum, qui. VVLG. exod. 12, 47 omnis -us filiorum Israel faciet illud. II par. 5, 6 Salomon et universus -us Israel . . . immolabant arietes et boves. Is. 1, 13 iniqui sunt -us vestri. Ier. 9, 2 omnes adulteri sunt -us praevaricatorum. 30, 20. 31, 8 Ezech. 31, 6. 38, 15 Dan. 13, 60. HIER. epist. 1, 10, 1 -u in circulum coeunte. PAVL. NOL. carm. 26, 96 illic, pubis apostolicae concors ubi -us agebat. AMM. 15, 2, 8 nefando assentatorum -u . . . urgente (17, 13, 21). VVLG. deut. 31, 30 audiente universo -u Israel. AVG. civ. 19, 23 quemadmodum iustus unus, ita -us . . . iustorum vivat. MACR. somn. 1, 1, 4 *sine iustitia* non solum res publica sed nec exiguus hominum -us . . . constabit. COD. Theod. 3, 17, 3. 13, 5, 32 (*a. 409*) cum nauarchorum -us circiter provincias orientis inopia navium titubaret. MART. CAP. 1, 40 -u deorum attestante. SIDON. epist. 8, 6, 5 acclamatum est ab omni Galliae -u. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944^{C} quamquam sit cupidus audiendi -us astantium. ARATOR act. 1, 565 venerabilis orbi -us *apostolorum* ait.

b *pro obiecto* (-um inire, irrumpere *v. sub d*): CIC. Catil. 1, 9 -u vestro dimisso. de orat. 1, 30 dicendo tenere hominum -us (*cf.* LVCAN. 5, 15 maestum tenuere silentia -um). rep. 1, 39 populus . . . non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est omnis hominum -us quoquo modo congregatus, sed -us multitudinis iuris consensu et utilitatis communione sociatus (1, 41. 6, 13). CATVLL. 64, 407 nec talis dignantur *dei* visere -us. CIRIS 49 **ut** ... Scylla novos avium sublimis in aere (HIL. in psalm. 143, 10 aerios) -us **viderit** (RVFIN. hist. mon. 10 p. 429A). HOR. carm. 3, 2, 23 -usque vulgares ... spernit *Virtus*. OV. met. 3, 403 luserat *Narcissus* ...-us ... virilis. fast. 2, 173 virgineos ...-us desere. 6, 687 ut ... tibicina -um augeat *tibicinum* (COD. Theod. 12, 1, 180). LIV. 1, 48, 5 nec reverita -um *Tullia*. 2, 28, 4 discutere (39, 16, 10 ASCON. Mil. p. 45 Cl.). 9, 6, 9 fugere ... -us hominum (OCTAVIA 919 PLIN. nat. 6, 54 SOL. 50, 3 PAVL. NOL. carm. 6, 225). GERM. 125 tantum cum trepidum vulgus -usque notavit *Virgo* increpat. SEN. Phaedr. 482 urbem frequenta, civium -um cole (STAT. Theb. 12, 76 superum convexa licet -usque perenni ... virtute colas). Ag. 597 pax alta nullos civium -us timet. 954 quo more -us publicos virgo petis (SIDON. epist. 1, 2, 4). ASCON. Mil. p. 45 Cl. perruperatque -um Domitius. LVCAN. 6, 513 -us audire (STAT. Ach. 1, 208) silentum (OV. met. 15, 66). PLIN. nat. 5, 52 *Nilus* hominum -us veluti circumspicit. SIL. 6, 576 non egressa domum vitato Marcia -u (TAC. ann. 4, 42. 57 AVSON. 319, 31 AMM. 23, 6, 68). 11, 303 Tyrio ... in gaudia -u converso. 12, 492 ferro frangere -um obstantum. STAT. Theb. 3, 571 -us procerum perferre (IVV. 6, 399 -us ... ferre virorum). 4, 305 hos belli -us ... milite ... nullo iuvere Mycenae. 5, 652 *mater* femineos -us ... ducens. 12, 466 -umque gementem *matrum Phoronearum* conciliat *Iuno* populis. silv. 1, 5, 5 alios poscunt mea carmina -us. 3, 1, 86 -usque (*sic* ς, coitus *codd.*) ministrum stipantur *huc*. Ach. 1, 518 *Calchas* superum magnos deprendit in aethere -us. 1, 554 laxantur -us resolutaque ... agmina discedunt. TAC. ann. 1, 16 Percennius ... miscere -us histrionali studio doctus. 14, 56 *Seneca* prohibet -us salutantium. 16, 4 *Nero* -um illum manu veneratus. 16, 34 illustrium virorum feminarumque -us frequentes egerat *Thrasea* (PAVL. NOL. carm. 27, 546 epist. 44, 6). S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 31 trifariam -us gladiator(um) divisus. APVL. met. 4, 21 *turbare*. VLP. dig. 49, 7, 1, 4 participare. TERT. spect. 27 odisse ... -us ethnicorum. SOL. 15, 13 proximorum corrogatis -bus. PANEG. 11, 3 si etiamnunc hominum -us ... Constantius frequentaret (COD. Theod. 6, 8, 1). AVIEN. Arat. 338 *Virgo* linquebat -us hominum. AVSON. 399, 19 populi -us ... fastidientes (PS. RVFIN. in Am. 5, 21—24. *cf.* PAVL. MED. bened. 2, 8 *abominari*). 418, 71 -us hominum ... perlustrare. AMM. 15, 7, 7 -us in unum quaesitus, synodus, ut appellant. SCHOL. Cic. Bob. p. 122, 3 Hild. ne -us epulantium unius veste lugubri contaminaretur. VVLG. lev. 8, 3 congregabis omnem -um ad ostium (III reg. 12, 20 SALON. in eccles. p. 993. 994. *cf.* VVLG. I Esdr. 10, 1 collectus est ... -us grandis nimis virorum *eqs.*). Ioel 1, 14 vocate -um (2, 15. MART. CAP. 1, 33 par est deorum convoces -um potens. AVELL. p. 28, 26). RVFIN. Orig. in num. praef. *Piniani* religiosum -um pro amore pudicitiae profugum comitamur. PS. RVFIN. in Am. 5, 21—24 tumultus *Iudaeorum* magis ... sentire quam -us. CLAVD. 1, 248 niveos ... pandite -us, Naides. 22, 299 pellendi ... nulla dedecoris sanctum violant oracula -um. 25, 3 optatos renovant eadem mihi culmina (*Heliconis?*) -us. 28, 599 *Victoria* patricii ... fovet sacraria -us. PAVL. NOL. epist. 32, 15 per triplices aditus *basilicae* laxos infundite -us. 32, 17 simul una pium complectitur arcula -um. carm. 19, 520 iam solvente pios antistite -us. (23, 114 epist. 17, 2). 20, 193 attonitis illum ... turba ... audit ... -bus. MART. CAP. 1, 90 subsellia flammabunda -um suscepere sidereum (*sc. deorum*). 7, 802 ne superum nostri capiant fastidia -us. MARCELL. chron. II p. 98, 17 *Flavianus et Iohannes* hunc -um sacrilegum (*i. synodum*) refellerant.

c *dativus*: CATVLL. 64, 385 sese mortali ostendere -u. 66, 37 *coma* caelesti reddita -u. STAT. Theb. 8, 11 *Amphiaraum* -bus assumptum functis. TAC. ann. 1, 42 quod nomen huic -ui dabo? APVL. met. 4, 17 fatigatam -ui ... committere ferarum. 6, 23 si qui -u caelestium defuisset. 9, 12 risum toto -ui *commovere*. 11, 17 assistens -u pastophorum. Socr. 11 p. 145 *Minerva* mediis -bus Graium ... intervenit. TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553 lapidationem ... popularibus -bus ... familiarem. HIL. in psalm. 136, 11 angelorum ... -u admiscebitur (CARM. epigr. 767, 6). COD. Theod. 8, 4, 11 (*a. 365/70*) non invitos curialibus -bus ascribendos. AMM. 15, 3, 5 -busque se crebris inserens. 15, 4, 21 municipalium ordinum -bus ... adnecti (26, 7, 1 -u militarium nexi). HEGES. 4, 9, 3 *porta* vicina erat Idumaeorum -bus. AVG. civ. 7, 30 p. 313 *deus* hominum -bus ... munus ... ignis indulsit. gen. ad litt. 5, 19 p. 162, 3 -ui *angelorum* coniungi (ENNOD. opusc. 3 p. 335, 18 INSCR. christ. Rossi II p. 170, 26, 25). MACR. sat. 7, 1, 14 gratiam ...-bus aptam. MART. CAP. 2, 114 deorum sociari -bus (PS. BOETH. fid. cath. 72 CARM. epigr. 724, 7). NOVELL. Theod. 15, 1 pr. (*a. 439*) splendidissimo -ui vestro p. c. placere confidimus. CASSIOD. in psalm. 118, 122 sanctorum ... -bus aggregatus (148, 10).

d in (ad) -um, *accusativus post verba motionis*: CIC. Verr. 6, 186 di, qui vehiculis tensarum sollemnes -us ludorum initis (har. resp. 62 ut deus aliqui ... -us hominum adeat. OV. met. 11, 766. VAL. FL. 3, 143 accedere. HIL. in Matth. 22, 7 *ingredi*. MACR. sat. 1, 7, 4 APRING. in apoc. 21, 27). CIC. Sest. 116 in -um mulierum pro psaltria adducitur (fin. 2, 12). rep. 6, 16 via ... in ...-um eorum, qui. Cato 84 in ... divinum animorum concilium -umque *proficisci* (PS. RVFIN. in Am. praef.). LIV. 8, 27, 6 cum *iuvenes* corpora nuda intulissent in civium -um. 9, 10, 8 in -um Samnitium **ventum est** (VVLG. num. 13, 27 MART. CAP. 4, 327). PHAEDR. 3 praef. 23 in -um recipior (SIL. 11, 159 GREG. M. epist. 11, 52 p. 327, 9). SEN. epist. 74, 7 in hunc mortalium -um *fortunam* honores, divitias, gratiam excutere. PLIN. nat. 8, 185 cum se *Apis* proripuit in -us. SIL. 2, 559 *Eumenis* in medios irrumpit ... -us (STAT. Theb. 3, 634 superumque irrumpere -us). STAT. Theb. 8, 240 ad -us ... Oedipoden exisse. PS. APVL. Ascl. 9 in hominum -um Musarum chorus ... demissus. LACT. Phoen. 155 contrahit in -um sese genus omne volantum. HIL. in Matth. 22, 7 susceptus usque in -um regni caelorum. AVSON. 325, 55 parantem suffugia *Amorem* in -um mediae traxere catervae. MAXIMIN. c. Ambr. 31 *chorus sacerdotalis* ad hunc -um me sanctissimum misit. VVLG. exod. 12, 3 loquimini ad universum -um filiorum Israel (16, 10 lev. 19, 2 I par. 13, 2 Ier. 26, 17). Esth. 10, 13 in unum -um populi congregati. MART. CAP. 5, 565 ut ad terminatarum -um nubentisque transiret obsequium. COD. Iust. 1, 14, 3 (*a. 426*) missa ad venerabilem -um oratione. CASSIOD. var. 6, 2, 1 ad -um vestrum (*i. senatum*) ... migravit.

e in -u, per (inter) -um *vel abl. loci*: CIC. de orat. 2, 233 ne qua forte dicendi pars ... in hoc tali -u ... praeterita esse videatur. Sest. 143 in deorum immortalium -u ... *reponere*. phil. frg. IX 11 *Tulliam* in eorum (*deorum*) -u locatam. Pis. 68 in hominum eruditissimorum ... -u loquor (SIL. 16, 287 medio in -u sic ... *Scipio* profatur. PS. QVINT. decl. 11, 6 PLIN. epist. 2, 11, 11 VLP. dig. 47, 10, 15, 12). Mil. 98 omni in hominum -u gratiis agendis ... celebramur. Phil. 2, 63 in -u ... populi Romani negotium publicum gerens magister equitum. fin. 2, 77 quae *opiniones* in omni -u concilioque profitendae sint. OV. Pont. 3, 2, 41 -u cum staret in illo *senex*. MANIL. 1, 801 cernit *Augustus* et in -u divum magnumque Quirinum. VITR. 2, 1, 2 coeperunt in ...-u *hominum* alii de fronde facere tecta. SEN. epist. 114, 6 *Maecenas* in omni -u sic apparuerit, ut pallio velaretur caput. LVCAN. 8, 261 in procerum -u ... ora resolvit ... Magnus. 9, 225 respicit omnis in -u motuque viros *Cato*. SIL. 2, 588 *serpens* inter trepidos -us ... volvitur. 2, 632 medios inter -us ... Tymbrene, furis. 5, 130 medio -u ... aptabat *Flaminius* ... arma. 6, 367 per medios -us trahit ... Fortuna ducem. STAT. Theb. 3, 20 qui non orantem in mediis legatum -bus ense perculerit. 9, 821 *Latoniam* mediam se ferre virorum -bus. 10, 279 -bus ... mediis ... iacentes ... obruerat. silv. 1, 2, 13 -uque Latino *Venus* dissimulata deam crinem vultusque genasque temperat. 1, 4, 115 quis mihi tot -us inter populique patrumque sit curae votique locus? QVINT. inst. 2, 15, 18 Gorgias ... suadendi se artificem in iudiciis et aliis -bus esse ait. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 39 in eo ipso in quo talia agitabantur -u pronuntiavit. TAC. ann. 3, 37 *Druso* inter -us ... hominum obversante. 11, 22 Nonius ... reperitur in -u salutantum principem. 11, 36 in illo foedissimo -u muliebria passus. PLIN. paneg. 49 num ... serias tantum partes dierum in oculis nostris -uque consumis? SVET. Aug. 85 nonnulla in -u familiarium velut in auditorio recitavit (FRONTO p. 21, 9 N.). Tit. 7 spectare *quosdam* ... in publico -u. Cal. 32 *ut servus* praecedente titulo, qui causam poenae indicaret, per -us epulantium circumduceretur. FRONTO p. 74, 9 N. cum tristior quam par erat in -u hominum progrederere. APVL. met. 4, 28 in mediis conversari populi -bus. 6, 31 utpote in -u turbulento variae fuere sententiae. flor. 9 p. 28 siquis ... in hoc pulcherrimo -u ... malignus sedet. p. 34 magno in -u *praedicare*. apol. 52 in ... splendidissimo -u detestari. 86 epistulas ... scriptas in isto -u legis. PS. QVINT. decl. 18, 3 -u ... conspicuus *filius*. TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 444 SOL. 15, 8 AVIEN. Arat. 296 AVSON. 419, 2 VVLG. gen. 49, 6 II par. 20, 5 prov. 21, 16 Mich. 2, 5. CLAVD. 16, 20 hoc video -u, quidquid ubique micat. PAVL. NOL. carm. 18, 437 *boves* ducuntur ... per medios -us. epist. 13, 6 AVG. civ. 19, 21 p. 391 gen. ad litt. 11, 14 p. 346 SVLP. SEV. dial. 1, 24, 3 PAVL. MED. adv. Cael. 3 MACR. sat. 1, 4, 4 COD. Theod. 2, 17, 1, 1. 6, 6, 1. CARM. epigr. 756, 8 virginio in -u nunc laetior asto.

f ab -u, ex, de -u, *abl. separationis*: CIC. ac. 2, 6 operam nostram numquam a populari -u removimus (SIL. 8, 207. *cf.* ENNOD. epist. 9, 10 p. 235, 9 te hominum -bus submovisti). off. 3, 2 *Africanus* e -u hominum ... tamquam in portum se in solitudinem recipiebat. OV. met. 2, 465 deque suo iussit secedere -u *Diana Callistonem*. LIV. 2, 37, 9 ut conscleratos contaminatosque ... -u quodam modo hominum deorumque abactos esse (2, 38, 4. 3, 38, 11 TAC. ann. 14, 17 SVET. Aug. 64). 7, 5, 9 *qui* procul -u hominum iuventam egisset. 27, 34, 4 ut ... omni -u caruerit hominum *Livius*. SEN. Med. 265 proculque vestro ... a -u stetit *Iason*. dial. 3, 15, 1 tollantur e -u mortalium facturi peiora. 7, 1, 4 sanabimur, separemur modo a -u. epist. 94, 69 magna pars sanitatis est hortatores insaniae reliquisse et ex isto -u (*sic* ς, coitu *B A*) invicem noxio procul abisse. COLVM. 1 praef. 4 animi sibi ... formatorem praeceptoremque virtutis e -u sapientum arcessat. 9, 5, 1 sedes apium collocanda est ... procul a ...-u hominum ac pecudum. VAL. FL. 3, 629 *Herculem* tanto afore -u. STAT. Theb. 11, 107 -u *Oedipus* fertur ... solus ab omni flere sibi. 11, 229 obstantum mediis e -bus exit *taurus*. 11, 729 -bus abducam. Ach. 1, 805 -uque novissimus exit *Achilles*. GELL. 15, 20, 6 *Euripides* abhorruit a mulierum -u. APVL. met. 7, 23 quidam ... de -u ... rusti-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corum (HIER. hom. Orig. in Ezech. 8 p. 956 AMM. 28,1,48 SALV. gub. 4,27). ARNOB. nat. 1,20 *nos* ab omni . . . -u exterminare mortali. LACT. inst. 4,23,2 se . . . a numero -uque hominum segregare (HEGES. 2,16,2 PAVL. NOL. carm. 7,2 COD. Theod. 2,10,4. 16,5,3 COD. Iust. 12,1,2). epit. 28 (33),3 deque -u hominum propellendus *Aristippus*. AVSON. Mos. 181 horas secretas hominum -u. VVLG. exod. 12,19 peribit anima eius de -u Israel. I Esdr. 10,8 abicietur de -u transmigrationis. RVFIN. hist. 1,11,1 *Cerdo* a -u fraternitatis arcetur. CLAVD. 1,199 tantum *Proba* -bus extat femineis, quantum supereminet ille maritos. PAVL. NOL. carm. 20,402 *vitulam* e congrege -u sustulerant domini. 20,414 *vitula* prosilit a -u retinentum. SVLP. SEV. dial. 1,17,7 ab humanis -bus *revocare*. MACR. sat. 7,1,5 ab huiusmodi -bus relegatus. EPIST. pontif. 339 Migne 20 p. 670A (Zosim.) nonnullos ex monachorum populari -u . . . ad sacerdotium festinare. INSCR. christ. Rossi II p. 169,25,1 non sim . . . sanctorum -bus exul.

g *abl. instrumenti*: CATVLL. 64,33 oppletur laetanti regia -u (VERG. Aen. 5,107 laeto *finitimi* complebant litora -u. STAT. Theb. 2,214 CLAVD. 3,39). LIV. 27,35,3 quod *Olympiae ludicrum* maximo -u Graeciae celebraretur (35,38,3. SEN. epist. 67,11 *quaedam vota* non gratulantium -u, sed adorantium venerantiumque celebrantur. MELA 2,17 *montes* -u Maenadum . . . celebratos. AVSON. 391,7 PAVL. NOL. carm. 14,44 AVG. serm. ed. Mai 99,1). SEN. Oed. 688 domusque civium -u viget. dial. 10,6,1 Livius Drusus . . . stipatus ingenti totius Italiae -u (SIL. 11,500 PAVL. NOL. epist. 13,13). PLIN. nat. 8,188 remedium est congregare eas (*oves*), ut -u iuventur. VAL. FL. 1,121 fervere cuncta virum -u. SIL. 16,303 -uque sonabat innumero campus. STAT. Theb. 6,138 *Hypsipyle* Argolidum -u circumdata matrum (*cf.* 9,351 genetrix -u . . . cincta sororum). 10,589 Tiresian alii . . . supplice -u orant. 11,457 terris -uque offensa deorum . . . Pietas. 12,496 semper locus *Clementiae* horret egenis -bus. Ach. 1,699 ne subito terrerent moenia -u *socii Vlixis*. TAC. hist. 2,50 *avem* -u hominum aut . . . alitum territam pulsamve (4,45). ann. 11,23 nisi -u alienigenarum velut captivitas *curiae* inferatur. 13,18 ne -u salutantium frequentaretur *Nero*. HIL. in Matth. 18,7 domini adventu tamquam -u ecclesiae inspectantis admonitus est *Israel*. 22,7 hunc . . . indignum -u nuptiali deus . . . invenit (PAVL. MED. vita Ambr. 24). PS. SOL. Pont. 22 qui resono colitis cava Tempea -u. AMM. 14,10,10 circumdatus *imperator* potestatum -u celsarum. HIER. epist. 2,1 desolata ab accolis loca . . . sanctorum -bus obsideri. CLAVD. 28,6 species *hominum* . . . dissona -u. PAVL. NOL. carm. 17,278 domus . . . sancto . . . fratrum numerosa -u. 20,114 homines . . . dispositi trino per longa sedilia -u. 26,385 crebris -bus . . . sanos gratantia reddere vota. 27,380 moenia *sepulcri* vinci -bus. COD. Theod. 6,9,2 (*a. 380*) qui exquaesturae . . . honore viguerunt, eo observentur c⟨ul⟩tu omni -u omnique conventu. ALC. AVIT. carm. 3,342 celsas praeclaris -bus urbes. ENNOD. opusc. 3 p. 360,2 urbem familiarum -bus scatentem. INSCR. christ. Rossi II p. 150, 21a plebs magno circumflua -u. *nota*: VERG. Aen. 1,398 *cycni* -u cinxere polum (GLOSS. V 180,20 circulo, non conventu dicit Donatus). *liberius positus abl.*: CVLEX 117 Satyri Dryadesque choros egere puellae Naiadum -u. LVCAN. 3,80 *Caesarem* non . . . laetis vadentem -bus urbes, sed tacitae videre metu. VAL. FL. 5,312 defixa solo -uque intenta silenti . . . ora virum. SIL. 11,67 *Virrius* -u patrum ingentique senatu impia . . . profudit consulta. STAT. Theb. 2,81 qualia per Rhodopen rabido convivia -u Bistones . . . ponunt. 4,202 dubium -u solante timorem fallere. 4,481 tu separe -u Elysios, Persei, pios . . . agas. PLIN. epist. 7,6,9 defenderam reos ingenti . . . -u. IVVENC. 1,293 legumque obscura senili tractantem *Iesum* -u. AMM. 18,5,4 auctore et incitatore -u spadonum. PAVL. NOL. carm. 26,43 salutifero laetis epulatus *Moyses* in agno -bus.

h *variae praepositiones*: CIC. off. 2,15 urbes . . . sine hominum -u non potuissent nec aedificari nec frequentari. PS. QVINT. decl. 9,14 fides antiquissima et cum deorum -u permixtis inaudita temporibus (VVLG. Ezech. 26,7 adducam ad Tyrum Nabuchodonosor cum . . . -u. ENNOD. opusc. 11 p. 306,15 quare . . . cum populorum -bus examen intraverit *Symmachus*). TERT. nat. 1,10 cum *Gabinius consul* vix hostias probaret prae popularium -u. VVLG. lev. 10,6 super omnem -um oriatur indignatio. 16,17 ut roget . . . pro universo -u Israel. I par. 28,8 coram universo -u Israel. AVELL. p. 51,10 pari . . . arbitrio in factiosorum impios -us. APRING. in apoc. 22,15 qui sunt extra sanctorum -um. MVTIAN. Chrysost. hom. 19,1 *scire* ex -u et congregatione.

i *genetivus*: CIC. rep. 3,43 *cum nec esset* consensus ac societas -us, quod est populus. IVV. 7,239 ut sit *grammaticus* . . . pater ipsius -us. TAC. ann. 1,76 taedio -us *spectaculo abstinere*. APVL. met. 3,2 propter -us multitudinem . . . iudicium theatro redderetur. HIL. trin. 2,27 tanti operis praeconia divini -us gaudia eloquuntur. AMM. 14,6,7 laeditur . . . -uum magnificus splendor levitate paucorum. VVLG. II par. 30,2 inito . . . consilio regis et . . . universi -us Ierusalem. Am. 5,21 non capiam odorem -uum vestrorum.

B *de* ***rebus***: **1** *corporeis, i.q. coitio, congressus, turba* (*cf.* CHALC. comm. 87 *-us stellarum* alio nomine concursus solemus vocare): LVCR. 1,666 alia . . . ratione potesse ignis in -u stingui mutareque corpus. 1,775 suam quicque in -u variantis acervi naturam ostendet. 1,1017 dispulsa suo de -u materiai copia. 1,1026 *primordia* omne genus motus et -us experiundo tandem deveniunt in tales disposituras (5,428). 1,1048 ut possint *primordia* -u libera ferri. 2,919 *primordia* -u concilioque nil facient praeter vulgum turbamque animantum. 2,1003 *mors* -um dissupat *materiae corporibus*. 4,948 inter . . . saepit -us *sensus* natura viasque. VITR. 2,1,9 nulla materiarum genera neque corpora neque res sine principiorum -u nasci . . . possunt. SEN. dial. 1,1,2 nec hunc siderum -um discursumque fortuiti impetus esse. benef. 4,23,3 aspice ista tanto superne -u labentia. nat. 6,16,2. 7,1,2. CVRT. 9,4,9 amnium -us maritimis similes fluctus movet. SIL. 8,428 non aequore verso tam creber fractis albescit fluctus in undis nec -u leviore. GELL. 14,1 tit. TERT. adv. Marc. 2,12 p. 351 separatio pronuntiata est . . . inter maris -um et aridae molem. SOL. 27,38 vallibus pressa *in deserto* -u pulveris aggerantur. CHALC. transl. p. 51 species . . . semper separatas a -u corporearum specierum (comm. 272. 329. 336). comm. 87. *ibid.* ne omni quidem -u hoc est omni nova luna solis obscuratio intervenit. 88 si -us solis et lunae fiet directus. *ibid.* si . . . non ad perpendiculum -us *solis et lunae* . . . factus erit. 124 stellarum errantium opera . . . videntur . . . in -bus. *ibid. stellarum* -us. 236 -u innumerabilium minutorum congesto inani. 257 duum luminum -um . . . in speculo corporari. 279. AVSON. 417,90 trino me flumina -u secernunt turbis popularibus. MART. CAP. 1,22 virgo conscia Parnaso, cui fulgent sidera -u. 2,118 sidereos -us . . . vide. 2,193 aetherios . . . conscendere -us. *nota de corpore hominis*: ITIN. Alex. 6 miris nervorum -bus intendebatur *Alexander*.

2 *translate de rebus incorporeis*: PS. CIC. in Sall. 6,18 tanquam in unam voraginem -us omnium vitiorum excesserat. SEN. dial. 2,15,3 quaere et aspera et quaecumque toleratu gravia sunt adituque et visu refugienda: non obruetur eorum -u *sapiens*. CARM. Gell. 19,11,4 *et* Macr. sat. 2,2,17 si morae quid plusculae fuisset in -u osculi. TERT. adv. Val. 13 p. 192 haec intra -um Pleromatis decucurisse dicuntur, prima tragoediae scaena *eqs.* PANEG. 10,1 in -u gaudiorum exultantium et laetitiae gestientis. FIRM. err. 18,1 habent . . . propria signa propria responsa, quae illis in istorum sacrilegiorum -bus diaboli tradidit disciplina. CHALC. transl. p. 48 mundi sensilis ex necessitatis intellegentiaeque -u constitit generatio. comm. 298 dei silvaeque . . . providentiae fortunaeque -u . . . molem esse constructam. AMM. 29,2,21 -us furiarum horrificus . . . ab eadem urbe digressus. CARM. de aegr. Perd. 150 dira procella mente latens caecos urgebat pectore -us *furorum*. SEDVL. op. pasch. 2,17 p. 228 nonnullos ad lenocinium adulterini commercii -us (*vix recte trad.*, census *Hartel*) foedae redemptionis impellit.

II *inusitate i. q. actio venere,* ***amore coeundi, coitus*** (*cf.* GLOSS. II 447,18 *συνουσία κοίτης*: concubitus, -us [coitus *Goetz*]): SIL 1,638 quem . . . -us genuere ferarum, vidimus Hannibalem. STAT. Theb. 4,214 quam dispare -u Cyllarus ignaro generarat Castore prolem (SCHOL. *ad l.* a coeundo dixit in venerem). ARNOB. nat. 4,22 -us gravitati attribuisse Saturniae. 5,43 in Iovis et Cereris -u irrigatio sit significata telluris. AVSON. 71,1 praeter legitima genialia foedera -us repperit obscaenas veneres vitiosa libido. 108,5 verbaque lascivos meretricum imitantia -us. 108,14 ubi cassa libido *desectorum virorum* femineos -us et non sua bella lacessit. 157,11 tragicos patimur per somnia -us. 467,3 in -um deinde conveniunt *Vlixes et Penelope* totamque noctem mutuo sermone consumunt. AMBR. Cain et Ab. 1,10,46 neque enim hi nos corporei -us atque conceptus partusque sanctificant.

syn. et iuxta posita: ad I A 1: celebratio (CIC. off. 1,12), coniuratio (LEX Vrson. [Corp. II 5439] 106,32 LIV. 2,32,1), concilium (LIV. 2,38,4. 34,2,4. 42,43,8), congressus (LIV. 3,38,11), consultatio secreta (LIV. 34,2,4), ad bella paratus (CARM. de bell. Aeg. 65), concursus (SEN. contr. exc. 3,8 PAVL. dig. 48,7,4 pr. SVLP. VICT. rhet. 50), convivium (VAL. MAX. 9,1 ext. 2 *cf.* SERV. Aen. 1,735), conventus (LEX Vrson. [Corp. II 5439] 106,32 VLP. dig. 48,4,1,1), societas (SEN. dial. 6,26,6), epulae (TAC. hist. 4,36), conciliabulum (TAC. ann. 3,40 MACR. somn. 2,10,15). *ad I A 2*: numerus (CIC. Sest. 143 LACT. inst. 4,33,2), contio senatus (CIC. de orat. 3,65), concilium (CIC. rep. 6,13 Cato 84 fin. 2,77. 3,63), civitas (CIC. fin. 3,63), frequentia (CIC. off. 3,2 PS. QVINT. decl. 18,3), colloquium (LIV. 9,6,9), coniuratio (LIV. 39,14,4), favor (CORN. SEV. carm. 13,8), vulgus (GERM. 125), tumultus (COLVM. 9,5,1 PS. RVFIN. in Am. 5,21,24), turbatio (VLP. dig. 47,8,4,3), conventus (TERT. spect. 27 COD. Theod. 6,9,2), epulae (AMM. 15,3,5), synodus (AMM. 15,7,7), populus (VVLG. Ezech. 26,7 AVG. civ. 19,23 p. 399), turba (PAVL. NOL. carm. 6,225), congregatio (MVTIAN. Chrysost. hom. 19,1). *ad I B 1*: motus (LVCR. 1,1026. 5,428 GELL. 14,1 tit.), concilium (LVCR. 2,919), concursus (CHALC. comm. 87), congregatio (CHALC. comm. 272). *oppos. ad I B 1*: discursus (SEN. dial. 1,1,2), segregatio (CHALC. comm. 279). *Bannier.*

2. coētus *i. q.* quietus *q. v.*

coëuangelista, -ae *m. a* co- *et* euangelista. *i. q. sodalis in evangelio venerando*: HIER. in Phil. 8—9 p. 612,2 iam non quasi a domino, sed quasi a conservo et -a (*sc. Paulo*) ignosceretur ei (*Onesimo, servo fugitivo Philemonis, postea a Paulo baptizato*) qui servus esset Christi similiter et minister (*sc. eodem modo atque Paulus apostolus*). *Lambertz.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae